¶ An ex accuſatione damnatus ſit infamis. ¶ An infamia hominis, per famam probari poſſit, vide hic Bald. cui adde Alex. de Imol. *in §. tormenta. de quæſt.* & omnino per Felin. *in cap. inquiſitionis. §. quæſiuiſti. in fin. de accuſat.*

¶ An rebannitus poſſit eſſe procurator ciuitatis. An propter infamiã repellatur quis ab here-

Digitized by Google

ab hereditate, vide hic Bald. ¶ An remotus propter culpam ab officio, ad aliud poſſit aſpirare, *vide* l.1.*Cod.ſi quac.prad.pot.*vide quæ notat Bart.*in l.1.C.ſi rector prouin.*

l.Senatorem.3.

Vacca *hoc titulo.*

l.Qui indignus.4.

Marcus Vertranius de iure liberorum. Ad hunc etiam locum vide Anton. Auguſtin.*in cap.14.de excuſationibus ad Modeſtinum.*& Alciat.*lib.2.diſpunct.cap.14.*

¶ Quis dicatur dignus. ¶ Perſona quot modis proſit perſonæ. An conſuetudo introducere poſſit, vt minor habeat iuriſdictionem in maiorem.

¶ An indignus officio, ſit indignus beneficio, vide hic Bald.

l.Senatoris.5.

Duarenus *lib.2.diſput.cap.29.*Hotom.*illuſt. quaſt.42.* Vacca hoc tit. Ioãnes Aurpachus *li.2.epiſtol.iuridic. cap.23.* ¶ Quomodo & quem Senatoris filium intelligere debeamus, declarat hoc loco Vlpianus.

§.Si quis &c.2.

Forner.*lib.2.ſelect. cap.20.* ¶ An & quando delictum patris noceat filio, vide Bart.*in* l.3. *D.de interd.& releg.*& per Bald.*in l.2.C.de ingrat.lib.*vide Ioan. Fab. *in t.Inſt.de ingen.*adde Gloſſam pleniorem *in l.diui fratres.17.in verbo fuiſſe D.de iur patron.* ¶ An nepos ſuccedat in feudo aui, non obſtante patris delicto. An nepos in feudo patris delinquentis ſuccedat vide hic Bald.

l.Fœminæ.8.

Vacca *hoc tit.*Cuiac.*lib.24.obſeru.cap.3.*

¶ An dignitas procedens à patre, ſit maioris efficaciæ quàm procedens à marito, vide hic Bald.

l.Filiam ſenatoris.9.

Cuiacius in hanc legem 24.*obſer.cap.3.*

l.Liberos.10.

Ad hunc textum in fine, vbi Bald. notat, ad de Decium *ad reg.Fœmina num.* 97. *D.de reg. iur. & ad c.nouit colum.2. ext.de iudic.* Alciat. *ad leg. Familia. D. de verb.ſig.* pulchrè & latè Tiraquellus *in tractatu de nobilitate,cap.* 18.*n.* 20.*cum ſequent.*Cuiacius 24.*obſ.cap.3.*

¶ An priuilegium conceſſum ſub nomine liberorum, extendatur vltra nepotes, vide hic Bart.

l.Senatores.11.

Dignitas ſenatoria non mutat proprium domicilium.

¶ An domicilium nouum per antiquum mutetur, vide hic Bald.

¶ An adeptio dignitatis, originis domicilium tollat. ¶ An & qualiter clerus differat à populo, vide hic Bald.

l.Nuptæ.12.

Bellonus *lib.4.ſupput.cap.*10. Hotoman.*lib. 1.obſer.c.*15.Gilbertus Regius *lib.2.enantioph. cap.2.*Vacca hoc titulo. Cuiacius 24.*obſeruat. cap.3.*

An princeps poſſit diſpenſationem ſuam reuocare, vide hic Bald.

§.Senatores autem.1.

Vide Cottam *in voce Senatores.*

Qui à Patriciis.

Patricij Iuſtiniani ætate dicebantur Patres Reipublicæ, *authore Suida, vt toto tit. Cod.lib. 12.de conſulibus & patriciis,*Patricij etiam dicebantur populi Romani, qui à primis Senatoribus oriundi erant, qua de re Suet.*in Auguſt.cap.2.*Verum malè hic Accurſius, cẽtum viros confundit cum Senatoribus. qua de re *vide gloſſ.in l.2. de orig.iur.& l.vlt.C.de petitione hereditatis.*

Conſulibus, ¶ Conſularibus potius legendum eſſe, exiſtimat hic Budæus, vbi *de Senatoribus & de Senatuſconſ. admodum differit.*

Tit.10. De officio conſulis.

Vacca *ad hunc titulum.*

Quo ætatis anno quis conſul eſſe poſſit, declarat Cicero *in Philip 5.in fin.*

¶ Et qualis debeat eſſe conſul, vide etiam Ciceronem *lib.4. in Verrem, & in Oratione in Lucium Piſonem,*eſt & Nouel.101.quæ tractat de Conſulibus.

¶ Conſulis officium in quibus conſiſtat, declarat hic Cuiacius, *in paratitlis.*Verũ præcipuum eius officium eſt, vt ex Senatuſconſulto conſilij cauſam examinet. ¶ Conſulum autem creatio, ex eo ortum habuit, quòd cum expulſi eſſent, Reges Romæ conſtituti ſunt duo, penes quos ſummum ius eſſet, qui ab eo quod plurimum Reipublicæ conſulerent, conſules appellati ſunt, de his meminit Harmen.*lib.1.tit.1.§.1.*ibi enim dicit quod bini quotannis conſules creabantur, vt eſſent qui rerum tam bellicarum quàm ciuilium curam ſuſciperent. ¶ Appellati autem ſunt conſules à conſulẽdo, ſicut reges à regendo, & leges à legendo. nam cum Romam Regum ſuperbam dominationem non ferrent annua Imperia, binóſque conſules ſibi fecerũt, merito ergo conſules vel à cõſulendo ciuibus, vel à regendo cuncta conſilio dicuntur. ¶ De cõſulum poteſtate vide L. 2.§.16. *D.de origine iuris, & Cicero 3.de legib.*déque conſulatus dignitate, vide quę notat.& in Authent.de cõ-

Digitized by Google

ſulibus. Franc. Hotom. *lib. 7. obſer. cap. vlt. pag.* 170.

l. Officium. 1.

De officio conſulis vid. Iaſ. poſt Bart. quē allegat. *Inſtit. de Act. in princ. in 9. coll.* vide Alex. *in princip. l. ſi iuri de re iudic.* conſulis officium circa manumiſſiones verſatur, hoc eſt conſulis, eſt conſiliū præbere, manumittere volentibus, id eſt rogare aut conuocare iudices, ad examinandas manumiſſionis cauſas, ſi opus ſit: atque ita ſolemniter manumittere. conſulis etiam officium erat vigilare, adeſſe animo, ſemper aliquid pro Repub. aut cogitare, aut facere, aut dicere, *vt ait Cicero plurib. locis.* Præterea, boni conſulis nō ſolum videre, quid agatur; verum etiā præuidere quid futurum ſit, ait etiam Cicero in ora. quadam.

¶ Quod & quale debeat eſſe conſulis iuramentum, vide omnino, *cap. veniens ex. de iureiur.* & Speculatorem *in illo eodem tit.*

An Conſul poſſit ponere locum tenentem in loco vbi inferior præſcripſit iuriſdictionem. ¶ An iudex ſuperior poſſit inhibere inferiori, ne ſua iuriſdictione vtatur. ¶ An quis poſſit emancipare filium coram ſuo collega, vide hic Bald.

¶ Cōſilium quid eſſet, ignorauit planè hic Accurſius. Verùm diſce ex Theop. *Inſt. qui & quib. ex cauſ. manumiſ.* conſilium ſæpiſſimè pro conuentu accipi, *l. ſi pater 4. §. fin. l. ſeruus. 6. l. pupillus 24. D. de manum. vind. §. eadem leg. Inſt. quib. ex cauſ. manu. licet.*

¶ Iuriſdictio, an, quomodo, & quibus modis pluribus competere poſſit, vide hic Bald. num. 1.

§. Conſules. 1. Nomina ediderit.

Accurſius hic nomina interpretatur probationes cauſarum, verùm malè. nam edere nomen, idem eſt quod curare nomen inſcribendum, & veluti eius nomen profiteri in actis quem manumiſſuri ſumus, quod quidem fiebat ante cognitionem conſulis, ſimiliter etiam dicimus dari nomen, vt dare nomen militiæ *in l. 3. §. de re milit.* verùm de his plenè vide Budæum hic.

¶ An conſul habeat iuriſdictionem cōtentioſam, vide hic Bart. *& l. 2. §. exactis. D. de orig. iur.* facit quod habetur *in l. 3. de arbit.* eſt & textus, & ibi Imo. *in l. ſi cui libertas. D. de condit. & demonſt.* Ang. *in l. 2. de in ius vocan.*

§. Conſules. 2.

Rænardus *c. 2. & c. 13. pro tribun.* Cuiacius *lib. 7. obſ. c. 17.* Gilbertus Regius *lib. 1. enantioph. c. 29. & 30.* Vacca *hic* Bened. Capra *in reg. concluſ. 27.* Cuiacius 18. *obſ.* 38.

An conſules creari poſſint minores viginti annis. ¶ An iudex vnus amittat iuriſdictionem, propter alterius præſentiam. An manumiſſio quæ fieri debet cauſa cognita ſit voluntariæ iuriſdictionis vide hic Bald.

Tit. 11. De off. præf. præt.

In hunc titulum vide Alciatum *ad tit. de off. præf. præt. lib. 12 Co.* Petrum Marteſium. *Notar. cap. 1.* Vaccam *ad hunc tit.* & Budæum hic. ¶ Inſtituta autem eſt hæc dignitas, ab Auguſto, vt colligere eſt ex Suetonio & Tacito. & ex Petr. Fabro. *lib. 1. Semeſt. cap. 1. & ſeqq.* & Cuiac. *lib. 2. obſ. c. 14.*

¶ Præfectus prætorio quis fuerit, declarat hoc loco gloſſa Rubricaria.

¶ Præfecti prætorio officiū ex eo ſumpſit originem, vt æquales eſſent magiſtris militum. cū enim apud veteres ſumma poteſtas Dictatoribus committeretur, ſibi elegerunt militiæ gratia magiſtros equitum, qui ſecundam poſt eos poteſtatem gererent. Cum autem totius Reipublicæ gubernatio, ad Imperatores tranſlata eſſet, electi ſint è principibus præfecti prætorio, ad ſimilitudinem magiſtrorum equitum. ¶ Ideo autem præfecti prætorio appellati ſunt, quia ſcilicet præficiebātur prætorio imperiali, vbi cauſas examinabant. ¶ De præfectorum prætorio poteſtate vide Caſſiod. *lib. 6. epiſt.*

l. Breuiter. 1.

¶ Numero plurali vtitur hoc loco, cùm ait, præfectorum prætorio: ratio eſt, quoniam interdum duo interdum tres vna creabantur, vt omnium diligētiſſimè notat Pet. Fab. 1. *Semeſt.* 1. ¶ Tractat hoc principio Aurelius. Vnde officium præfecti prætorio ſumpſerit originem. ¶ An princeps eligatur ad regendum, vel ad deſtruendum, vide hic Bald. ¶ An à ſententia regis appelletur, vide Bald. *conſ.* 407. *lib.* 1.

§. His cunabulis. 1.

Vide in hunc §. Eraſm. *Chil. 1. cent. 7. prou. 3.*

¶ Tractatur hoc loco de priuilegiis quibuſdam conceſſis præfectis prętorio, quæ enumerantur in Gloſſa prima huius legis. ¶ An appelletur à ſentētia P. prętorio, in pręfectis prætorio eligendis quę concurrere debeāt.

§. Subnixi. 2.

Cōtinetur hoc §. 2 pręfecti prætorio priuilegium, ne ſcilicet à ſententiis eorū minores ætate, ab aliis magiſtratibus, niſi ab ipſis præfectis prætorio reſtitui poſſint, & hoc eſt ſpeciale priuilegium, de hoc vide *l. in cauſa, 96. in fi. & l. præfecti 17. D. de minor. 25. an.*

Tit. 12. De offi. præf. vrbi.

In hunc

Digitized by Google

In hunc titulum vide Critinum *lib.1. de honeſt.diſcipl.cap.12.* Vaccam hic. Gellium *lib 15. cap.8.* Cuiac.13.*obſ.1.* vide etiam Suetoniũ *in Auguſto.cap.37.*

¶Præfectus vrbis eſt, cui ab Imperatore commiſſa eſt vrbis adminiſtratio *l.1.§.cum vrbem.hoc tit.* ¶ Præterea præfectus eſt maior omnib' magiſtratibus in vrbe, habetque duplex priuilegiũ, vt ſcilicet liberare poſſit à patria poteſtate, & à curiali conditione. *vt l. vlt.C.de decurion.* ¶ De origine vetuſtiſſima huius magiſtratus, vide Tacitum *lib.5.* Gell. *lib.4.cap.vlt.*

l.Omnia.1.

Tota hæc lex continet priuilegia quæ habet præfectus vrbis. Primo igitur præfectũ vrbis de omnibus criminibus cognoſcere poſſe tradit, tam extra quam intra vrbem, ad centeſimum miliarium.

§.Seruos.1.

Briſſonius *lib.4.ſelect.cap.8.* P.Pitheus *in notis ad Fragm.1.C.pag.97.* Corraſius *epiſt.quæſt.cap.26.* Vacca hic.

Secundo loco præfectus vrbis cognoſcere poteſt de querelis, pro ſeruis contra ſuos dominos.

§.Sed & patronos.2.

Tertio loco præfectus vrbis cognoſcit de querelis porrectis per patronos agentes cõtra libertos.

§.Relegandi.3.

Quarto loco præfectus vrbis, poteſtatem habet relegandi, & in inſulam deportandi.

§.Initio.4.

Quinto loco præfectus vrbis poteſtatem habet vrbis regendæ.

§.Si quis ſeruum.5.

Sexto loco: Præfectus vrbis cognoſcit de adulterio ſerui cum domina.

Iuſta ſerui aduerſus dominum deprecatio eſt confugiendo, vel ad ædem ſacram, vel ad principis & imperatoris ſtatuam, vel in vrbe ad præfectum vrbis, l.24.D.*de pign.act.* Sene. 3.*de beneficiis.*

§.Sed ex interdict.6.

Septimo: præfectus vrbis cognoſcit de interdictis quod vi aut clam: & vnde vi: vt præfecti vrbi officium generale ſit tam in criminali quàm in ciuili.

§.Quod autem.8.

Nono: præfectus vrbis cognoſcit de ſeruo qui de domino queritur, Iubet etiam ne mãcipia proſtituantur.

Si famem qua eos premant. De vera huius loci lectione vide Hoto. *li.8.obſer.c.10.p.184.*

§.Præterea.9.

Decimo: præfectus vrbis curare debet, vt nummularij ſe probe gerant. nummularios autem hic pro argẽtariis accipit, *vt in l.2.ÿ.e.*

§ Cum patronus.10.

Ioan.Robert.*lib.3.ſent.cap.17.* Vndecimo: præfectus vrbis pro modo culpæ poteſt corrigere & caſtigare quoquo modo voluerit, & cognoſcere de patrono qui de liberto queritur.

§.Cura carnis.11.

Duodecimo: præfectus vrbis curare debet, vt carnes & victualia iuſto, ideoneque pretio vendantur.

¶Forum ſuarium.

Forum ſuarium inquit Varo *lib. 2.de ling. latin.* eſt in quo ſues vendũtur. vt bouarium, in quo boues, & piſcarium, & olitorium in quo piſces oleraque venduntur. ſicut forum cupedinis, in quo Cupedinarij negotiantur.

Forum autem quot & quibus modis intelligatur, vide Feſt, *in voce Forum.* ¶ An quis cogatur vendere rem ſuam viliori pretio, vide Bart. *in cap.1.ext.de empt.& vend.* ibi enim agit de pœna illorum, qui vt carius vendant frumentum, merces, & ſimilia falſificant.

§.Quis quoque.12.

Cuiacius *lib 8.obſer.cap.28.* Lipſius *lib.3.epiſtol.quæſt.epiſt.18.*

Decimo tertio, Quies populi & diſciplina ſpectaculorum ad præfectũ vrbis pertinet.

¶Milites ſtationarios appellat, qui in ſtationibus depoſiti erant, qua de re vide Plin. *lib.10.epiſt.* Sueto. *in Tiber.c.37.l.3.ÿ.de re milit.*

§.Et vrbe.13.

Cuiacius *lib.2.obſ.cap.14.* Briſſonius *lib.ſelect.cap.14.*

Decimoquarto: præfectus vrbis, vrbe interdicere poteſt.

§.Diuus Seuerus.14.

Decimo quinto & vltimo, præfectus vrbis cognoſcit de collegio illicito.

l.Adiri etiam.2.

Argentariis. Argẽtarij trapezitæ ſunt, qui pecuniam tam ſuam, quàm alienam fœnori dabant, rationes negotiationis conficientes. quos autẽ argentarios appellamus, Iuſtinianus vocat ſæpe argenti diſtractores, quę appellatio ex eo ducta eſt, quod argentum vẽdant (argenti enim nomine cuiuſcumq. materiæ nummus ſignificatur.) Nummularij tamen non abſimiles ſunt argentariis. Nã hos ſiue ars, ſiue vſus longus tractandarum & permutandarum pecuniarum ita erudiuit, vt hi auri, argenti, æriſue qualitatem probe noſſe exiſtimentur, hæc Cuiacius.

Digitized by Google

l. Præfectus. 3.

Vacca *hoc titulo.* Franc. Hotom. *lib. 4. obſ. capite 22. pag 95.*

Extra territorium per ſe iudicare non poteſt: ſed poteſt cauſam delegare: Nam magiſtratus extra territorium pro priuato habetur. Præterea præfectus vrbi extra vrbem poteſt iubere iudicare, licet in quibuſdã libris contrarium legatur. De vera huius legis lectione, vide Bart. hic.

Tit. 13. De officio Quæſtoris.

In hunc tit. ſcripſit Ant. Roſ. *li. 3. memorab. capite 7.* Briſſ. *libro 1. ſelect. capite 17.* Addendus Gell. *libr. 13. capite 13.* Vacca *hoc tit.* Tacitus *lib. 2. annalium.* latius repetit Quæſtorum originem Tullium Hoſtilium nempe fertur antiquitus tertium Romanorum regem primum in Repub. quæſtores introduxiſſe.

¶ Vnde autẽ dicti ſint quæſtores, ſatis conſtat à quærendo, nempe quod ſc. conquirerẽt pecunias publicas & maleficia. Varro *lib. 4. de lingua latin.* Conſtituti denique quæſtores, vt præeſſent ærario fiſci & populi, vt pecunias publicas tractarent, vt ait Cicero *in Q. Cæcilium orat.* 4 l. 2. §. *deinde 22. de orig. iur.* qua de re vide Feneſt. *capite 3. de magiſt.* de his etiam quæſtoribus meminit Tacitus *lib. 11.* Cicero *in Diuin. in Verrem. & orat. 3.*

¶ Quæſturæ autem olim legitimus fuit annus, quæ tamen ætas legibus annalibus, præſcripta non ſemper obſeruata fuit, qua de re ſic ait Capitolinus in Marco, *Gratia ætatis facta, quæſtor eſt deſignatus.* Sic & etiam Spartianus in Iuliano. *Quæſtor ante annum quam legitima ætas ſinebat deſignatus eſt.* verum vt opinor exigebatur ætas 18. annorum: *vt* l. *quidam.* C. *de decurio.*

¶ De quæſtoris officio vide *lib. 1. C. tit. 30. &* l. 1. §. 22. *de orig. iur.*

l. Origo. 1.

In hanc legem vide Prateium *Geminatiõ. capite. 3.*

Gracanus vnde ſic dictus, declarat Cicero *3. de legibus,* ab amicitia ſcilicet Gracchis. perperam itaque hoc loco quidam legunt, *Gragianum.*

¶ Quod in iudicando, & conſulendo, non ſit recedendum à communi opinione, tradunt, DD. *ad cap. nouimus, de verborum ſignific.* ponunt Bart. & alij *in l. 2. C. de pæ. iud. qui ma. iud.* Alex. *ad leg. qua dotis, num. 14. D. ſolut. matrimo.* Felinus, *ad capit. prudentiam. §. ſexta, colum. 3. ad fin. num. 17. de offi. deleg.* Dec. *conſ. 366. colum. 3, num. 7. verſic. 3. & conſ. 499. colum. pen. & 259. viſis, in principio.* Cat. Cotta, *in ſuis memorab. in verſ. opinio cõmunis.* vbi lim. niſi melioribus rationibus & legibus poſſet confutari. quia tunc ab ea eſſet diſcedẽdum. Alex. *ad leg. cum prolatu. colum. penult.* D. *de re iudic.* Felin. *ad cap. 1. colum. pen. ex. de conſt.* Iaſon. *ad Auth. nouiſſima, num. 22. Cod. de inoffic. teſtam.* pro hac limitatione pondera, l. *item ſi verberatum, in fine. D. de rei. vin. & cap. nouimus, iuncta gloſſa, à plurib. de verb. ſign.* Moder. Gemi. *in repet. ad leg. Diffamari. in 99. quæſt. num.* 113. C. *de inge. & manum.* Neuiz. *in ſua Syl. nup. lib. 5.* Ferret *conſ. 176.*

De communi opinione *vide* Rip. *ad leg. 4. §. hoc autem iud. num.* 107. D. *de dam. infect.* Socin. Iunior. *conſ. 107. numero 40 lib. 3. lim. in dote.* Nam opinio vnius doctoris, pro cauſa dotis præfertur communi opinioni ſecundum Felin. *ad Rubr. ex. de ſponſ. in nouo priuilegio, numero 6. & ad cap. 1. numero 54. de conſtit.* communis opinio conſideratur ex pondere & authoritate doctorum Alciat. *libro 4. parerg. cap. 18. & lib. 1 de præſumpt. reg. 1. præſump. 51.* Quæ ſit communis opinio. Ferrat. *caut. 31.* Crot. *ad* l. 4. §. C*at. numero* 151. *D. de verborum oblig.*

Communis opinio quomodo cognoſcatur, Moder. *ad leg. diffamari. quæſt. 99. numero* 84. Goſſad. *conſilio 39. numero* 17. An deciſio Rotæ, præualeat communi opinione, in addit. *ad Dec. ad* l. *iura ſanguinis, in verſ. contrarium,* D. *de reg. iur.* Vbi ſunt duæ opiniones contrariæ, vt puta Canoniſtarum, & legiſtarum, tenenda eſt opinio Canoniſtarum, de quo vide Lanfran. *ad cap. quoniam contra, in verſic. tertium, col. 2. in fi. de probat.*

§. Ex quæſtoribus. 2.

Vide Cuiacium *in paratitlis pag. 9. & 10.*

¶ Quod ad hanc vocem Candidati: vide etiam Lampridium *in Alexandro.*

¶ Varia fuerunt Quæſtorum genera. ij nãque quos Vlpianus dicit hic prouincias ſortiri ſolitos, comitandæ rei militari, primum creati fuerunt. Cum Imperatoribus enim populi Romani mittebantur, hoc eſt, cum conſulibus & prætoribus, ad adminiſtrandã rem pecuniariam, & prædam, & manubias, in rationes publicas referendas, vt videre eſt apud Liuium *multis locis.*

§. Hodiéque. 3.

Ant. Aug. *lib. 2. emend cap. 1.* Gilbertus Regius, *lib. 2. (ἐναντιο.) capite 2.*

Florentiæ legebatur, *vt indifferenter* Græca figura: An autem Florentini librarij errauerint, iudicent viri docti.

§. Ex his. 4.

Dion. *libro 54.*

Tit. 14. de officio Prætorum.

Anto-

Digitized by Google

Antonius Vacca *hoc tit.*

Prætor à præeundo dictus eſt, quaſi præitor: verum prætor, aut erat vrbanus, aut peregrinus.

¶ Vt Feneſtella *de magiſtrat. cap. 19.* & Varro *4. de lingua Latin. Iſidor. lib. 7. orig. cap. 4. & libro 9. cap. 3* Vrbanus ex eo appellatus, quod in vrbe ius diceret. de hoc meminit Cicero. *pro Cluentio.* Peregrinus autem quod plerum inter peregrinos ius diceret: *vt l. 2. D. de orig. iuris.*

¶ Hinc prætura dignitas prætoris.

¶ De poteſtate prætoris, vide Ciceronem *in Verrem, & pro Cæcinna,* vide *etiam tit. C. de off. præt.*

¶ De numero prætorum, vide hic Vveſembechium. De prætorum numero electione, & officio: vide *l. tres tantummodo 4. C. de epiſco. audient.*

l. Apud filiumfamilias. 1.

Pater manumittere poteſt ſeruum ſuum apud filium ſuum prætorem: ratio eſt, quoniam in priuatis negotiis pater filium, vel filius patrem iudicem habere poteſt, *l. in priuatis 77. D. de iudic.* ſecus autem in contentioſa iuriſdictione: *vt l. qui iuriſdictioni 10. D. de iuriſd. om. iud.*

l. Sed etiam. 2.

Filius prætor factus, liberatur patria poteſtate, *t hic.*

l. Barbarius. 3.

Vide Marcum Mantuam *f. 140.* Repetit. 5. *f. 18. num. 234.* Ad quid allegetur & limitetur Soz. *reg. 166* & quando habet locum *in regul. 127.* & Ioann. Fab *Inſtit. de teſtamen. in penult. coll.* & ibi Bauer in *4. col.* Et vide Bar. in *actuarios, nu 2. ibi.* Nec obſtat, l. Barbarius. *de muner. actuar. lib. 12.* vide Dec. *in conſil. 407. verſic. & diligenter.* Pro intellectu d l. Barbarius, vide Sozin. *in reg. 282.* vbi ponit ſeptem fallentias ad illum tex. vide Bart. *ibi in 2. lect. totum. 8. nu. 8. de offi. prætor.* In quo loquitur d. l Barbarius, vide Bart. *in l. generali, num. 3. C. de tab. libr. 10.* vide eundem in *l. actuarios, num. 2. C. de muner. actu. lib. 12* vide Gloſſam *in cap. cum deputati 16. ext. de iud.*

¶ Pro intellectu huius legis difficillimæ, vide Goueanum *lib. 1. lection. c. 6.* Anton. Guibertum *lib. 1. quæſt. cap 11. & 20.* Contium *lib. 1. diſput. c. 22.* Ioan. Robert. *lib. 1. recept lect. ca. 38.* Briſſonium *lib. 4. ſ. lect. c. 20.* Adrianũ Turneb. *libr. 7. aduerſ. cap. 7 illuſtr. quæſt 7.* Lapum *allegatione 89. & 130.* Vaccam *hic.* Ant. Mercat. *1. not. 18.*

¶ Cõmunis error facit ius: limita hunc textum vt per Socin. *in reg. 127.* Plaut. *hic in repetitione* qui reprobat communem intellectũ Franc Niconit. *ad Rub. D. de oper. non. nunt. nu. 234* Cotta *in ſuis memorab. in verſ. opinio communis,* Alb. & Felin. *ad c. ad probandum, extr. de re iud.* Ferr. *conſ 8. n. 3. conſ. 9. & 10. per totũ, & conſ 69. n. 2. & 19* Dec. *conſ. 407. verſ. & diligenter,* Alex. *conſ. 77. nu. 7. volum. 2.* Ad hunc textum Corſet. *in ſing. verbo Error communis,* Felin. *ad c. ſicut. n 31. ext. de re iudic.* Pariſ. *conſ. 1. n 58. lib. 1* vide etiam Cuiacium 18. *obſ. 33.*

¶ Quis fuerit hic Barbarius Philippus, de quo mentio hic fit, declarat Gloſſa, ita vt exiſtimet Accurſius prætorẽ Romæ, fuiſſe: melius autem, vt opinor, Vlpianus ait eũ prætura functum eſſe, aliud etenim eſt prætorem eſſe, aliud fungi prætura, ſicut diuerſa ſunt eſſe in ſeruitute, & ſeruum eſſe. *l. ei quoque qui D. ex quib. cau. maior.* ſimiliter poſſidere, & eſſe in poſſeſſione. *l 3. §. vlt. D. de acq. poſſeſſ.* ita etiam exiſtimat D. Gothof. ¶ De materia huius legis, vide Felinum *in c. cum dilecta, de reſcrip.* Frederic. *in conſ. 202.* Panor. *in cap. dilectus, de præb. n.* Alexan. *conſ. 76. vol. 2.* Item ad hanc legem vide Innoc. *in c. cum ſuper, de off. deleg.* Ioan. Andr. *in c. mora, de reg. iur. in 6.* Verum limita hanc legem, vt per Bald. *in l. nihil ff de manum. vind.* & de hac lege notat Bald in *l. non mutat. C. de liber. cau.* Bart. in *tract. de Tyrannide, in 11. q.*

¶ Magis in imperatore obſeruandum: Vt pote qui poteſtatem omnem populi conſecutus, ad hoc etiam legibus ſolutus ſit, *l. 1. D. de conſt. princip. l. princeps, D. de legib.*

l. Prætor. 4.

Ioannes Robertus *lib. 2. receptar. ſentent. cap. 23.* ¶ Huius legis ratio eſt quia tutela eſt onus, & ſuſpectus præſumitur, qui ſe ingerit. eadem ratio eſt, & in iudice.

Tit. 15. De officio præfecti vigil.

Præfecti vigilum officium eſt, per totam noctem vigilare, & calceatum armatúmque oberrare cum inſtrumentis ad extinguenda incendia idoneis atque omnes inquilinos admonere, vt curam adhibeant, ne per negligentiam (vt quandoque fieri ſolet) incendij caſus oriatur *l. ſi vendita 11. D. de peric. & com. rei vend. l ſi ſeruus 27. §. ſi fornacarius. 1. D. ad l. Aquil.* Vnde vocatur indagator incẽdiorum & furum: *vt toto tit. Cod. de off. præfect. vig.* Hinc eleganter Caſſiodorus de præfecto vigilum ait, Furta cum facere in furibus, dum illos noctu circumuenit.

l. Apud vetuſtiores. 1.

In hanc legem vide Briſſonium *libro 2. ſelect. cap. 8.* Vaccam hic, Dion. 55. Sueto. *in Auguſt.*

¶ Cur præfecti vigilum fuerint inuenti & creati, qua de re dixi in Rubrica huius Titul.

Digitized by Google

De materia huius legis vide Alexandrum *conſ.*50. ¶Incendiarij an & quæ pœna ſit, vide diſtinctè Cyn. in l. *data, C. qui accuſ. non poſſ.*

¶An & quando connumeretur inter caſus fortuitos incendium, vide Ang. *in tract. maleficiorum, in verbo Incendiario, & in §. præterea, Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* & Bald. in §. *cognoſcit* 1. l. 3. *huius tit. num.* 2.

l. Nam ſalutem. 3.

¶An præfectus vigilum ſpectabilis ſit, dubitatur hoc loco. Placentinus etenim exiſtimat non eſſe ſpectabilem, ratio eſt, quoniam in Codice ponitur poſt præſidem, qui eſt clariſſimus. Verum eum eſſe ſpectabilem certum eſt, qua de re vide hic gloſſam *in voce ſpectabili.*

¶Spectabilium autem medius eſt ordo. Spectabilis dignitas media eſt inter ſenatorias. Supra ſpectabiles ſunt illuſtres, infra clariſſimi, qua de re meminit lex Nullus, 60. *C. de dignit. lib.* 10. Fran. Hotom. *lib.* 8. *obſ. cap.* 12. *pag.* 184.

§. Cognoſcit. 1.

Quod incendium præſumatur culpa inhabitantium, *adde* l. *ſi vendita, D. de peric. & commo. rei vend.* & l. *qui inſulam*, §. *fin. D. loca.* vide Gramm. *deciſ.* 3. *in cauſa.* & Afflict. *deciſ.* 57. *illo die.* Socinus *reg.* 178.

An quando maleficiũ eſt cõmiſſum in confinio, vtraque ciuitas teneatur, *vide hic Bald.*

§. ſciendum. 3.

In hunc §. ſcribit Couarruuias, *libr.* 4. *variar. reſo. cap.* 3. Ræuardus, *lib.* 1. *varior. capite* 8. Turneb. *libro* 19. *aduerſ. capite* 14. Vacca. *hic.*

Coerrare eſt frequenter ire. Perperam autem exiſtimat Accurſius. Coerrare idem eſſe, quod frequenter præcipere, cùm hoc alienum prorſus ſit à ſignificatione verbi.

An *calceatum*, an verò *caligatum* legendum ſit, dubitat quidam, vt ducatur à caliga militari indumento, quod cognomentum induerit Caligulæ Imp. veruntamen *calceatum* potius legendum eſſe exiſtimo. tametſi *Falciatum* legi potius debere putet Hotomanus, id eſt falcibus muralibus, quibus ædes in flammatæ diruerentur inſtructum.

¶Hamæ. Vas eſt aquarium rotundioris formæ, & ventris globoſioris, quo ad extinguenda incendia ſolebant vti veteres.

¶Dolabra. Inſtrumentum eſt, per quod ignis vel flamma in tignis recepta quaſi dolando abraditur, ne progrediatur.

§. Vt curam. 4.

Præfecti vigilum cura hæc eſſe debet. Ne incendium negligentia aliqua oriatur, deinde admonere debet inquilinos, vt vnuſquiſque aquam in cœnaculo habeat.

Cœnaculo. ¶Cœnaculũ eſt ſuperius membrũ domus, quod inquilini Romæ habitare ſolebãt, quaſi corpuſculum, ſuis quoque mẽbris conſtans. Dictũ autẽ eſt, cœnaculũ à cõmunione veſcendi. Antiqui enim publicè, & in cõmune veſcebantur, nec vllius conuiuiũ ſingulare erat, ne in occulto deliciȩ luxuriã gignerent. hęc *Iſid. li.* 15. *orig. c.* 3. Hinc cœnacularius ex eo dicitur qui totas domos conducit, vt ſingula cœnacula inquilinis, locet quęſtus faciẽdi cauſa, l. *ſi vero plures*, §. 1. *ſi quis ſi de his qui effud. & ibi D. Goth. optimè notat.* Vnde Vlpianus *in* l. *ſaccularij. D. de extraord. crim.* ait in aliena cœnacula ſe derigere.

§. Aduerſus. 5.

Capſarij erant homines qui mercede conſtituta à domino balnei ſeruanda, in balneis veſtimenta ſuſcipiebant. Verum non ineptè exiſtimat Accurſius capſarios dici eos qui pueris euntibus, in ſcholam libros portabãt: *vt in l.* 13. *ſi collactaneus*, D. *de manum. vind.* quo pertinet illud Iuuenalis Satyr. 10.

Quiſquis adhuc vno partã colit eſſe Mineruã.
Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ.

id eſt ſeruus capſarius.

Et in hac ſignificatione vſurpatur à Suetonio *in Nerone cap.* 36. cum ait, Conſtat quoſdam cum pedagogis & capſariis vno prandio pariter necatos, de hoc capſario meminit *lex ſi collactaneus* 15. *D. de man. vind.* vel ſi malis capſarij ſunt qui nobiliorum ciuiũ filiis ad ſcholas euntibus libros deferunt in capſura. Capſa autem dicta eſt, quod res in ea conditas capiat, vt ait Plin. *libro* 8. *capite* 3. Capſarum modo includitur.

An flagellatio, fuſtigatio, & criminales omnes cauſæ ſint meri imperij, necne, declarat hic Bald.

Tit. 16. de officio proconſulis & legati.

Qualem oporteat eſſe Proconſulem, pulchrè docet Cicero *lib.* 1. *epiſt ad Q. Fratr. epiſt.* 1. vide Vaccam *ad hunc tit.*

¶Proconſul autem eſt, qui cum poteſtate Conſulis in prouincias mittebatur: ita & optimè dictum eſt proconſulem extra vrbem morari. Dictus quaſi conſul procul miſſus. Alia eſt Iſidori opinio. Exiſtimat enim Proconſules ſubiectos fuiſſe conſulibus, & ait dictos eſſe proconſules, eo quod vice conſuli fungerentur, *lib.* 9. *orig. cap.* 3.

¶At legati proconſulis nihil proprium habent, niſi à proconſule eis mandetur, l. *legati hoc titul.* Sequitur ergo quod mandata iuriſdictione aliquid propriũ habeat. qua de re Cuia. *lib.* 7. *obſ. cap.* 21. Verùm in eo duo ſunt ſpecia-

Digitized by Google

ſpecialia. primum, quòd cognitio cuiuſlibe criminis ei demandari poſſit,quod tamen nõ reperitur in alio. Item pronũtiat de crimine ſuſpecti tutoris,quamuis alius delegatus non poſſit,§.*datum*,*Inſt.de ſuſpect.tutor*.Pœnam autem grauiorem irrogare non poteſt: *vt in l.ſi quid,hoc tit.*

Quid differat proconſul à Præſide, optimè declarat *Cuiac.*20.*obſ.cap.*31.

¶Quis primus proconſul creatus fuerit,optimè declarat Liuius *lib.*3.*dec.* 1. & Feneſt. *cap.*11.*de magiſtrat.*

¶ Proconſulis officium eſt moderatè, & prudenter verſari,innocentibus parcere, *l.ſolent,hoc tit.*& inquirere in malos,*l.congruit* 13. *infra de officio præſ.*& alia eiuſmodi.

¶ Inſignia proconſulis ſunt ſecuris, & faſces.

¶ An proconſul ſit ſpectabilis, nec ne,declarat hic Bald.in Rub.

l.Proconſul.1.

In hanc legem Briſſonius,*lib* 3.*ſelect.ca.*14. Iacob.Ræuardus.*de author.prudent.cap* 6. *&* 7.

¶ Proconſul vbi & quo loco, & quam poteſtatem habeat,declarat hoc loco Vlpianus, poteſtatem etenim nõ habet, niſi in ea prouincia quæ ei ſola demandata eſt.

¶ An inſignia diſtent à dignitate, & an aliud fuit dignitas, aliud inſignia dignitatis,vide hic Bald.

l.Omnes.2.

Gueuarra *ad leg.*3. *infra de offic.præſid. num.*5. Charondas *lib.*1.*veriſ.cap.*3.Goueanus de Iuriſdictione *pag.*6.& Vacca hic.

¶ Proconſules ſtatim atque vrbem egreſſi ſunt, habent iuriſdictionem,non quidẽ contentioſam.ſed voluntariam: quoniam iuriſdictio voluntaria poteſt extra territoriũ ius dicentis exerceri, niſi id quod expediendum eſt competat de iure ſpeciali, qua de re vide Romanum *ſing.* 49. *&* 48. vbi optimè notat duo maximè neceſſaria eſſe, vt Iuriſdictio contentioſa extra territorium exerceri poſſit: Conſenſum nempe partium, & iudicis proprij territorij. ¶ Quæ autem ſit iuriſdictionis voluntariæ & contentioſæ differentia,declarat hic *Gloſſa prima.*

¶ An iuriſdictio extra territorium prorogari poſſit,An iuriſdictio voluntaria delegari poſſit,vide hic Bald.*num.*3.*&* 4.

§.Apud.1.

Pro intellectu huius §. vide Cuiacium 1. *obſ.cap.*1.

¶Quæ ſit proconſulis & legati proconſulis differẽtia, maximè ex hoc §.patet: nam Proconſul, vt iam diximus ſupra, iuriſdictionem habet voluntariam non contentioſam, legatus proconſulis,neque voluntariam,neque contentioſam iuriſdictionem habet, quamuis reuera videatur habere,vt in *l.apud proconſulem*.17. D. *de manum. vin.* vbi apertè dicitur *apud proconſulem, poſtquam vrbẽ egreſſus eſt vindicta manumittere poſſumus: ſed & apud legatum eius manumittere poſſumus.* Varij varias attulere ſolutiones quas vti cuique ſederit:ita quiſque videre poſſit:ſed omnium optimè mihi videtur conſiliaſſe vir ſummæ doctrinæ Iacobus Cuiacius addita & adiecta negatiua: Verum quoniam noſtrum non eſt tantas componere lites,iudicabis, beneuole lector.

Quod apud proconſulem nemo manumittere poſſit Cuiac. *d.loco cui aduerſatur, l.apud proconſulem,D.de manum.vind.*

Legis actio.

Quid ſit legis actio, *vide l.*10. *infra de offic. iuridic.*

l.Nec adoptare.3.

Vide hic Robert.1.*anim.cap.*21.cui contradicit Cuiacius 18.*obſ.*38.

¶ Legatus Proconſulis non poteſt adoptare:ratio eſt,quoniam non eſt apud eum legis actio, ita vt optimè ex hoc loco conſtet, Legatum procõſulis omni prorſus legis actione carere: & ita is demum manumittere poteſt, qui legis actionem habet:*vt l.*4 *de adopt. & l.vlt. C. de vind. lib.* & à Paulo *lib.* 2. *ſent. quemadm.filij ſui iuris efficia.*

l.Obſeruare.4.

Quæ cura de mandata ſit proconſuli, ſatis ex hoc loco conſtat.imprimis etenim obſeruare debet,ne in hoſpitiis præbendis prouinciam oneret.

¶Rationem ad hanc legem,vide apud Abbatem in *c.poſt ceſſionem pen.col.de probat.*Adde *fol.*16.*num.*15.*Repetitionum* 1.

§.Nemo proconſulum.1.

¶ Strator quis,vide Cottam *in voce ſtratores*.Ræuardum *libro* 1.*varior.c.*10. Cuia.11.*obſ. cap.*1.Gouean,*lib.*1.*lect.cap.*42.Vacca hic. Adde tit.*eod.lib.*12. *de ſtratoribus.* ¶ Dicti autem ſtratores à ſiſtendo vel à ſtando, aut potius ſternẽdo,vt Cicero *lib.*2.*epiſt.* Ad te ſtratores meos,& lictores cum literis mitterem,& *lib.* 9. præſto mihi fuit prætor cum eius literis, quibus ne venirem denuntiabat.Horum etiã mentio fit in *l.*2.*C.de cuſtod.reor.* Quidam tamen pro ſtratoribus *ſtatores legunt.*

§.Proficiſci.2.

Cuiacius *lib.*6.*obſ. cap.*30. Vvaltherus *libro* 1.*miſcellan. c.*13.Tacitus *libro* 3. Corrãſius *hic.*

Ab ipſis ratio, & vindicta exigatur.

Quid põt cõueniri,maritus pro vxore?Ne-

Digitized by Google

gat *lex 2. & 3. C. ne uxor pro marito*: verum facilis eſt ſolutio: facto etenim alterius tenemur, ſi culpa noſtra factum: illud alteri nocuit: Vide Tacitum *3. annal.* ſic etiam rectores ciuitatum vxores ſecum ducere non debent: tenentur etenim pro ipſis. Nonnunquam enim furto vxoris tenetur maritus, non quidem furti: ſed in factum actione.

¶ An iudex qui non vult audire allegationes, vel probationes faciat litem ſuam, vide Bald. hic *num.* 18. & Innocen. *in cap. paſtoralis, de cau. poſſ.* Lanfran. *in clemen. ſæpe, verſ. de plano, de verb. ſign.*

¶ An pendente appellatione iudex qui tulit ſententiam iniquam poſſit conueniri.

An ſi ſententia eſt nulla, iudex faciat litem ſuam.

¶ An iudex qui malè iudicauit, præſumatur per ignorantiam, vide hic Bald.

§. Antequam. 3.

¶ Debet de aduentu ſuo, mittere edictum. Quod ſe feciſſe ſcribit Cicero *libro 2. epi. l. ad Appium*, & quid edictum hoc continere debeat, declaratur hoc §.

An & quomodo ciuitas dicatur turbari, vide hic Bald.

§. Rectè autem. 4.

Proconſul antequam ad fines alicuius prouinciæ accedat, mittere debet deceſſori ſe ea die fines ingreſſurum. Ratio eſt, quoniam incertus hic & inopinatus aduentus ſæpiſſimè turbat, aut contumelia afficit prouinciales & impedit eorum actiones & negotiationes.

Nota hic quod conſuetudini ſtandum eſt.

§. Ingreſſum. 5.

Epidemia, eſt acceſſus ad ciuitatem aliquam obſeruari plerumque ſolitus. Epidemiam vocant medici morbum populariter vagãtem, ſiue vndique ſparſum.

¶ Καλπαλιῳ. Hoc eſt portum ad quem plerumque proconſules applicare ſolent.

Aſiam applicare per mare in prouincia pro conſul veniat. Per mare. Budæus *hic*.

¶ Pro more: Aſiam applicari legendum eſſe mauult.

§. Poſt hæc. 6.

Forcat. *dialog. 79. numer. 5. & in auiario cap. 9. num. 3.* Turne. *libro 30 aduerſ. cap. 26.*

¶ Poſtquam Proconſul prouinciam ingreſſus eſt, quid agere debeat, demonſtratur hoc §.

¶ An ſemper ratihabitio retrotrahatur, Ratificatio quid operetur, an operetur in præiudicium tertij. An ſit infamis ex ratihabitione condemnatus: An requiratur ſcientia ratificationis in ratificatione: An factum poſſit ratificari: An ſententia nulla poſſit ratificari: An de ratificatione quis poſſit criminaliter puniri: An & qualiter probetur ratificatio: An vbi peccatum eſt in forma, valeat ſubſequens ratificatio, *vide hic Bald.*

l. Aliquando. 5.

Hæc lex videtur obſtare, §. ſuperiori, vbi enim dixit non poſſe, Proconſulem iuriſdictionem mãdare legato ſuo antequam prouinciam ſit ingreſſus, hac lege dicitur eum poſſe: ſed hic eſt caſus ſpecialis.

¶ An quis iuriſdictionem habere poſſit, & non exercitium.

¶ An vicarij habeant iuriſdictionem ordinariam, & an is poſſit facere alium vicarium: An vicariatus commiſsio poſſit probari per teſtes: An & quomodo cognoſcatur, an quis ſit vicarius delegatus ad vniuerſitatem cauſarum: An pater ex cauſa poſsit conſtituere filium vicegerentem: An mandatum factum à vicegerente arctet & dominum: An mortuo domino expiret officium vicarii. hæ omnes quæſtiones tractantur hic copioſiſſimè à *Bal.*

l. Solent. 6.

Scripſit in hanc legem Vacca *hoc tit.* Ferrãdus, *lib. 1. explic. cap. 9.* Loriot. *de iuriſdict. axio. 7.* Gillotus *de imperio & iuriſd. libro 1. c. 7.* Bellon. *libro 3. ſupput. cap. 17.* Ioan. Robert. *libro 4. ſen. cap. 22.* Menoch. *libro 1. de arbi. iud. q. 43. & 53.* Longoual. *ad l. imperium, D. de iuriſd. omn. iud. numero 80.*

Quòd ſententia maior & potiſſima pars iudicii ſit.

¶ An poteſtas gladii committi poſsit, notat hic Bald.

¶ Ex hac igitur lege conſtat eum qui non poſſit condemnare, multominus poſſe abſoluere, & vice verſa: qua de re vide Felin. *in cap. cum inferior. de maior. & obed.* Vide etiam quæ notat Socin. *in Rub. D. de acquirenda poſſeſſione.*

§. Sicut autem. 1.

In arbitrio proconſulis eſt mandare, vel non mandare iuriſdictionem, ita etiam ſi proconſuli liceat mandatam iuriſdictionem tollere, atque adimere, hoc tamen facere nõ debet inconſulto principe, quoniam hoc honeſtas requirit, licet reuera facere poſſit hoc.

§. Legatos. 2.

Legati principem conſulere non debent: ſed potius proconſulem ſuum. Vnde proconſul ad conſultationes legatorum reſpondere debet.

§. Non vero in totum. 3.

¶ Curtius *libro 3. ad fratrem cap.* & ita etiam legit

Digitized by Google

legit Forcat. *in penul.capite* 18. licet aliter tamen iuris Politia. *miſcell.capite* 95.

¶Proconſul non debet paſſim Xenia recipere, licet quandoque poſſit: non tamen ea quæ in munus tranſeunt, quamuis pontifex idem permiſerit poſtea ſuis delegatis *conſtitutum*, §. *inſup.* & *ex. de reſcrip.* & eſculentum, vel poculentum mea liberalitate oblata, quod paucis conſumi poſſit diebus accipe- rent.

¶Xenia dona ſunt hoſpitibus dari ſolita. Vnde Martialis librum Alterum diſtichorum Xenia inſcripſit, ſic & Apuleius Xeniū munus hoſpitale appellat. De Xeniis Vitruuius *lib. 6 cap.* 10. & deriuatur à Græco ξένος, qui hoſpitem ſignificat.

¶An emere liceat victualia à ſubditis: An poſſint rectores recipere eſculentum & poculentum: An aſſeſſoribus liceat recipere Xenia, vide hic Bald.

l. Si in aliam. 7.

Vacca hoc titulo.

¶Cum honori ſuo. Ratio eſt, quoniam, vt rectè ait Ariſtoteles *primo Ethicorum*, laus eſt in honorante, non in honorato.

Ferias dare. ¶Ferias dat Proconſul quoties eas confirmat, & obſeruat, nouas etenim dare non poteſt. ita etiam legatus tenetur obſeruare ferias conſuetas. Metropolitana ciuitas dicitur caput ſuæ prouinciæ.

§. Ædes ſacras. 1.

¶ Sarta tecta quæ ſint. Sic in archetypo Florentino legitur, mihi tamen magis arridet Taurel. lectio ſi legamus ſarta tectaque ſint.

§. Cum pleniſſimam. 2.

Proconſul pleniſſimam habet iuriſdictionem. hinc fit, vt omnium partes qui Romæ vel quaſi magiſtratus, vel extra ordinem ius dicunt ad ipſum pertineant. Accurſius tamen excipiendum putat Conſulem & præfectum prætorio quaſi conſul maiorem Romæ poteſtatem haberet, quam proconſul in prouincia, aut etiam præfectus prætorio.

l. Et ideo. 8.

Proconſul poſt principem in ea prouincia quæ ſibi demandata eſt maius imperium habet.

l. Nec quicquam 9.

Ad huius legis intellectum vide Alciatum *lib.2.parad.cap.*3. Alex. ab Alexan. *l*[illegible] 4.[illegible] *dier.cap.*19. Gillotum *libro* 2. [illegible] 17. Loriottum *de tutelis axiom* 59. Coraſ. *l*[illegible] 61. *miſcell capite* 4. Briſſonium *libro* 3. *ſelect.* [illegible] 1. Cuiacium *libro* 4 *obſeru. capite* 40. Vaconium *libro 6.declarat.*80. & 81. Vacca hoc tit.

Nihil eſt in prouincia quæ proconſuli demandata eſt, quod non per ipſum expediatur.

Quod de cauſa fiſcali cognoſcere poſſit procurator Cæſaris notant ad hoc Doctores hunc textum.

§. Vbi decretum. 1.

Zoannetus reſtit. *ad D.capite*.15. Ræuardus *pro tribun.capite* 8.*folio* 366.*numero* 53. Repetitio num 1. *ad l.omnia quæcumque, D.de reg.iur.folio* 319.*numero* 15º. *Repetitionum* 1 *D.de procur.* & *leg. Arch. in l* 3.*C. de ſen. ex periculo recit. numero quinto.folio* 117.

¶Cauſæ in quibus plena cauſæ cognitio, & decreti interpoſitio requiritur non ſunt delegabiles: Alciat. *ad capit. cum ſedem, ex. de off ordin.* & *libro* 2.*parad.io.cap.* 3. Budæus *hic*. Vacon. *lib.6 declar.capite* 231. Ioan. Long ad l, *imperiū, numero* 158. D. *de iuriſd.om.iud.* & vide repetitio. ad hunc §. Pet. Stell. & Mar. Salom. vbi de intellectu latiſſime & nouiter Mars. Mantuam.

¶Per Libellum. Libellus eſt, quam vulgo requeſtam appellamus, de qua de re Tranquillus *in Auguſto ca.* 53. idem etiam *in Domitiano capite* 17. & *in Aug capite* 50.

¶Decretum an quot modis ſumatur, vide Mar. Soc. *in conſ.*25. *incip. viſis.*

¶An in officio iudicis ſit neceſſarius libellus vide hic Bar. *in* l. 4. §. *hoc autem, D de dam. infect.* An in officio iudicis requiratur litis conteſtatio, An quæ ſit differentia inter ſententiam & ibi decretum, vide Bald. & alios *in l. iuſto. D de a. quir. poſſ.* & Cyn. *in l. cum proponas, C de bonis au. hor. iud. poſſ.*

¶An iuriſdictio voluntaria delegari poſſit, vide hic Bal. in ſecunda lectura.

§. Circa. 2.

Proconſul circa aduocatos patiens eſſe debet: ſed cum quodam moderamine, ne fortaſſe nimis contemptibilis videatur.

§. De plano. 3.

Ræuardus *d. loco protrib.capite* 7. Proconſul cognoſcit de plano inter parentes, & liberos patronos, & liberos obſequia non præſtantes.

¶Planum, & de plano quid, vide Marſil. *ſing* 10[illegible]. gloſſ. *in extrauag. ad reprimendam, in* [illegible] *bo de plano, quomodo in crimine læſæ maieſta*[illegible] *proceda tur.*

¶Clauſula de plano, in reſcriptis appoſita, quid importet: An litis conteſtatio requiratur in cauſis ſummariis, vide Bart. *hic*, & *in l. ſi conſtante, in* 4. & 3. *quæſtion. D ſoluto matrimonio.*

De materia huius §. vide Barto. *in l. ſi in lege. in pr. D. loc.* & *in l. ſi. in familiam, in prin. D de donat.* An in cauſa de plano requiratur libel-

Digitized by Google

lus, litis conteſtatio, & alia, vide quæ notat Bart. *in l.1.§.fi. D.de prætor.ſtip.*

§.Obſeruare.4.

Vt ſit ordo aliquis poſtulationum.

¶ De ordine poſtulandi, vide Ciceronem *pro Fronteio.*

§.Aduocatos.5.

Proconſul indulgere debet petentibus aduocatos, quibúſque alijs indulgere debeat, declaratur hoc §.

l.Meminiſſe.10.

Proconſul de cauſis cognoſcere debet, & omnia admiñiſtrare vſque in aduentum ſucceſſoris. ¶Hinc ſatis conſtat officium proconſulis non finiri, donec ſucceſſor aduenerit, cúmque aduenisſe ſenſerit, vnde Romanus *ſingulari 39.* ſcribit. Proconſuli deberi ſalarium totius tempore quo exercuit officium non adueniente ſucceſſore, ſic etiam rectè poteſt exercere officium ſuum, vſque in aduentum ſucceſſoris ſui, *qua de re vide Bart. in l. eum, ff. de iuriſd. om. iud.*

Vſque ad aduentum. ¶Vſque, dictio, quemadmodum ſumatur, vide Bar. & Bald. hic, vide omnino de hac dictione quæ notat Bar. in *l. à caligato, C. de nupt. & Oldend. conſ. 49.*

§.Legatum.1.

Proconſul non debet remittere legatum ſuum, antequam de prouincia recedat, quod confirmatur authoritate Diui Hadriani.

De materia huius §. vide quæ notat Bar. *in l.1. C. vt omnes iudices tã ciuiles quã criminales.*

l.Si quid erit.11.

In hanc legem ſcripſit Briſſonius *lib.3. ſelect. c.9.* vide Harmenop. *6. tit.14.* Cum ſuperioribus legibus abundè ſatis de proconſule tractauerit ad officium legati tranſit. Et initio quidem notat, cauſas quæ animaduerſionem requirant ad legatũ procõſulis nõ pertinere, modicam tamen coercitionem legato eſſe permiſſam. ¶ Obiter autem notandum eſt, Tria eſſe genera legatorum, primo enim loco ſunt legati proconſulum, *vt toto hoc titulo*, qui habent iuriſdictionem delegatam à proconſule ad vniuerſitatem cauſarũ. Secundo loco ſunt legati, qui mittuntur ex prouinciis ad principes, *vt in tit. de legation. l. 2. de iud.* Tertio loco ſunt legati principis, hoc eſt rectores prouinciæ, *l. legatus, de off. præſid.* & hoc de iure ciuili. ¶ Iure vero canonico, tria etiam ſunt genera legatorum, primo ſunt legati miſſi qui non habent iuriſdictionem nec collationẽ quique hodie appellantur Nuntij. Secundo ſunt legati nati, quod officium legationis annexum ſit epiſcopatui, *vt in cap.1. de off. legat.* & hi habent iuriſdictionem in ſua prouincia, at non collationem beneficiorum. Tertio ſunt legati à latere, qui collationem habent beneficiorum totius prouinciæ, quique iuriſdictionem habent ad inſtar proconſulum, *cap.2. ext. de offic. legat.*

l.Legatus.12.

Ioann. Robert. *d.c.22.* Politian. *in Miſcell. cap.78.* Vacca hoc tit.

Duplex eſt hic lectio. quidam enim habent negatiuam *Non* Alij carent ea.

¶ An & quomodo delegatus iudicem dare poſſit, declarat hic gloſſa. Coniunge autem ad intellectum huius legis, *l. cum prætor 12. §. 2. non autem, D. de iudiciis.* vbi tractatur hæc materia.

¶ An delegatus ad vnam cauſam, poſſit ſubdelegare certum articulum cauſæ, vide hic Bart.

¶ Legatus Proconſulis ante mandatam ſibi iuriſdictionem, ius dandi iudicis non habet, poſt mandatam iuriſdictionem iudicem dare & iubere, iudicare poteſt, non vi mandati quidem: ſed ex lege ſpeciali quæ hoc ei dedit, nam & proconſul ipſe ius dandi iudicis non habet niſi ex lege, *d. l. cum prætor 12. D. de iudic.*

l.Legati.13.

Gillotus *lib.2. de iuriſd. ca.23.* Cuiacius *lib.7. obſ. cap.21.* Vacca hoc tit.

Legati procõſulis nihil ſanè proprium habent, niſi eis demandatum ſit à Proconſule: attamen legatus Proconſulis iuriſdictionem propriam habet poſt ſubdelegationem, vide Gloſſ. *in l. mora. de iuriſd. omnium iudic.*

l.Proconſules.14.

Vacca hoc titulo.

Faſcibus Malè exiſtimauit Accurſius, faſces pro menſibus, verùm faſces procõſulares hic intelliguntur, de quibus vide Vopiſcum. Faſces etiam erant Faſciculi virgarum, intra quas virgas ſecuris obligata erat, ita vt ferrum in ſummo faſce extaret. quare autẽ obligatę fuerint faſces cum ſecuribus, ratio eſt, vt interea, dum diſſoluerentur mora quadam magiſtratuum ira deferueſceret, vt auctor eſt Plutarchus iuſſi autem lictores faſces & ſecures quas præferebant, ſoluebant & expediebant: atque virgis primum, deinde, ſecuri percutiebant, qua de re Liuius *lib.1. decad.1.* hinc etiam ſummittere faſces Plin. *lib.7. c.30.* Conſ. duodecim faſces: prætores vrbani binos: prouinciales, ſenos præferebant. de his meminit Cic. in Verrem *libro 5 & pro Aulo Cluentio: & de lege Agraria contra Rullum.* Adde Socin. reg. 211.

l.Et

Digitized by Google

l. Et legati. 15.

Vacca hoc titulo. ¶ Tutores dare poſſunt legati proconſulum, quamuis reuera non poſſint: *t ait* l. *nec mandante, in princip.* D. *de tutel. & curat. dat. ab his*, Verum legatus proconſulis tutorem non dat ex delegatione, ſed legis beneficio.

l. Proconſul. 16.

Bellon. *libro* 1. *ſupput. cap.* 1. Vacca hic.

Statim atque Procóſul, Romæ portam ingreſſus eſt, deponit inſignia magiſtratus, hoc eſt deponit iuriſdictionem, etiam voluntariã, & omnia iuriſdictionis ſuæ inſignia.

Tit. 17. De offic. præfect. Auguſtalis.

Ad hunc titulum ſcripſit Antonius Vacca.

Præfectus Auguſtalis dicebatur, qui omnia tributa per Ægyptum in cura & prouidentia ſua habebat. ¶ Dictus autem eſt Auguſtalis, quia Auguſtus primus eam dignitatem ei præfecto qui Alexandriam inhabitauit conceſſit.

l. Præfectus. 1.

Præfectus Auguſtalis eo ipſo imperium amittit, quod ſucceſſor intrauit Alexandriam.

Præfectus Ægypti. ¶ Præfectus Auguſtalis in Ægypto ab Auguſto conſtitutus eſt, poſt victoriam Actiacam victis Antonio & Cleopatra, Strabo 7. cauſam conſtituendi vide apud Tacitum. 2.

Tit. 18. De offic. præſidis.

In hunc titulum extant commentaria Petri Vellei Gueuarræ, Vacca *hic*.

Præſides rectores ſunt prouinciæ dicti, ex eo quod præſunt. Iſidor. *libro* 8. *orig. capite* 4. vel quia alicuius loci tutelam præſidialiter tenent, vt ipſemet ait *libro* 9. *tit.* 3.

¶ Præſides autem quales, & per quos eligi debeant, vide *Auth. præſides, Cod. libro* 1. *titu.* 4. l. 19 Quint. *libro* 3. *capite* 9.

¶ Præſes etiam quandoque pro auxiliatore ſumitur, vt declarat Liuius *libro* 6. *ab vrbe.* hinc præſides qui vulgo patriarum gubernatores dicuntur, inter eos etiam ſunt legati regis, qui & vicarij dici poſſunt.

l. Præſidis. 1.

Vacca hic.

Præſidis nomen ita generale eſt, vt eius appellatione contineatur quicumque rector prouinciæ, *vide Cuiac.* Si quidem proconſulis appellatio ſpecialis ſit. 20 *obſ. cap.* 37. His obiter adiiciendum, Præſidem tribus modis ſumi ſtrictè ſcilicet largius & largiſſimè.

¶ An præſidis appellatio omnes magiſtratus comprehendat, vide hic Bald.

l. Præſes. 2.

Præſes prouinciæ adoptare poteſt, & manumittere apud ſe, cui coniunge, l. 5. D. *de manum. vindict.*

l. Præſes. 3.

Præſes prouinciæ cognoſcit de criminibus in ſua prouincia, per quoſcumque commiſſis, & donec eſt in prouincia eos punire poteſt. At ſi exceſſerit, priuatus eſt. Quantum ad exercitium, in ſua prouincia habet imperium, & in extraneos præſes. Extra prouinciam, an, quemadmodum, & in quibus dicatur priuatus, declarat hic Gloſſ. ſic etiam rex extra regnum non eſt pro rege habendus.

¶ Si quid manu. ¶ Potius legendum eſſe puto: *ſi quod malum.*

l. Præſes. 4.

Præſes prouinciæ, poſt principem habet omnibus maius imperium, in ea prouincia, quæ ei demandata eſt, idem etiam de proconſule *in* l 8. *vbi diximus.*

¶ An quis forum ſortiatur ratione delicti, an iudex extra prouinciam habeat iuriſdictionem, vide hic Bart.

l. Præſes. 5.

Præſes prouinciæ dare, nec tutorem nec præſidem poteſt, *cui congruit*, l. *vltim. D. de offic. prætor.*

l. Illicitas. 6.

Præſes prouinciæ, prohibere debet illicitas exactiones, & violentia factas: & extortas metu venditiones & cautiones, vel ſine pretij numeratione, nec ſufficiunt hæc: nam & prouidere debet, ne quis iniquum lucrum aut damnum ſentiat.

§. Veritas. 1.

Vide allegatos ab Antonio Del Rio *in repet.* l. *tranſigere. C. de tranſact. numero* 138. Addatur Pileus *quæſt.* 108. Aulus Gell. *lib.* 14. *ca.* 1. Benedict. Capra *in Regu. concluſio.* 32. Vacca hic.

¶ Iudex debet ferre ſententiam, ſecundum allegata & probata, non ſecundum conſcientiam. Adde Felinum *ad cap. paſtoralis, §. quia vero, num.* 23. *cum ſeq. ex. de off. deleg.* Marſ. *ſing.* 266. *iudex*, Coraſ. *libro* 4. *miſcel. capite* 20. Guido Pap. *quæſt* 20. *vel* 29. Cuiac. 12. *obſer.* 19. Hotom *q. illuſt.* 25. quod extenditur, etiã in criminalibus vbi iudex iudicare debet ſecundum allegata & probata, & notat Iaſon in §. *ſi minus, Inſt. de action.* Imol. *conſ.* 23.

¶ An verò iudex teneatur iudicare ſecundũ conſcientiam, vid. Dom. Flo. *in l. ſi irruptione. ad fi. infra fi. regund.* & quod not. Doct. *in* l. *certi iuris, Cod. de iudic.*

Digitized by Google

¶ Quotuplex autem ſit conſcientia, ponit Bald. *in l. fin. verſ. non tamen*, *Cod. de pœn. iud. qui mal. iud.*

¶ Quid ſit conſcientia, tradit idem Bald. in cap. *niſi cum pridem, ext. de renunc.*

¶ An error veritati noceat, vide hic Bald.

§. Ne potentiores. 2.

Ad officium præſidis prouinciæ pertinet ne potentiores opprimant tenuiores, hoc eſt, ne impotentes opprimantur à potentibus, ipſe etenim permittere non debet, vt grauentur pauperes & inopes, & ſanè iudex, hoc eſt præſes prouinciæ, debet eſſe procutor pauperum, iis namque ſi ſe grauatos ſentiant, ad præſidem habent regreſſum.

Securitas quid, quanto tempore duret, & quot ſint eius effectus, declarat hic Bart.

§. Illicita miniſteria. 3.

Præſes prouinciæ prohibere & deprehenſa coercere debet illicita miniſteria, ſub prætextu adiuuantium militares viros, ad concutiendos occaſione militum homines procedentia, ille etiam cohibere debet illicitas exactiones quæ ſub ſpecie quadam tributorum exigi ab aliquo poſſunt.

§. Neque licita. 4.

In hunc §. Briſſonius *lib. 4. ſelect. cap. 4.*

An iudex eccleſiaſticus imponere poſſit maiorem pœnam, quàm perpetui carceris, vide hic Bald.

l. Ne tenuis. 5.

Cotta *in voce Limine.* Tiraquell. *connub. leg. 10. num. 28.* Zoannetus *reſtitut. adff. cap. 21.* vbi pro lumine, limine legendum putat, vt limé hic pro caſa tenui & humili ſumatur: perperam itaque Accurſius hic loquitur de candela ac lucerna.

l. Ne quid. 6.

Humanæ fragilitatis caſus medico non imputatur: ſed imperitiæ, *cap. tua nos. ex. de homi.* Nam medicus nõn ſemper ſanare poteſt, ſicut etiam orator nõ ſemper perſuadet, ſed ſi per imperitiam aliquid commiſerit, ei ſanè imputari debet.

§. Qui vniuerſas. 8.

Bellonus, *lib. 1. ſupput. cap. 1.* Gillotus *de iuriſdict. lib. 1. cap. 7.* Zoannetus *reſtitut. ad. D. c. 21.* Vacca hic, vbi per vniuerſas prouincias intelligit integras.

Vniuerſi qui prouincias aliquas regunt, ius gladij habent, hoc eſt merum imperium habent, poſſuntque in metallum damnare: ita vt hinc colligere poſſimus, quod qui merum imperium habent, condemnare poſſunt ad mortem, necnon etiam in metallum.

¶ An rector prouinciæ bannire poſſit, vide quod notat Bar. *in l. imperium, D. de iuriſ. om. iudic.*

¶ An metallo dari & in opus metalli damnari differant: anque metalli dari grauius ſit quàm deportari, vide hic gloſſam finalem *huius* §.

¶ An bannire ſit meri imperij, vide hic Bal. numero 3.

¶ An vſusfructus finiatur per bannum, anque iudex eccleſiaſticus bannire poſſit, vide eundem.

§. Præſes prouinciæ. 9.

Mulcta remitti poteſt, ex cauſa neceſſitatis & paupertatis præſide prouinciæ, hoc eſt ſi præſes aliquem pecuniariter condemnauerit, nec ille condemnatus ſoluere poſſit, remittitur ei pœna propter inopiam: quòd ſi fiat poſtea ſoluendo, non debet tamen poſtea exigi.

¶ An neceſſitas à pœna & mulcta excuſent, & quę illa ſunt, vide Tiraq. *de pœn. temp. cau. 33.* Meno. *de arbi. iudic. caſ. 182.* Sebaſtian. Medic. *tract. de fort. caſib. part. 1. q. 6.* & quod mulcta, neceſſitatis cauſa remittatur, vide hic *Bart. & Alber.*

Reprehenſa. Quidam legunt *apprehenſa.* Alij *deprehenſa*, Budæus verò legit *repreſſa.* Verum *Reprehenſa* potius legendum eſſe exiſtimo.

l. Præſes prouinciæ. 7.

Ad officium Præſidis prouinciæ pertinet, vt ædificia in eius prouincia, reficiantur, quod ſi quis in eo fuerit minus obediens, poteſt præſes prouinciæ eum compellere. Inuitus enim ædificare, & de nouo reſtituere & deſtruere, quis cogi poteſt. Ratio autem huius legis eſt, quoniam ciuitas ædificiis deformari non debet: quaſi diceret iuriſconſultus poſſeſſorem domus, quæ deformitatem inducit, iudex poteſt cogere, vt eam reformet, vt optime declarat hic Bald.

l. Sæpe audiui. 8.

Ioan. Robert. *lib. 4. ſentent. cap. 23.* Gouean. *lib. 1. lect. cap. 33.* Si Imperator remittat negotium aliquod ad præſidem prouinciæ, & ita ſcriptum ſit in reſcripto Imperatoris, *Eum qui præeſt prouinciæ adire potes vel poteris*, ſanè non cogitur præſes, nec proconſul, multóque minus eius legatus de hoc negotio cognoſcere, ſed in arbitrio præſidis prouinciæ eſt, an velit cognoſcere, vel alij delegare.

¶ Cæſarem noſtrum, Hadrianum nempe intelligit.

¶ Vide Ruin. poſt Bartol. *ſuper gloſſ. in verb. poſſeſſ. in l. Gallus, in princ. in 7. char. de liber. & poſthum.*

l. Ex

Digitized by Google

l.Ex omnibus.10.

Vacca hic.

Correctores autem hi appellantur, quibus aliqua pars prouinciæ mandata eſt, vt videre eſt *in* l. *vnic. circa princ. Cod. vt omnes iud* vide tamen Zaſium 2.*comment*.2 *&* 8. Pręſidis prouinciæ poteſtas ita ampla eſt, vt cognoſcere poſſit in prouincia quæ ipſi demandata eſt, de omnibus de quibus alij magiſtratus Romæ cognoſcunt.

l.Omnia enim.11.

Idem repetit hæc lex quod ſuperior. Verũ in ſumma ait, quod negocia omnia prouincialia pertineant ad præſidem prouinciæ.

¶An præſes prouinciæ relegare poſſit ambigitur, verum vide l. relegatorum. §.2. de interdictis in fra.

¶Romæ varios iudices. Sunt quibus placet, varios indices valent, ſed tamen priorem lectionem retinendam eſſe cenſeo, vt iudices hic pro magiſtratibus ſumantur.

l.Sed licet.12

Quamuis præſes prouinciæ, omnium Romæ magiſtratuum, vice & officio fungi debeat, non tamen ſpectandum eſt, quid Romę factum, ſed quid fieri debuerit: qua de re vide Anton. Aug. *lib*.4. *cap*.8. Ratio huius legis eſt, quoniam exemplis non eſt iudicandum, licet aliquando iudicare poſſit, ex iis quę fiũt.

l.Congruit.13.

Præſes prouincię, non ſolùm debet prouinciam malis hominibus purgare, ſed etiam mare, ☛ notat Bart. *in l* 1. *verſ* 8.

¶ An & quatenus liceat inquirere in maleficos, præter allegata hic à Bar. adde gloſſ. ex trauag. *ad reſtituendam in verbo inquiſitionem.* Clarus 5. *ſenten*. §. *vlt. quæſt*.3 12.

§.Furioſus.1.

Huius §. mens ac ſententia optimè declaratur à D. Gothof. hic: quem vide.

¶Furiôſi an parricidij, homicidij, tutelę malę adminiſtratæ, iniuriæ, teneantur. An teſtamentum & codicillos facere: an ſpôſalia, matrimonium, & ſtipulationem contrahere: an teſtes, iudices, & tutores eſſe poſſint, omniũ fuſiſſimè tractat hic idem D. Gothofr.

l.Diuus Marcus.14.

Ad intellectum huius legis vide Ioannem Aurpachum *lib*.2. *alleg. cap*.41.

Quod afflicto non ſit addenda affli ctio, vide Iaſonem *ad leg. ex facto. n*.30. *D. de vulg. & pupil. & ad* l. *furioſum nu*.7. *Cod. qui teſtam. facere poſſ.* Cœpol. *caut*.2. Corſetum ſingul. diligenter. Quod propter furorem homicidium non puniatur, vide Bald. *conſ*.348. *lib*.3. *Angel. in tract. maleſic. in verbo ſcienter. columna* 3. *ver. quid in furioſo*. Cotta *in verſ. Homicidium*. Cagno. *ad* l.5. *D. de regul. iur.* Iodoc. *in prax. crimin. ca*.84. *numer*.6. Viuius *lib*.2. *comm. opin. in ver. Furioſus.*

Cum ſatis furore ipſo puniantur. ¶Hoc eſt etiam quod ait Cic. *de Aruſpicum reſponſ.*

Quæ poteſt homini maior eſſe pœna furore.

Non fortè eo momẽto. ¶Quidam hic *cum* legendum eſſe exiſtimant, alij *Num* ex emendatioribus libris. verum vtrouis modo legatur parum intereſt.

¶ Si cum poſſit videri ſentire. Perperam in quibuſdam libris legitur, *cum ſi poſſit videri ſentire.* ¶Ordine eſſe. ordo quid, vide hic apud Budęum.

l.Illud obſeruandum.15.

Vacca hic.

Iubet hæc lex, vt præſes prouinciæ, non excat prouinciam niſi voti cauſa, dum tamen non ſtet extra prouinciam per totam noctẽ ita ex hoc loco facile colligere liceat, quod quædam voti ratione conceduntur, quæ alias non concederentur.

Abnoctare. ¶Quid ſit abnoctare, optimè declarat hic Accurſius. poſt Bar ſic etiam anno 1320. conſtitutione Philippiña, interdictũ eſſe comperi conſiliariis parlamenti, vt ne ab vrbe abnoctarẽt, dũtaxat quominus omnibus conceſſibus curiæ intereſſent, circa cõmeatum, aut regium. aut cancellarij cũ principe curiæ, qui tum ſupremus appellatur.

l. Senatuſconſulto.16.c

Loriottus *de cõſanguin axiom*.38. Vacca hic.

¶ An præſcriptio deſinat currere, propter impedimentum ſuperueniẽs anque actio ex delicto, durante magiſtratu poſſit intentari, & an ſatiſdatio impediat ſequeſtrum fieri, declarat hic Bald.

¶Lis quare in delictis conteſtari magis debeat, quàm in alio: an impedito currat præſcriptio, & an impedimentum tollat præſcriptionem inchoatam, vel inchoandam, vide hic Bart.

l.Si fortè præſes.17.

Præſes prouinciæ antequam ſucceſſoris cognouerit aduentum, tutorem dare poteſt & authoritatem manumittendi præſtare.

l.Plebiſcito.18.

Præſes prouinciæ, nec donum, nec munus capere debet, niſi eſculentum poculentúmve quod intra dies proximos prodigatur. Officiales ſimiliter non poſſunt munera accipere cui cõgruit *id quod legit. in Deuteron. c*.10. quod ſcilicet munera exſecant oculus ſapientum, & mutant verba iuſtorum, ſecundum Ang. in l. dubium. *C. de teſtib. vide etiam Bart. in l. Aquilius ff. de donat.* Alex. *conſ*.206. *vol*.2.

¶Quid differat Donum, munus & xenium,

Digitized by Google

optimè declarat hic Gloſſa quare eam vide. Coniunge cum hac lege l. *qui officij* D. *de contrah. empt.*

l. Obſeruandum. 19.

Vacca hic. Hotom. *lib. 4. obſ. cap. 23. pag. 95.*

Iudex ſiue potius magiſtratus non debet eſſe leuis ſuis officialib⁹, ſeu ſubditis, ne alias cõtemnatur. Ratio eſt, quoniam plerumque accidit, vt ex conuerſatione æquali contemptio dignitatis naſcatur, qua de re vide Cæpol. *conſ.* 49.

§. Sed & in. 1.

Ariſtoteles 1. *Rhetoric. in princip.*

Præſes prouinciæ quando cognoſcit improbos, ac nefarios homines, nõ debet aduerſus eos clamare, ad lachrymandum etiam facilis eſſe non debet, ſi quidam accedant ad eum, id enim non eſt conſtantis & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit.

l. Legatus. 20.

Bellonus *d. cap.* 1. Forcat. *dialog.* 60. *num.* 2. & 4. Vacca hic.

Præſes prouinciæ tria nomina habet, quoniam aut appellatur legatus Cęſaris, aut pręſes prouinciæ, aut rector, ſiue corrector prouinciæ, quę duo vltima idem ſignificant.

¶ Hic de Conſtantini donatione loquitur Gloſſa, qua de re alibi. ¶ An iuriſdictioni quis renuntiare poſſit, Bald. hic.

Prouinciæ abdicando. ¶ Abdicare ſe, eſt dicere ſe nolle amplius magiſtratum eſſe, ſicut ſe abdicare tutelæ libro. *Regul. Vlpian.* eſt dicere, nolle ſe amplius tutorem eſſe: quę abdicatio tutelæ, vt ipſo iure nulla eſt, ſi fuerit tutela legitima, ita abdicatio legitimi magiſtratus ſanè non valet, ac proinde ſi præſes prouinciæ, cui prouinciam princeps decreuit, ſe abdicauerit, non deſinit eſſe præſes non amittit imperium. Liuius *lib. 6. & 37.*

l. Præſes. 21.

Si ſeruus vel ancilla corruptus vel corrupta ſit, & de hoc cognoſcat pręſes prouincię, eum ſeueriſſimè punire debet. Ratio adiungitur, quoniam plus punitur qui bonum corrumpit, quam qui malum deteriorauit.

Tit. 19. De officio procuratoris Cæſaris.

Cuiacius hic *in paratitl. pag.* 13. Briſſon. *li.* 3. *ſelect. cap.* 18. Procuratorem Cæſaris & rationalem eundem eſſe, optimè declarat. Verùm differentiam quãdam hic notat Vveſembechius, quoniam qui fiſco pręſunt, in vrbe pręfecti ærario dicuntur, vt notat Gouean. *lib.* 2. *de iuriſd.* at qui in prouincias mittuntur, propriè dicũtur procuratores Cęſaris. Procurator autem Cæſaris inter quos & de quibus iudicet, tradit Cuiacius ſupra dicto loco, veruntamẽ procurator Cęſaris eſt, qui ex mãdato Cęſaris cauſas, & negotia agit. Ad intellectum huius Rubricæ, vide quod notat Iaſon hic in lectura de materia iſta.

l. Quæ acta. 1.

Cuiacius *lib.* 1. *obſeruat. cap.* 34. Vacca hic.

Quæ procurator Cæſaris geſſit, ita rata & firma ſunt, ac ſi princeps ipſe feciſſet, dum tamen hoc ad principis commodum conuertatur, qua de re vide Tacitum *lib.* 12.

§. Si rem. 1.

Si procurator Cęſaris, rem Cæſaris vẽdat vt ſuam, dominium transferre non poteſt, quamuis nihilominus vendere & tranſigere, quo ad commodum Cæſaris poſſit, quoniam bene gerere rem Cæſaris debet.

§. Eſt hoc præcipuum. 2.

Si ſeruus Cæſaris hæres inſtituatur, Procurator Cæſaris iubere poteſt ſeruo, vt ſeruitutem adeat, ſic etiam ſi Cæſar inſtituatur hæres, ſi iſte procurator adeat iſtam hæreditatem, adquirit eam Cæſari.

l. Quod ſi ea. 2.

An procurator priuati, aut adire aut repudiare hereditatẽ poſſit, declarat hic Gloſſa.

l. Curatores. 3.

Quia *huius pœna.* Sic legitur Florentinæ, idque tuetur Ruſſardus, Norici libri habent, *Quia pœna* quos defendit Aldobrandinus *in comment. lib.* 1. *Inſtit. pag.* 79. *col.* 4 verum priorem lectionem pleriq. retinẽt. Cuiac. 19. *obſ.* 13. Rober. 1. *anim.* 21. *in fi.* Ant. Mercator *reſpõ.* 1 *cap.* 21. ¶ Procuratores Cæſaris deportationis pœnã, infligere non poſſunt, ratio eſt, quia huius pœnę conſtituendę auctoritatem non habent, quoniam propria eorum iuriſdictio eſt de fiſcalibus & pecuniariis cauſis.

§. Si tamen. 1.

Procurator Cæſaris poteſt colonos improbos à colonia remouere, tumultuoſus enim & curioſus prohiberi poteſt, ne accedat ad aliquem locum.

§. Deinde neque. 2.

Poſtquam coloni improbi, ſemel à procuratore Cæſaris, colonia fuerint remoti, non poſſunt ad eandem iterum reuerti.

Tit. 20. De officio iuridici.

Pro intellectu huius tituli vide Briſſonium 4. *ſelect. cap.* 20. Deeſt autem hic vox *Alexandriæ*, quæ ſubaudienda eſt, & colligere licet *ex Cod. eod. titulo.*

¶ De iuridico mẽtio fit *in l.* 41. §. *Lucia Titia* D. *de*

Digitized by Google

D. de fideicommiſ. libert. & in §. nos autem. Inſt. de Attiliano tutor. & in l. ſancimus. 30. C. de epiſc. audient.

¶ Iuridicus autem Alexādriæ eſt, qui mandatā iuriſdictionē à principe in ciuitate Alexandrina Ægypti habet, ſic appellatus, quia iura dicit, vt ait Iſidor. *Orig. lib.* 10. vnde iuridicus dici, quo rite ius dici poteſt, & actio iuridica quæ ſecundum ius eſt, *Plin. lib. 3 cap.* 1.

l. Adoptare. 1.

Adoptare quis apud Iuridicum Alexādriç poteſt. Ratio eſt, quoniam data ei eſt legis actio, de qua legis actione mentio fit in *l. nec adoptare. 3. D. de off. proconſ.*

l. Iuridico. 2.

Tutoris datio cōſtitutione Diui Marci cōceſſa eſt iuridico Alexandriæ, hoc eſt qui Alexandriæ agit, quæ iure magiſtratus non competebat. *l. muto. §. tutoris. D. de tutelis.*

Tit. 21. De officio eius cui.

Bellonius *lib. 1. ſupput. cap.* 11. Vaconius *lib. 6. D. clarat. cap. 77. & 78.* Vacca hic.

¶ Ad hanc Rubricam ſcripſerunt Marcus Mantua, Sebaſtia Sapia. Marcus Anton. Bellar. Franciſcus Coſcius Senēſis Eccleſiæ Decanus, & Camillus Plautius. ¶ An idem honor habendus delegato qui eius auctori: an & qui præferendus ordinarius, an delegatus principis, an & quis ſit delegatus: an & quis poſſit ſibi facere vice gerētem an delegatus teneatur de imperitia ſui delegati, declarat hic Alciatus. Exiſtant Camilli Plautij ad hanc rubricam cōmentariorum libri duo. Hic Titulus non eſt idē cum Titulo C. *de officio eius qui vicem & lib.* 1. alius enim is cui mandata eſt iuriſdictio, alius is qui vicē obtinet iudicis. Præterea is de quo agitur in Titulo C. conſtituitur à principe, non ab ipſo magiſtratu cuius vicē gerit & iuriſdictionem propriā habet. Verum is de quo agitur hic cōſtituitur à magiſtratu vt vicem eius ſubeat, & non habet iuriſdictionem propriam, ſed alienam & conſequenter non ſuo nomine, ſed alieno agit, non ſe dicit pronūtiare, ſed Lucium Titium cum à quo mandata eſt iuriſdictio.

l. Quæcumque. 1.

Ad faciliorem huius legis intellectum, vide Alciatum *lib. 2. paradox. c. 1. & 6 & libro 3. diſpunct. c. 4.* Gillotum *lib. 2. de iuriſdict. ca. 2. 4. 7. 10.* Bellonum *lib. 1. Supp. c. 1. & 2 & 14. libr. 3. ca. 6. & 9.* Cuiacium *lib. 15. obſer. c.* 39. Iohann. Robert. *libro 4. recept. ſentent. cap.* 22. Charondam *de iuriſdict. lib. ſing. pag. 47. & 54.* Cuiac. *in paratit. pag.* 14. Vaconium *lib. 6. declarat.* 79. Vaccam hic. Longoual. *ad l. imperium. D. de iuriſdict. omn. iud. num. 147. vſque ad num. 159. & 190.* Balb. *deciſ.* 480. Tiraquell. *in tract. caſſan. caut. 1. lim nu.* 71. & Baronem *lib. 1. Queſtion. anniuerſ.*

In hanc legē ſcripſerunt Pau. de Oriano, Marcus Mantua, Iacobus de Nigris, Sebaſtia. Sapia, Marius Salomon, Marcus Anto. Bellarma & Camillus Plaut.

¶ An imperator & delegatus principis poſſit delegare, cauſam meri imperij: vide hic Bart. ¶ Huius rei fortiſſimum argumentum. Argumentum à contrario ſenſu fortiſſimum eſſe ait, hoc loco Papinianus, quod ſanè intelligendum eſt, dummodo contradictio, aut aliud abſurdum ex eo non ſequatur, vt notant Doctores in *l. conuenticulam. C. de Epiſc. & clericis*, quando autem habeat locum argumentum à contrario ſenſu, & an hoc habeat locum in contractibus, vide Bald. *in l. vendit. actio. Co. de actionib. empti.* & Alexand. *conſil. 5. & 95. lib. 4.*

§. Qui mandatam. 1.

¶ Delegatus non habet Iuriſdictionē propriam, ſed fungitur officio vice delegantis, etiamſi habeat modicam coercitionem. ¶ An delegatus iuriſdictionem propriam habere poſſit, vide primo gloſſam, hic poſtea Bart. *in l. aut prætor. in princip.* D. *de re iudic. & in l. fin. Cod. eod. Bald. hic.*

¶ An imperium merum poſſit delegari, declarat hic Bald.

¶ More maiorum. Sic *in l. more maiorum. D. de iuriſdict. omn. iudic. & in l pœna.* D. *de parricidiis.*

¶ Adde huic legi quædam ex repetition *6. fol. 571. num 37. & 1. fol. 319. numer. 150. & 5. fol. 350. num. 150.*

l. Mandata. 2.

Loriottus *de iuriſdict. axiom* 31. Vacca hic. Iacobus de Nigris.

¶ Iuriſdictione à præſide alicuius prouinciæ mandata, is cui mandatur cōſilium, exercere non poteſt. ¶ Quid autem eſſet conſilium, ignorat hoc loco Accurſ. qua de re vide Vlpian. in Frag. & Theophil.

¶ Adde Alciat. *lib. 2. parad. c. 1. in vlt. col.*

¶ Adde ex repetitionum. 1. *fol.* 308. *num.* 23. & *fol.* 314 *num.* 40.

§. Si tutores. 1.

Delegari non poteſt venditio rerum minoris, quod intelligēdum eſt, niſi præſes abeſſe debet, vt notat hic Albericus, quod autem tutor vēndere poſſit, ſine decreto rem minoris, cum ei à teſtatore permiſſa eſt alienatio, vide Angel. *conſ* 185.

l. Et ſi prætor. 3.

Vacca hic. Iacobus de Nigris.

Quamuis delegatus fuerit, aliàs iudex ordinarius, in cauſa delegata fungitur vice delegantis.

Digitized by Google

¶Quomodo autem hæc lex intelligenda ſit optimè in additionibus, *vide Gloſſa in cap. ex parte 2.gloſſa prima ext.de reſcrip.1.lib.decretal.tit.3.pag.3.*

l.Cognitio.4.

In hanc legem vide Robert.*d.cap.22.*Loriottum *d. axiom.*31.Gillotũ. *D.lib.2.cap.23.* Vaccã hic, & Cuiacium *in paratit.pag.12. &* Iacobum de Nigris:Vaconium *in lib.6.declarat.*80.

Innuit hac lege I.C.Macer.quod ſuſpecti tutoris cognitio delegari poſſit.ita vt procõſul cognoſcere poſſit,de ſuſpecto tutore, vt legato ſuo cognitionem eã delegare poſſit,quamuis tutores dare non ſit iuriſdictionis.ſed commiſſionis factæ per legẽ,*vt not. hic Bald.*

¶An confirmatio tutoris poſſit delegari, anque delegatus ad cauſam, poſſit dare minori curatorem,declarat hic Bald.

¶Adde gloſſam §. ſi verò. *in verb. iudex. in Auth.de exhib.& introduc. reis.* & Bart. *in* l.4. *§.ſi intra de damno infect.& in* l. *Iubere cauere. de iuriſdict.omnium iudic.*

§.Vt poſſeſſio.1.

Theodorus Streimannus *Harmonia* 283. Vaconius *libro 6.declarat.*80.

Hoc §.continentur quinque caſus, quorum cognitiones aliis delegari poſſunt.

l.Mandatam.5.

In hanc legem ſcripſerunt Robertus *cap.d.* 22.Bellonus *d.cap* 6.Gillotus *D.cap.* 10.Vaconius *lib. 6.declar.*84.Vacca hic. Iacobus de Nigris.Sebaſtian.Sapia. ¶Iudex delegatus delegare non poteſt, licet modicam coercitionẽ habeat.ita vt ex hac lege manifeſtè cõcludere poſſimus, delegatum delegare non poſſe, vt pluribus declarat hic gloſſa prima.

¶Adde *folio 316.num.91.Repetitionum* 1.

§.Mandata.1.

Si alicui cauſa delegetur,merũ imperium aut mixtum ei ſanè non delegatur, verum modica tantum coercitio. ¶De materia huius legis,vide gloſſ.*in cap. ex literis. ext.de off. delegat.*& Angelum *in l. Magiſtratibus.* 1. D.*de iuriſd.om.iud.* vbi copioſe declarat in quo nõ conſiſtat modica caſtigatio. & quod iuriſdictio ſine modica coercitione nulla eſt. ¶Ad eius declarationem,vide Panorm.*in cap.cum contingat.ext.de foro compet.*

Tit. 22. De officio adſeſſorum.

In hunc titulum vide Briſſonium *lib. 1. ſelect.cap.*12.Menoch.*de arb.iud.caſu* 253.Vacca hic.Iacobum de Nigris, Marcum Mantuam, Sebaſtianum Sapiam. ¶Adſeſſor eſt, quem ſibi iudex ad deciſionem cauſarum aſſociat.

¶Siue autẽ ſcribatur per D. ſiue duplex SS. parum refert: verũ cõmuniter ſcribitur p D.habita ratione ſignificationis Quapropter aſſeſſor, præſidis pars videtur eſſe *l.omnis.C.Theod.de his qui admi.vel off.pub.ger.trad. ſiſt.*vnde ſic ait Cicero *primo de Diuinatio. & pro Cluentio*, námque & Athenienſes omnibus ſemper publicis cõſiliis,diuinos quoſdã ſacerdotes,quos Mari rex vocant,adhibuerũt & Lacedęmonij regis ſuis augurem, aſſeſſorem dederunt. ¶An aſſeſſor dicatur habere dignitatem. Aſſeſſor quis vide hic Alciatum. In iure verò aſſeſſor minorem iudicẽ ſignificat, quos in conſiliis adhibere ſolebant, *vt videre eſt in. l. pen. & vlt.huius tit.& l.1.C.eod.* quidque cauſas delegare poterant,quos neſcio an aliquando pedanei appellati fuerint, à quorum ordine nihil differre dicuntur. *Nouella* 60. quamuis pedaneos datos aut delegatos iudices ſignificare exiſtimem, ad vnam atque alteram cauſam. ¶Aſſeſſores perpetuos ſuis præſidibus illis totum ſeruire, quibus cauſæ partem Iuſtinianus committi permittit.& *Nou* 82.

l.Omne officium.1.

In hanc legem Cuiacius *lib. 7. obſer.cap.25.* Vacca hoc titul.Iacobus de Nigris.Hac autẽ lege declarat I.C.quod ſit aſſeſſoris officium. Ac primo conſiſtit in cognitionibus cauſarum,tam ciuiliũ quàm criminalium.Secũdò in poſtulationibus.vt ſcilicet videat,an ſit infamis,is qui poſtulat,necne.Tertiò in libellis conuentionalibus recipiẽdis,ſi bene concipiantur necne.Nã ſi malè cõceptus fuerit. iudex poteſt eum reſpuere.imò etiã diſcindere, parte etiam non petẽte, *vt notat gloſſ. in l.2.C.vt nemo priuatus.* Ratio quoniã liber de re illicita factus,ſeu rem illicitam continẽs, non eſt à iudice recipiendus.Quartò in edictis generalibus. in cõmuni totius ciuitatis, & in omniũ perſonis.Quintò in decretis ſpecialibus,vt ſcilicet permittatur cauſa vna,vel non.Poſtremò in epiſtolis iudicibus alterius ac lõginquæ prouinciæ mittendis pro exequendis ſententiis & teſtimoniis audiendis.

An aſſeſſores iudicare poſſint,& in cauſa aſſidere dicãtur,vide hic Bart.cui adde Bald. *in Auth.ad hæc Cod.de iudic.*immo eſt ab ipſo lacerãdus,*vt ait gloſſ. in l.1. D.ſi menſ.fal.mod. dixer.* Poteſt etiam iudex libellum ineptum lacerare, vt notat Bald.*conſ.*106.*& conſ.*102.

l.Liberti. 2.

Iocobus de Nigris. Liberti adſidere aduocare ac poſtulare poſſunt,verum quamuis infames non prohibeantur legibus adſidere,

attamen

Digitized by Google

attamen non poſſunt adſeſſoris officio fungi, *l. 2. neque Cod. de dignit.* quamuis reuera arbitri eſſe poſſint, *vt l. 7 ʃ. de arbit.*

l. ſi eadem. 3.

Briſſonius *d. c. 12* & Iacobus de Nigris.

¶Huius legis intellectus facilis erit, ſi ita ponamus exemplũ, Gallia & Anglia in duas prouincias fuit diuiſa. i. ſub duobus præſidibus conſtituta, quamuis reuera olim ab initio, vna eadem terra ac prouincia eſſet, certè is qui natus erit in Anglia, adſidere poterit in Gallia, & è cõtra etiam ſi quis in ſua prouincia non poſſit adſidere, niſi cum priuilegio ac permiſſione principis.

¶Ad id quod dicit ibi gloſſ. tu vide Riminald. *in Rub. ſolut. matrim. c. art* 40.

l. Diem functo. 4.

¶Pro intellectu huius legis conſule Charondam *lib. 1. ? eriſſimilium c 3.* & Forcat. *dial. 62 per totum*, diſputans contra Alciatum *lib. 4. diſpunct c. 20.* Menoch. *de arbit. iud. caſ.* 254. Martreſium *in notis c. 2.* Ioan. Baptiſ. Caccial. Marcum Mantuam Iacobum de Nigris, Sebaſtian. Sapia, Hieron. Cagno.

¶Si præſes prouinciæ decedat, qui habuerit adſeſſorem, ſanè is ſit aſſeſſor ſalarium totius temporis petere poterit, etiam ſi non completum tempus. Ratio autem eſt, quoniã tẽpus pro cõpleto habetur, quod impleri per nos non ſtat.

¶Legato Cæſaris. Legatum Cæſaris accipit hic Contius pro Præſide, quę quidem interpretatio deſumpta eſt, *l. pen. ſup. de off. præſ.*

¶Præſtitum. Malè ac perperam, & contra latinè loquentium cõſuetudinem exiſtimat Accurſius præſtãdum legendum eſſe, malim itaque præſtitutũ vt id ad tempus referatur.

Vide Alciat. qui legit præſtitutũ, nõ præſtitum, & totam l. declarantem, *in l. 4 cap. 2. diſpunct.* ¶Principalis intentio iſtius l. eſt, vt defuncto legato Cæſaris, nondum expleto officio eius, quòd ſalarium debeatur cõmunitatibus reſidui tẽporis, nec eſt verũ quod Doct. dicunt, quod legatis præſtitum eſt, hoc præſtandum, quia eſt violare tex. Nam illa non fuit intentio I. C. patet in *l. diem functo. D. locati.* vbi loquitur per verb. *præſtandũ.* Prę terea non eſt facienda vis in illis verbis, quia ſunt verba narratiua, & veniũt in conſequẽtam præcedentium.

l. Conſiliarij. 5.

Iacobus de Nigris.

Aſſeſſor poſtulare non debet in ea cauſa in qua fuit aſſeſſor. vide tamen Alciat. *lib. 4. diſpunct. cap* 20. vbi diſputat an conſiliarius pro aſſeſſore, & vice verſa aſſeſſor pro conſiliario ſumi poſſit.

l. In conſilium. 6.

Aſſeſſor quis & procurator ſimul in terra ſua, eſſe poteſt.

¶Curatoris Reipublicæ. Falsò ac mendoſe curator Reipublicæ hic ab Accurſio pro Cæſaris procuratore ſeu rationali ſumitur, cum potius ſit curator ciuitatis & municipij, qua de re tractat Corraſ. *3. miſcell. 6.* & Antonius Vacca *hic.* ¶Præterea malè hic Reſpublica & fiſcus pro eodem ſumuntur: ſed de hac re nihil ad hunc locum, vide Pyrrhum *in l. 1. C. de iure fiſci.*

LIBER II.

Tit. 1. De Iuriſdictione omnium iudicum.

Eorum qui de Iuriſdictione antea ſcripſerant ſententias confutauit, Longouallius, edito copioſo tractatu Longouallij: Gillotus: Gilloti. Loriottus: Loriotti, Baro: Baronis Goueanus, & Duarenus Goueano pro Barone reſpondit Eduardus Henriſonus. Scripſit etiam Charondas ea de re tractatum. Multa quoque Vaconius *lib. 6. declarat 78.* Manſit res per ſe ſatis aperta incertior quam antea, ſæpe nimirum litigando veritas amittitur. ¶Quòd autem ad inſcriptionem huius tituli attinet quidam legunt ſimpliciter de Iuriſdictione. Vulgata eſt de Iuriſdictione omnium iudicum. ¶In hanc Rubricam etiam ſcripſit Sebaſtianus Sapia, & Chriſtophorus Hegendorph.

¶Malè Cuiacium in paratitlis definire iuriſdictionem quidam exiſtimant: ſed re propius ac diligentius conſiderata non rectius, quam alij.

l. Ius dicentis officium. 1.

In hanc legem ſcripſerunt Vacca. Duarenus *lib. 1. diſput. cap. 53.* Ioan. Robert. *lib. 4. recept. ſent. c. 22.* Bellonus *lib. 1. ſupp. c. 7. & 8.* Corraſius *lib. 3. miſcell. c. 18.* Corraſius *epiſt. quæſt. c. 2. & cap. 9.* Iacobus Concenat. *lib. 1. quæſt. cap. 4.* Anto. Guibertus *lib. quæſt. cap. 10.* Vvaltherus *lib. 1. miſcell. cap. 1.* Prateius *ſententia. cap. 6.* Sebaſtian. Sapia. Zaſius, Alciatus *fol. 315. num. 64. Repetitionum 1.*

Iuriſdictio quid. ¶An dare bonorum poſſeſſionem, hodie ſit mixti imperij.

¶An iudicem delegare ſit iuriſdictionis.

¶An officiũ iudicis & iuriſdictio ſint idem, & in quo differat à iuriſdictione. ¶An & quotuplex ſit officium iudicis. an iuriſdictio cohæreat territorio, declarat hic Bart. & Zaſ.

¶Si iudex iniquè iudicet, an dicatur ius.

¶Officium iudicis quid, quàm latũ, merce-

Digitized by Google

narium,& nobile quid.¶Sententia quo iudicis officio feratur & exequatur. ¶An iudicare ſit munus publicum: Territorium quid, vide hic Zaſ.

l.Cui.2.

Supradicti authores omnes in hãc legem etiam ſcripſerunt,& præſertim Zaſ.

Dum regi regnum commiſſum eſt,omnia cõmiſſa cenſentur,ſine quibus regnũ gubernari non poſſet: imo fortius ſi quis præſcripſerit iuriſdictionẽ in loco,videtur præſcripſiſſe poteſtatem condẽdi ſtatutum,vt ſcribit Anch.*in c.1. de conſt.*princeps etenim vicarius Dei in tẽporalib. dicitur vt notat Gloſſa *ſing.in princip.Rub. de hared.vel act.vend.*

¶Conceſſo vno,omnia videntur conceſſa, per quæ deuenitur ad illud. Adde Marſ.*ſing.* 176.*conceſſo* Felin.*ad c.praterea.colum.pen.D.de off.deleg.nu.*4.Bald.*ad l.1. col pen.num.9.Cod.ſi rector prouincia.* Sed quando conſequens eſt, maius non videtur concedi ei cui permittitur antecedẽs,quod eſt minus,Bar.*hic.*Rom. *ad l.illud.D.de adquir.hared* Iaſo.*ad l.properandum.§. & ſi qui tem. col.3.nu.9.in fi.C.de iudiciis.*Cotta *in memor in verbo conceſſi.ne*,&vide quæ habes *ad l.rem mobilem. D.de procurat.*

An delegatus, citare verbo & re,& mittere in poſſeſſionem ex primo decreto poſſit, tradit hic Bart.

Nota autem hic quod cui principale permittitur & acceſſorium conceditur *c.prater ea ext.d. off.d.leg. & ca.prudentiam.§.ſexta.& cap.ſuſpicionis ibid.*

l.Imperium.3.

Præter citatos ad Rubricam & ad *l* 1.*iuncta. l.2.ſ.p.adde* Bellonum *lib.3.ſup.c.4. &* 5.Prateium *ſentent.c.7.*Martreſium *in notis c.3.* Corraſium *lib.3 miſcell.c.17.*Couarruuiam *libro* 1. *reſolut.var.c.*20 Vvaltherum *lib.1.miſcel.ca.2.* Ferrandum *lib.3 explicat.c.* 1 Cuiac.*in parat. hic & lib.4.obſer.c* 15. Vaccam hic Viglium §. *Inſt.quib.non eſt perm.face.teſtam.*Optimè Bartholomeus Faius *in prefatione, ad opera Connani.*De ſententia & lectione huius legis vide Ant.Fab *lib.4.coniect.c.4.pag.*19.Her.à Suerin.*iur.c*ivil.lect.c.6 Fab.Opinellum Gaſpal. Valeſ.Franc.Hoto.*lib 7.obſ.c.16.pag.166.*

¶De gladij poteſtate nonnulla Turnebus *lib* 12.*aduerſ.c.6.*

¶Copioſè repetiit hanc legem Hippolyt. de Riminaldus,vltra ea quæ latiſſimè ponũt omnes ſcribentes,de materia Imperij, & an hic ſit differentia,vide Alciat. *libr.2.parad.7. &* 8. & ad hunc textum vide Plaut.pero.*in repet.l.1.D.de offic.eius mand.eſt iuriſd.num.*78.

¶Quæ ſunt meri & mixti imperij,delegari non poſſunt vt hic not. gloſſ. adde Socin. *reg.*84.*delegari.*¶Præter ſupradictos adde Cuiac.*lib* 21.*obſ.cap.*30.qui hanc legem omnium copioſiſſime explicat.

¶An delegatus ſubdelegare poſſit:Iuriſdictio in genere ſumpta, quid & vnde dicatur: an imperium merum & mixtum cõprehendatur,ſub iuriſdictione: an & quare dicatur merum imperium, quid ſit,quibus iudicibus competat, an poſsit delegari. Alciat. hic.mixtum imperium,quare ſic appelletur, quid ſit, quibus, quotuplex competat,quot eius ſint gradus: Iuriſdictio ſtricte ſumpta quid, quot eius ſint gradus:hæ omnes quæſtiones fuſiſsimè tractantur à Bar.hic.Alciato & Zaſio Hæc autem lex diuidit imperiũ in merum & mixtum, merum definit à maiori parte ſui gladij, hoc eſt vitæ adimendæ quod & in hac lege hæc verba demonſtrant. *Ad animaduertendũ facinoroſos homines*, quod ſit eleganti forma loquendi, non ergo dicẽdum eſt *ad animaduertendum in facinoroſos homines*,& Varro *repudiandam omnem artem atrociorem iniiciendum frenos.*

¶An ſententia & merũ imperium opponãtur vt ſpecies:an notare aliquem infamia ſit meri imperij: an ſententia lata in cauſis sũmariis,ſit diffinitiua mera:an conceſſa iuriſdi generaliter veniat merũ imperiũ:an corporis coercitio modica ſit meri imperij: an accuſatio ſit ius diſtinctũ, ab officio iudicis, & ab hac actione: an ſolus princeps & dux habeat merũ imperium: an populus Romanus,præfectus prętorio poſsit facere legem.

¶An mutilatio membri ſit pœna capitalis: an miſsio in carcerem,vt leuis ſit mulcta meri imperij: an ſit ius mulctandi, tranſeat in delegatum:Alciat.hic.

¶An & quæ ſit iudicum differentia. ¶Quis poſsit interponere authoritatem in arrogatione. ¶An facultas creandi tabelliones, ſit reſeruata ſoli principi. ¶An præfectus prætorio poſsit ſententiam nullam confirmare.

¶An reſtitutio in integrum ſit de iure digeſtorum,vel de iure Codicis.

¶An miſsio in poſſeſsionem ſit ex primo vel ſecundo decreto poſsit delegari:vide hic Alciatum.¶Imperium variè ſumptum. Gladij poteſtas in quibus conſiſtat: Magnum maius,maximum,paruum, minus imperium merum: magnum,mediocre, paruum,mixtum imperium. Iuriſdictio maior, magna, parua quid.¶An & cuius ſit imperij tortura, incarceratio,excommunicatio,crimen ciuiliter intentatum.

¶ An & quid iuriſdictio importet. Zaſius hic.

l.Iubere cauere.4.

Vacca hic. Bellon. *libro primo ſupputat. capite* 4.

¶In poſ-

Digitized by Google

¶In poſſeſſionem mittere & iubere caueri imperij eſt, non iuriſdictionis. ſed quo ſenſu an comparatè, id eſt, an quia iuſſus ille imperij eſt, & iuriſdictionis, magis tamen imperij quàm iuriſdictionis, vt vult Accurſius an potius electiuè, vt iuſſus ille ſit imperij mixti, non iuriſdictionis, vt dicit Bart.

¶Circa materiam huius legis, vide Bapt. Caccialup. in ſua repet.

l. More maiorum. 5.

Bellonus *lib. 1. ſuppu. cap.* 11 Loriot. *de morte axiom.* 16. Vacon. *libro 6 declarat.* 84. Menoch. *de arbit. iud. lib. 1. quæſt.* 68. Vacca hic.

¶Delegatus delegare non poteſt, etiam ſi principis vel populi delegatus, ordinarium & delegatus proconſulis deleget. Ratio eſt, quoniam is demum iuriſdictionem mandare poteſt, qui eam ſuo iure ordinario non alieno beneficio habet.

More maiorum. ¶Quod hic dicitur more maiorum, alibi dicitur moribus l. 1. § 1. D. *de offi. eius cui mand. eſt iuriſdictio l. pen. § 9. D. de parricid.*

¶An & per quem iuriſdictio ordinaria detur. ¶An, quo & qui ſint vicem gerentes. ¶An & qualem habeant conſeruatores iuriſdictionem.

¶An delegatus ſubdeleget. ¶An, quotupliciter & quibus modis detur, vide hic Zaſ.

¶Vtrum morte principis extinguatur delegatio facta à principe.

¶ An & quis det Iuriſdictionem ordinariam, & delegatam. vide hic Bart.

Adde huic legi, ex repetitionum. *6. folio* 571. *numero* 29.

l. Et quia. 6.

Limitat. Socin *in reg.* 254.

¶Princeps dat iuriſdictionem ordinariam quinque modis. Lege oraculo priuilegio, cõſuetudine, & vetuſtate. de quibus modis, vide Gloſſam hic, & textum in quo hi quinque modi coniuncti *in can. conqueſtus.* 9. q. 3.

Adde *folio* 317. *numero* 108. *Repetitionum* 1. *& folio* 534. *numero* 113. *Repetitionum* 3.

l. Si quis. 7.

Corraſius *lib.* 4. *miſcel. cap.* 16. Menoch. *de arbit. iud. c. ſ.* 201. Forner. *lib. ſelect. cap.* 24. Cuiacius *lib.* 10. *obſ.* 10. Duarenus *lib. 5. diſput. capite* 48. Hotoman. *lib. 1. obſ. in* D. *cap.* 14. Vacca hic. His adde Cuiacium *lib.* 21. *obſ. cap.* 24.

In hac lege continetur edictum Prætoris, de albo corrupto.

§. In ſeruos. 3.

Vide Ariſtot. *lib. 5. Hecatonomon* & Xenophon. *apomnim.*

l. Si familia. 9.

Zaſius *lib. 1. intellect. cap.* 18. Charondas *lib.* 1. *veriſſim. cap.* 3. Cuiac *lib.* 8 *obſ. cap.* 20. Alciat. *lib. 2. parad. cap.* 16.

Familia quid, vide hic Alciatum *legem.* 4. *in fi. l.* 166. 195. 196. D. *de verb. ſign.*

l. Qui iuriſdictioni. 10.

Duarenus *lib. 1. diſpu. cap.* 51. Loriot. *de conſang. axiom.* 33 Vacca hic Vldaricus Zaſius.

Recuſationum materia tractatur hac lege, quemadmodum fiat, ſcilicet vt recuſentur iudices ſuſpecti, in qua quidem materia regula eſt, neminem eſſe idoneum, vt in ſua cauſa ius dicat. quæ tamen regula varias recipit exceptiones. Vt in principe, qui in ſua ipſe cauſa cognoſcit ac iudicat l. *prox.* D. *de iis quæ in teſtam. delen.*

¶An filius poſſit eſſe arbiter in cauſa patris, declarat hic Bartol. Pater an & quando fil. j ſit iudex ¶An & quando vindicare ſe liceat. Zaſius hic.

l. Si idem cum. 11.

Charondas *dicto loco*, Vacca *hic.* Vldaricus Zaſius.

De Coaceruatione debitorum, hac lege tractatur, ita vt huius legis talis fingi poſſit quæſtio, an variarum ſummarum deductarũ in iudicium fieri debeat coaceruatio, quod quidem aſſerit hæc lex in principio Negat autem reſponſum primũ huius eiuſdem legis, quod vt concilies, tres diſtinguẽdi caſus. Primus cum vna quidem eſt actio, ſed communis plurium, quo caſu fieri ſeparatio non poteſt *vt hac ead. in* l. 6. 21 *in.* Secundus cum vna eſt quidem actio, & vnius propria, ſed varia habens capita, ſeu varias ſpecies, quo caſu fieri etiam ſeparatio poteſt, l. *ſi cui ad* § 1. D. *de appell.* Tertius quum actiones plures ad diuerſas cauſas pertinentes eidem contra eundem competunt, quo caſu ſequere diſtinctionem Bartoli.

§. Sed & ſi mutuæ. 1.

De mutuis petitionibus hoc paragrapho tractatur. cuius quidem §. tres hic afferuntur ab Accurſio intellectus, quos vide. Obſeruandum eſt tamen duos priores, licet prima fronte veri videantur, non explicare mentem huius §. ita vt ſolus tertius conueniat.

l. Magiſtratibus. 12.

Vacca hic.

Magiſtratus ſimpliciter ſumptus quos cõtineat. ¶An confeſſio coram inferiore iudice facta, coram ſuperiore præiudicet, vide hic Zaſium.

l. Eum qui. 13.

Menoch. *de arbit. iud. l.* 1. *quæſt* 2. Vacca hic.

Pro intell. vide Dec. *in* l. 1. *n.* 27. Contrariũ

tamen dicunt Fulgo. *D. de offic. eius cui.* vide Socin. *in* l. 1. D. *quis & à quo. col. 7. ver. contra iſtam concl.* vide Gloſſ. in ver. qui magiſt. *in prin. D. quod quiſque iur.*

An iudex ordinarius, quiſquis ille ſit, delegare poſſit, quæque ad delegationem requirantur, vide hic Zaſium.

l. Eſt receptum. 14.

Zaſius *lib. 2. ſing. reſponſ.* 19.

De prorogatione iuriſdictionis, hic tractari poteſt, de qua, & quid ſit proragatio iuriſdictionis, quidve operetur, vide Gloſſam 1. *leg.* 1. C. *hoc tit.* An & qui poſſint iudicare in cauſa propria, vide hic Zaſium.

l. ſi per errorem. 15.

Vldaricus Zaſius hic. Corraſius *lib. 4. miſcel. cap.* 11. *& epiſt. quæſt. cap.* 16. Cuiacius 1. *obſ.* 32.

¶Loco autem præſidis, præſentem reponit, Cuiac dicto loco.

¶ Vide Socin. *regul.* 212. Hoto. *obſ. lib.* 4. *c.* 18.

Prorogatio in quibus fiat: declarat Zaſius *initio huius legis.*

l. ſolet. 16.

Vacca hic.

An ſit differentia inter eum cui delegata eſt vniuerſa iuriſdictio, & illum cui delegata eſt ſpecies iuridictionis. ¶Delegare vnam ſpeciem quid ſit.

¶An ille cui delegantur cauſæ caſtri, vel villę poſſit eas ſubdelegare.

¶ An delegatus dicatur habere aliquam iuriſdictionem, copioſe Bart. hic.

¶An & quotuplex ſit delegatio cauſarum. vniuerſale & generale quomodo differant.

¶An poſſit recuſari iudex familiaris aduocato, explicat hic Zaſius.

l. Prætor ſicut. 17.

Pileus *quæſt.* 96. *&* 124.

l. ſi conuenerit. 18.

Couarruuias ad *cap. quamuis. parte* 1. *&* 4. *num.* 7. *de pact. lib.* 6.

¶Hanc legem quemadmodum cæteras omnes Affricani, elegantiſſimè & optimè explicat Cuiacius, edito commentario ad omnes Affricani leges. vide Guterium *reſolut. parte* 1. *cap.* 28. & Vldaricum Zaſium.

¶Quando locum habeat hæc lex, vide *deciſ.* 48. *Ioffredi & repetitio. nu.* 6. *folio* 207. *nu.* 5.

Pacto de litigando coram iudice, non ſuo quis ſtare non cogitur, vltra ſcrib. hic, de intellect. per Alciat. *lib.* 2 *parad. cap.* 17. Corraſ. *lib.* 4 *miſcell. ca.* 5 Sapia. *ad l.* 1. *num.* 16. D. *de iudiciis*, Bald. *deciſ.* 48. Gozad. *ad leg. Si quis in conſcribendo, num.* 5. C. *de pact.* per Decium *ad cap.* 1. *ex. de iudic. nu.* 92. *vbi* Rip. *nu.* 48. Gondi Villa *in tract. de leg. quæſt.* 8. *n.* 35. 14. *vol. tract.*

¶Nemo videtur inueniſſe veram rationem decidendi ad hunc textum, *vt ibi per eos.* Dic tamen cōſideranda eſſe hæc ſequentia, quòd prorogatio ſit odioſa. *not. ad cap.* 1. *&* 2. *de reſcrip. in* 6. Item quod etiam videtur non omnino eſſe cepta iuriſdictio, donec iudex qui prorogatur non acceptauit. Abbas *ad capit.* 1. *de iudic.* Nam ſi litigatores ipſos ſpectes, verùm eſt eam perfici. Non tamen ibi negatur, non requiri conſenſum iuriſdic. Vnde locus eſt pœnitentiæ, ante litem conteſtatam. Ratio dubitandi procedit ex materia fauorabili, non in odioſa.

¶Vide Matth. *ſing.* 106. *nu.* 4. *folio* 159. *& col.* 3. *folio* 34. Couarr. & Gloſſ. *in cap.* 1. *de iudic.*

l. Cum quædam. 19.

Zaſius *lib.* 2. *intellect. ca.* 18. Loriottus. *de Tutelis axiom.* 51. Prateius. *in verſ. cap.* 2. *& geminat. cap.* 97. Sebaſtianus Sapia.

¶Vide gloſſ. *Inſtit. de patria poteſt.* in *verbo, indiuiduam. & quod ibi Aret.*

¶De præuentione facta, ante mutationem fori, & domicilij, hic à quibuſdam tractatur.

§. Quotiens. 1.

Vide Romanum *ſing.* 40.

l. Extra territorium. 20.

Vide ad hanc legem repetitionem Hippolyti de Marſiliis. Corraſ. *li.* 4. *miſcell. cap* 4. Vaccam hic: Sebaſtianum Sapiam, & Vldaricum Zaſium: & quibus adde Gothof. hic qui pluribus hanc explicat.

¶Adde *& l. ſi quis ex aliena, D. de iud.* Marc. Mant. *folio* 842. *& c. ſtatuto*, §. 1. *de conſtr. in* 6. Marc. Mant. *ſing.* 141. Marc. Mant. *ſing.* 671. *nu.* 1. *fol.* 946.

In hanc legem ſcripſit Hyppolitus de Marſiliis Bononienſis, Marc. Mant. *ſing.* 42. *num.* 1. *fol.* 842.

Tit. 2. Quod quiſque iuris.

In hunc tit. extat Corraſij commentario. dicto loco, & Vacca *hic.*

¶Hic autem titulus, appendix eſt tituli, de Iuriſdictione omnium iudicum, qui quidem materiam difficilem, & ſubtilem continet, vt teſtantur Bartolus & Zaſius *hic*, ita vt commendabilis ſit, de iure naturali, diuino, humano, & ab ipſa æquitate.

l. Hoc edictum. 1.

In hanc legem vide Duarenum *lib.* 1. *diſp. cap.* 49. Ferrandum, *lib.* 1. *explicat. cap.* 12. Cuiaciū *in paratit. pag.* 15. Loriottum *de iure axiom.* 44. Vaccam hic Alciatus. Hotom. *lib.* 8. *obſ. cap.* 12. *pag.* 184.

An ſtatutum magiſtratus iniquum retorquеatur.

Digitized by Google

queatur contra ſubditos: An ſtatuta ſtatuentes ligent, vide hic *Zaſium.*

Hic nota dictum ſapientis Catonis, in moralibus diſtichis ſcilicet *patere legem quam tu ipſe tuleris.*

§. Hæc autem verba. 2.

Cuiacius *lib.8.obſer.cap.22.*

Verba futuri ſubiunctiui, quando veniant ſub præterito vel futuro: An & quando conatus puniatur, *Zaſius hic.*

l. Hoc edicto. 2.

Vacca hic.

An & quare in poteſtate requiratur dolus, & non in aſſeſſore, *vide hic Bar.*

¶ Iudex doloſe ius iniquum pronuntians, ad quid teneatur, Zaſius hic.

l. Si quis iniquum. 3.

Loriottus *de priu.legiis axiom.3.* Cuiacius *dicto loco.* Vacca hic.

¶ Vidde Gloſſ. *in l.ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop.& cleric.* in gloſſ. *quæ citat hanc l.& tollit contrarium, de quo ibi in gloſſ. in verb. licet vſus non ſit.*

¶ Pœna debita ex cauſa iniquæ impetrationis, non euitatur, licet ei renuntietur, de quo per *Innoc. in cap. ex conquaſtione, de reſtit. ſpoliat.ex.*

¶ An & in quem retorquutio habeat locum, De iure nouo & quomodo retorqueatur, An & quomodo proprius motus non expreſſus, intelligatur expreſſus, *Zaſius hic.*

§. Si procurator. 1.

An procurator ſemper obliget dominum ſi delinquat. An procurator iuri pro domino impetrato vti poſſit, *Zaſius hic.*

§. Ex cauſa. 7.

Solutum repeti non poteſt, vbi ſubeſt cauſa naturalis obligationis.

Tit. 3. ſi quis ius dicenti non, &c.

Ad Rubricam & leg. 1. huius tituli vide Zaſium *in Gloſſa tom.5. & lib.1.intellect. cap.2.* Duarenum *lib.1 diſput. cap.50.* Auguſtinum *lib.3.emend.cap.7.* Ioan. Robertum *lib.2.recep. ſent. cap.8.* D. *lib.4. cap.21.& 22.* Cuiacium *in paratit. pag.16.* Menoch. *de retin. poſſ. reme 1. num.84.* Camillum Plautium Vldaricum Zaſium, Hippolytum de Marſi.

l. Omnibus. 1.

Ex initio huius legis conſtat quod cuique magiſtratui iuriſdictionem ſuam tueri licet ſupremo quidem ſupremam & inferiori inferiorem, nec enim rex ferre debet vt alius quiſquam (demptis eius officialibus & vaſſallis merum & mixtum imperium habentibus) vllam authoritatem imperiúmve in ſuos ſubditos & regnicolas ſibi vindicet,

Vide ſupradictos Doctores. *Tractatuum 2. fol.298.num.29°.*

Gratiæ dominicæ perdendæ pœna quæ.

¶ Duumviri qui & quomodo puniant, *Zaſius hic.* Franc. Hotom. *il.8.obſ.cap.12.*

§. Is videtur. 1.

Vide Zaſium 1. *Intellect.2.* Duarenum 1. *diſput 50.* Oldend. 1. *claſ.2.* Robert. 4. *ſent.21* Alciatum *hic pag. 214.* Cuiacium *lib. 24. obſ.cap. 25.& cap.31.*

An vt quis dicatur inobediens, requirantur tria edicta. Bart. hic.

¶ An quando iuriſdictio offendi dicatur: An & quotupliciter contumacia conſideretur: An & quot modis extremum dicatur: An & quæ contumacia puniatur, vide hic Zaſium.

§. Si procurator. 2.

An & quando contumacia procuratoris noceat domino, Zaſius hic.

§. Hoc iudicium. 4.

Menochius. *de Arbit.iud.cauſ.153.& 280.*

Tit. 4. De in ius vocando.

In hunc titulum vide Duaren. *lib.1. diſput. cap.1.* Gouea. *lib.1. diſput.cap.47.* Ioann. Robert. *lib.3.ſent.iur.cap.1.* Ioan. Vandum *libro 2. Variar.quæſt.quæſt.26.* Nannium *lib.10.miſcell. c.1.* Cuiac. *lib.10.obſ.cap.10.* Ex quibus diſces quid ſit in ius vocare, & quomodo id olim fiebat, Ræuardum *tit.ad leg.12.tab.cap.5.*

¶ Ad hunc titulum vide Prateium *lib.1.catapodiſmat.*

An & quando citatio ſit de proceſſu iudicij, Zaſius hic.

l. In ius vocare. 1.

Præter hic à D. Gothofredo copioſe dicta, vide ſupradictos ſcriptores omnes, præſertim Duarenum *lib.1.diſput.cap.1* & Robert. 3. *ſent.*

¶ An offerre libellum ſit vocare in ius. An iudicium, ſine citatione procedat. Bar. hic.

¶ Vocare in ius quid, an citatio ſemper ſit neceſſaria: an teſtis ad teſtificandum citari debeat, Zaſius hic.

¶ In ius autem vocare nihil aliud eſt, quàm ad eum vocare, qui ius dicturus ſit, hoc eſt ad iudicem. ego tamen exiſtimo prætorem has duas voces *In ius* accepiſſe *metonimicos* pro loco, in quo ius reddi ſolet, *vt & in l. pen. verſ. vlt D. de iuſt.& iur.* Sed vt vocari quis poteſt ad varia, & varia occaſione, atque effectus varios Sic etiam citandi verbum, accomodatur varie pro variis, cauſa, occaſione, ſcopo, ſiue vocatione. Citatur enim teſtis, hoc eſt,

Digitized by Google

vocatur in ius, non quidem iuris experiundi cauſa, hoc eſt, vt ipſe ius experiatur: ſed teſtimonij dicendi cauſa, vt citatur *in* l. *teſtimonium*. D. *de teſtibus*. ſicut apud Liuium *lib*. 1. Senatores citat Rex ad ſe nō quidem iuris experiundi cauſa, vt in hac lege: ſed tantum vt ſeſe apud ipſum ſiſtant, coramque eo ad quidpiam reſpondeant, conuenit etiam huc illud Plauti *in Curculione ſcena quarta*, vbi verbum citandi vſurpat pro in ius vocare, ſub eis quidem verbis allegoricis, vbi tu es, qui me venerio libello citaſti &c.

l. In ius vocari 2.

Corraſius *lib*. 1. *miſcell. cap*. 10. 11. *&* 12. Ioan. Robert. *D. cap*. 1.

¶ Quod ad hanc vocem ſemouere, diuerſimode legitur, primo enim Ræuardus *libro* 1. *variar. cap*. 6. reponit ſemoueri, quod reprehendit Cuiacius *lib*. 13. *obſ. cap*. 29.

¶ In cauſa publica, Ingenioſe Ræuardus *lib*. 2. *varior. cap*. 15. reponit *in capitolium*. ſed ſequor Cuiacium dicto *cap*. 29. Ræuard, *protribun. cap*. 9. his adde Cuiacium *lib*. 21. *ob*. 9. Hotom. *lib*. 3. *obſ. ca*. 21

An incarceratus poſſit recommendari.

¶ An funeſti poſſint in ius vocari.

¶ An & quod conſul imperium habeat, Zaſius hic.

l. Quia ſemper. 5.

Mercerius *lib*. 2. *opinion. cap*. 18 Conſtat ex hac lege patres omnino eſſe incertos vt teſtatur Telemachus odyſſ. α. dicens nondum quiſpiam exploratum habet quis ſuus ſit pater, & ſanè ſoli patres ſunt quos nuptiæ demonſtrāt, vt ait hoc loco Paulus ſic Hotom. *Inſt. lib*. 1. *tit*. 9. *de pat. poteſt*.

l. Adoptiuum 8.

¶ An parentis nomine veniat adoptiuus, optimè *hic* D. *Go. hof* Franc. Hotom. *lib*. 2. *reſponſ. amic. cap*. 14.

§. Patronum. 1.

In ius vocari non poſſunt patroni, & hi qui habentur pro patronis. Nomine enim patroni continentur, quicunque habentur pro patronis. Patronus autem idem eſt, quod defenſor ſiue orator. Sed hic dicitur qui ex iuſta ſeruitute manumiſit. ¶ Tamen patronus quis eſſe poteſt, ſine effectu iuris patronatus l. *ſi quis tutor*. 3. *D. de iure patron*.

§. Sed etſi ad. 2.

Guerra in *Topic. Cicero. fol*. 70.

l. is quoque. 9.

In ius vocari non debet is, qui ex cauſa fideicommiſſi manumittit.

l. Sed ſi hac. 10.

An mora tollat ius patronatus, declarat hic *Bald. &* Z*aſius*. Franc. Hotom. *lib*. 8. *obſer. cap*. 12.

§. Patronum. 2.

Menoch. *De arbit. iud. caſ* 201.

Obreptionem. ¶ An vbi eſt obreptio, priuilegium ingenuitatis eſſe poſſit, anque ea reddat actum nullum, declarat hic Bald.

§. Sed ſi ius. 3.

Ius anulorum donare, quid eſſet apud antiquos, ſatis conſtat, ita vt exiſtimari poſſit, idem eſſe quod hodie equitum facere.

¶ Natalibus autem reſtituere hodie idem eſt, quod nobilitare. Hinc nobilitationem natalium reſtitutionem vocamus, & vice verſa.

§. Qui manumittitur. 3.

Vniuerſitas quid. ¶ An res vniuerſitatis ſint ſingulorum. ¶ An & quomodo ſeruus vniuerſitatis manumittendus. ¶ An & quomodo ſinguli vniuerſitatis teſtimonium, pro vel contra vniuerſitatem ferant ¶ An & quādo teſtimonium in re propria recipiatur. vide hic Zaſium.

¶ An priuilegium patriæ conceſſum, ſingulis dicatur prodeſſe, declarat hic Bald.

§. Liberos, Parentes. 5.

Liberi q. ¶ Deportatio quid. vide hic Zaſiū.

§. sed ſi per. 6.

Ioan. Robert *lib*. 3. *ſent. cap*. 9. Briſſonius *lib*. 1. *ſ. lect. cap*. 3.

An deportatus perdat honorem, & an banniti redintegrentur, in eorum bonis etiam venditis, cum à principe reſtituerentur, vide Bald. hic.

§ Liberos autem. 9.

Idem *extat in* l. *liberorum* 220 *D. de verb ſig*.

§. ſi liberta. 10.

An vaſſallus vaſſalli ſui, quis eſſe poſſit, vide hic Bald.

§. Prætor ait. 12.

Pudorem non ſuggillat. ¶ Quid eſſet pudorem ſuggillare, non intellexit Accurſius hic: quamuis verbum hoc ſæpiſſime in iure noſtro reperiatur. hinc fit vt quidā ſiggillare legendum eſſe putent. Verum ſuggillare propriè de facie dicitur. cum contuſa facies liuidis maculis dehoneſtata eſt, qua de re Plin. *lib*. 31. *cap*. 9. hinc metaphoricè pro iniuſta infamiæ nota ponitur. Plin. *libr*. 2. *cap*. 45. Tertul. *in Apologet*. ita vt ſuggillare idem ſit, quod pudorem & exiſtimationem lædere: vt ſuggillatio maieſtatis, *Liuius lib* 8.

¶ An & vbi cognitio cauſæ neceſſaria, declarat hic Zaſius.

§. Semper. 13

An

Digitized by Google

An magiſtratus fiſcum, ſine venia in ius vocare poſſit vide Gloſſam ſingularem *in l. bene à Zenone, in verbo iuſſione: C. de quadrien. praeſcript.* Rom. *ſing.* 10.

l. Quamuis. 11.

An & quotuplex ſit cauſæ cognitio. vide hic Zaſium.

l. Generaliter. 13.

In ius vocare non poſſumus, generaliter eas perſonas, quibus reuerentiam præſtare debemus, ſine iuſſu & mandato prætoris. vt exempli gratia, ſenibus exhibenda eſt reuerētia: nec eos igitur in ius vocare poſſumus.

¶ Quæ autem ſint perſonæ illæ, quæ in ius vocari non poſſint, vide hic Zaſium.

¶ Et an diſcipulus præceptorem in ius vocare poſſit, ibid.

l. Libertus. 14.

Quis dicatur actor, an exceptio compenſationis ſit mera defenſio An poſſit compenſare iurans non opponere, vide hic Bald.

l. Libertus. 15.

¶ An oblatio libelli, habeat vim citationis. vide hic Bald. & Spec. *in tit. de lit. conteſt. §. ſequitur, verſ. item dicunt quidam.*

l. Quæſitum. 16.

Libertus alieno nomine Patronum in ius vocare poteſt ſine venia, hoc eſt, ſine permiſſu prætoris, vt ait hæc lex. ¶ Cui obſtat. l. *ſi manumiſſ ei. C. de obſeq. patro præſt.* vbi dicitur quod patronum in ius vocare libertus, ſine venia non poteſt. Quo loco notanda etiam ſunt hæc, quod ſcilicet libertus aduerſus patronum litigare ſine atrocitate verborum tenetur, hoc eſt audaciam, ſiue atrocitaté in patronum exercere non debet. patronis enim debitum honorem præſtare debet libertus, *vt ait l. mater tua. 5. C. de oper. lib.*

¶ Obſtat præterea lex. 1. *C. ſi tutor vel curat* cuius hæc ſpecies, libertus erat tutor alicui⁹ pupilli, & habuit contutorem patronum ſuum, patronus male egit, fuit ſuſpectus, certe libertus non poteſt eum in ius vocare accuſando, vel famoſam actionem inſtituendo, licet ſit tutor pupilli, & alieno nomine agat: ſed aliis poſtulantibus, quæ vt ſoluenda ſint, ambigunt nonnulli. Accurſius enim frigidè admodum ſoluit, verùm dicemus libertum, actionem famoſam, ne alieno quidem nomine inſtituere poſſe, aduerſus patronũ: ſed alias actiones ciuiles, quæ non infamant patronum.

l. Eum pro quo. 17.

In hãc legem Loriottus *de pact. axiom.* 356.

¶ Quod quis apud acta, hoc eſt coram iudice, ſiue coram notario actorum & cauſæ, vt mauult Zaſius, promiſit, adimplere cogitur. Ratio autem eſt, quod promiſſio in iudicio facta, vim confeſſionis obtineat. Reſponſum autem hoc, ideo ſub hoc titulo collocatum fuit, quoniam qui in ius vocabatur non ſemper ibat, ſed cauebat *infra titulo in ius voc. vt caut.* Docet igitur quomodo agatur cum eo qui cauit nomine in iudicio vocati, vide Lorior. *d. loco.*

¶ An in criminalibus quis ſit, fideiuſſoribus committendus, declarat Bald. hic, qua de re vide Alex. *conſ.* 179.

¶ Vid. Aret. *Inſt. de inutil. ſtip. §. alteri in glo. 1. in prin.* Vid. etiam Soc. *in l. 1. D. ſi quis in ius vocat. non iner. nu.* 14. *char.* 38.

l. Plerique 18.

Ioan. Robert. *d. li. 3. c. 1.* Tiraq. *de retrac. lign. gl. 3. nu.* 8. Cæpola *ad l. qui neque, alias ſolutũ, D. de verb. ſign.* vt per Bald. in *addit. ad Spec. in tit. de cit. in 2. col. verſ. an nunciue.* per Hipp. de Marſil. *in ſuo ſing* 248. *in dicto mulieri* per Iaſ. *in l. ſtipulationes. poſt Bald.* quem alleg. in vlt. col. *D. de verb. oblig.*

Nemo inuitus poteſt extrahi de domo ſua: quod limita, ſi eſſet ſuſpectus de fuga, vt per Iaſ. *ad l. vinũ nu. 3. D. ſi cer. pet.* qđ ampliat etiã ad eccleſiam. de quo vide etiã ibi per Doct. adde Cæpol. *cautel.* 51. Hippol. *not.* 189. Mod. Ancon. *in tract. de mer. at. in tit. de noui 2. part. nu.* 5. Rim. *Inſt. per quas perſ. §. item nobis. nu.* 30. Dec. *ad l. nemo de domo ſua D. de reg. iu.* Ferra. *cau.* 21. latiſſimè per Phil. Port. *in ſuis conclu. & reg. lib. 3. concl.* 20. vbi ponit ampliat. 14. & 18 limitat Marſ *ſing.* 189 Petr. Duen. *reg.* 288. Chaſſan. *in conſuet. Burg. tit. des iuſtices, Rubr.* 1. Ratio autẽ huius legis eſt, quoniã domus tutiſſimũ cuiq. refugiũ, ac receptaculum: præterea vim inferre videtur, qui aliquẽ de domo ſua in ius vocat, iniuriarũ etenim tenetur, qui inuitum ex ſua domo extrahit, vt notat Mynſing. 4. *obſ.* 69. verũ citari quidẽ, in domo poteſt: ſed non inde extrahi: citari, inquã, verbaliter nõ autẽ realiter. q; ſi quis in agro vinea, vel in itinere reperiatur, certè poterit in ius vocari, nõ ſolũ verbaliter ſed etiã realiter. ¶ An inquilinus capi poſſit in domo cõducta. Et an capi poſſit, quis in domo affinis, ipſo affine inuito & prohibito ¶ An poſſit quis citari in hoſpitio & in eo capi ¶ An mulier pro cauſa criminali, poſſit extrahi de domo, vide hic Bar ¶ An quis poſſit in eccleſia citari, aut in palatio dominorũ an & quo caſu debitor extrahi poſſit de domo ſua, pro debito pecuniario, declarat hic Bal. in vtraq. lectura. ¶ Intelligi debet in caſu dubio, vt procedat, quãdo quis extraheretur ex cauſa odioſa, nõ ſi ex cauſa fauorabili. Marc. Mant. *ſing.* 118. *num. 2. fol* 857. ¶. De domo cum loquitur, an habeat locum in naui. 79. *num.* 88. Tiraq. de retractu.

Digitized by Google

l. Sed etiam. 20.

Vide Cuiacium *lib. 2. obſ. cap.* 38.

l. Sed etſi. 21.

Ad faciliorem huius legis intellectum conſule Robert. *d.* *ap.* 1. Cuiacium *libr. 7. obſ. cap.* 15. Requard. *pro tribun. cap.* 3. Mynſing. 4. *obſ.* 69. *prima parte.*

¶Aduerſari videtur, hęc lex legi, plerique. cum ait, è domo in ius vocari poſſe. & contrarium afferat lex plerique: Sed hæc lex intelligenda eſt, ſi ex publico conſpicitur, vel ſi præſtet aditum.

¶An materfamilias in ius vocari poſſit, declarat hic Accurſ. *& facit l. 1. Cod. ne offi. diuerſ. iud.*

l. Neque impuberes. 22.

¶Impuberes (qui conſtitutus eſt in patris poteſtate) citari non poteſt.

¶ Citari etiam non poſſunt impuberes, puellæ, filiæfamilias etiam cum venia, ſed ſi puellæ ſui iuris impuberes ſint, citari quidem poſſunt.

l. Si ſiue. 25.

Vide Gloſſam in can. qui contra 23. c. 24. q. 1. & in fine eiuſdem Gloſſæ.

Titul. 5. Si quis in ius vocatus non ierit. Siue quis eũ vocauerit, quem ex edicto non debuerit.

Omnia verba quæ vulgo in hac Rubrica ſequuntur, præcedenti Rubricæ addi debuiſſe contendit Cuiacius *in paratitlis pagina* 16. vt vocatio in ius conſtet vi & authoritate, prodita ſunt à prætoribus edicta, quibus ſub comminatione mulctę neceſſitas parendi vocato imponitur, hic autem proponitur edictum.

l. Si quis in. 1.

Loquitur hæc lex de fideiuſſore, & in ſumma vult eum nõ videri fideiuſſorem dediſſe, qui eũ dedit qui fori priuilegio tutus ſit, niſi ei renunciauerit.

Specialiter renunciauerit. ¶ Specialiter quis priuilegio ſuo renũtiare poteſt, specialiter inquam: generalis enim renũciatio nõ valet: *vt l. vlt. Cod. quando mul. tutel. offic. fung. poteſt.* Gloſſ. *in l. 4. §. quæſitum. de cautionib.* Ferrarien. *in forma contra plures reos debendi. 39. in verbis aliiſq. omnibus legibus* Maſuerus *titu. de oblib. & renunt. num.* 20.

¶An priuilegij renunciatio, faciat idoneũ eum qui alias non eſſet, an priuilegio ipſo facto renunciare poſſit, vide hic Bald.

l. Ex quacunque. 2.

Pro intellectu huius legis vide Benedict. Capram *in reg. concl.* 9. Petrum de bella Pertica, Anton. Gaillum 1. *obſ.* 48.

Citatus in termino debet comparere: alias mulctabitur, niſi ex cauſa excuſetur, vel non interfuerit actoris ipſum in termino comparere. adde huic materiæ, ſi aduerſarius opponat, quod iudex non eſt competens ex eo, quod res de qua agitur, non eſt ibi ſita, an iudex de eo prius cognoſcere debeat, quàm de principali, Tiraquell. *de retract.* §. 8. *gloſſ. 5. numero* 17.

¶ Item an iudex poſſit pronuntiare procedẽdum in cauſa reſeruata cognitione exceptionis, ſi in ea tractetur de incompetentia iudicis, quod non, vide per Grammat. *decıſ. 65. col. pen.* vbi.

¶ Si vnus fuit citatus ab vno iudice, alter non citat, an debeat comparere. etiam ſub ſecundo, & ſi non compareat, ſit contumax, vide Innoc. *in cap. cum para. i. ex. de app.* Guid. pap. *q.* 276.

¶An appellari poſſit à ſententia, qua quis pronuntiauit ſe eſſe iudicem, vel non eſſe, vide hic Bart.

Clericus qui exiſtimatur laicus citatus comparere debet. Dec. *conſilio* 241. *numero* 2. *&* 3.

§. Si quis. 1.

Si vocatus in ius non venerit, punitur, niſi ſit ruſticus: Nam ruſtico pœna remittitur.

¶Citatus etiam die feriato, impune etiam poteſt non comparere, quoniam citari ad diem feriatum nõ poſſumus, niſi de ea re agatur, quæ, die etiam feriato expediri ſolet.

¶An ruſticitati parcendum ſit, vide Menoch. 2. *de arbit. iud.* 199.

¶An & quis videatur mulctandus, declarat hic Gothofred. & quot requirantur, ac neceſſaria ſint, vt quis poſſit mulctari, vide hic Bartol.

l. Cum quis. 3.

¶ In obligatione facti poſt moram ſuccedit obligatio & actio, ad id quod intereſt.

¶An obligatio ad intereſſe ſuccedat, in promiſſionib⁹ facti, ſiue pœna nõ inſeratur, vide hic Bald.

Tit. 6. In ius vocati, aut eant, aut ſatis vel cautum dent.

In hunc titulum, vide Cuiaciũ *lib. 7. obſ. cap. 16. & lib. 10. cap.* 10.

Satiſdare iudicio ſiſti, quid ſit, optime declarat Cuiacius in paratitlis.

¶Satiſdare, & cautum dare, quid ſit, dilucidè explicat Bart. hic.

¶Hodie

Digitized by Google

¶ Hodie autem neceſſarium eſt, vt vocatus in ius perſonaliter cōpareat, olim enim hoc non erat neceſſarium, nā mittebant alios quoſdam qui ſatiſdabant ſiſtere.

l. Edicto. 1.

Ad hanc legem ſcripſit Corraſius *libro 4. miſcel. cap. 10.*

Fideiuſſor iudicio ſiſti, locuplex eſſe debet cōſiderata rei qualitate.

¶ An & qualis fideiuſſor eſſe debeat, declarat hic Bald.

l. Item pro. 2.

Patronum pro liberto fideiubere poſſe conſtat, ex hac lege, & econtra libertum pro patrono.

l. Quoniam. 3.

¶ Fideiuſſor pro locuplete, in neceſſariis perſonis accipitur.

l. Qui duos. 4.

Aulus Gellius *lib. 2. cap 14.* adde textum *in cap. deſleat procurator. cum Gloſſ. de regulis iuris. ex.*

Ex promiſſione non videtur eos ſtetiſſe.

¶ Siſtiſſe legendum eſſe quidam exiſtimāt authoritate Gellij, ſupra dicto loco, quamuis apud Ciceronem pro Quintio ſteriſſe, vbique legatur, Plaut in Curculio. *act. 1. ſcan. vlt.*

Tit. 7. Ne quis eum qui in ius voc. vi exim.

¶ An & quis dicatur eximere, optimè declarat hic Vreſemb. quem conſule.

¶ De pœna eximentis, ſecundum qualitatem perſonarum, vide Alexand. *conſilio 35. in 2. volum.*

An pœna hoc edicto locum habeat, quando quis vocatur in ius per delegatum, *vide Bar. in cap. 1. ex. de off. deleg.*

Quod eximens non teneatur creditori ſoluere, id quod exemptus debebat, vt ſi pro eo fideiuſiſſet, *vide Capol. conſ. 9.*

l. Hoc edictum. 1.

Boſſius *tit. de captur. num. 8.*

¶ Huius edicti quæ ſit ratio, maximę ex initio huius legis conſtat. propoſuit enim prætor edictum hoc eſt vt vnius pœna, metus eſſet multorum. hoc eſt, vt compeſceret eos qui in ius vocatos, vi eximerent.

¶ De hoc edicto, vide quæ dicat Roma. *conſ. 320.*

¶ An teneātur domini & ſeruorum, & familiarium delictis.

¶ An & quot modis citatio conſideretur, vide hic Bald.

¶ Quot & qui ſint caſus quibus non licet quem trahere in ius, enumerantur hic à Bar. *num. 2.* qua de re vide Alex *in l. fin. C. de in ius voc.* Cæpol. *conſ. 69.*

§. Ofilius putat. 2.

Ofilius exiſtimat hic eum hoc edicto non teneri, qui non dolo aliquem eximit, Ofilij autem ratio eſt: quoniam ſi deliquit qui vocat, non deliquit qui eximit. in pari etenim delicto potior eſt cauſa defendentis.

l. Nam cum. 2.

Deteriore tamen loco. Delictum vbi eſt ex parte vtriuſque actoris ſcilicet & rei deterior eſt conditio petentis. Sed quod ad textum attinet notandum eſt eum non videri, vi eximi cui ſit ius ibi non conueniri.

¶ Repetit 5. *fol. 37. nu. 145.*

l. Quod ſi ſeruum. 3.

Edictum propoſitum in hac Rubrica ceſſat, quando quis ſeruum exiſtimet in ius vocatum. ratio eſt, quoniam perſona non eſt quę in ius vocari potuerit.

Repetit. 1. *fol. 30. num. 31.*

l. Sed eximendi. 4.

Quid differāt inter ſe eximere, & eripere, ſatis ex hac lege colligere licet. Differūt enim vt genus, & ſpecies. quoniam, Eximendi verbum generale eſt, vt ſignificet quoquomodo auferre, vt puta ſi quis non rapuerit quem: ſed moram fecerit quominus in ius veniret, vt actionis dies exſtaret, vel res tēpore amitteretur, is exemiſſe videtur, at eripere eſt de manibus auferre per raptum.

¶ Præterea is dicitur aliquem eripere qui in itinere aliquem rapit, quemadmodum rapere is dicitur mulierem qui eam de itinere trahit. Eximere autē ſæpiſſime in iure vſurpatur: *vt in l. ſed & ſi D. ex quib. cau. maior.* vbi iudex actionem eximere dicitur, cum per dilationem eius effectum eſt, vt iam agi lege non poſſit, & actio exempta cum iam deſiit agi poſſe. ſic etiam dicimus, Diem eximere, & eximere crimini, hoc eſt eximere ex reis, & abolere delationem, aut crimen impactum.

§. Item ſi quis. 1.

Hoc edicto non tenetur is qui per calumniam in ius vocatum exemerit: hoc eſt eximens habentem priuilegium ſpeciale ne vocetur, non tenetur hoc edicto.

§. Prætor ait. 2.

Eximi quis poteſt ſine dolo malo: veluti cum iuſta cauſa eſt exemptionis.

l. Si per alium. 5.

Hoc edicto tenetur, ſiue per ſe, ſiue per alium quis in ius vocatur exemerit, quaſi diceret æque tenetur is qui mandat fieri ac-

Digitized by Google

ipſe faciens, vt optimè notat hic Bart.

§. In eum. 1.

An & qualiter rei æſtimatio fiat, declarat hic Bart.

¶ An ſolutio eximentis liberet reum principalem. vide hic Bald.

§. Docere. 2.

Vt condemnatio ſequi poſſit. probationes neceſſariò concludere debent.

¶ In hunc autem. §. vide Alex. *conſ. 94. in 4. volum.*

¶ An negatiua probata ſit ex eo quod contrarium probatum non ſit, vide Bal. *conſ. 263.*

Verba ſunt. ¶ Ex hoc loco notanda eſt regula, verba cum effectu accipienda eſſe. cui congruit. l. 1. §. 1. D. *quod quiſque iur.*

§. Hoc iudicium. 3.

Pœna præſtita ab vno, non liberat alium: quia totum eſt pœna tam ex parte rei quàm actoris, non idem tamen eſt, in edicto de eo per quem factum erit: quoniam ſi vnus ibi præſtiterit, cæteri liberantur.

l. Is qui. 6.

Ad intellectum huius legis, vide Bart. in l. *quoties, D. ſi fam. furt. fec. dicat.*

Tit. 8. Qui ſatiſdare cogantur, vel iuratò promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur.

In hunc tit. Prateius *lib. 1. Catapodiſmatum.*

¶ An in caſu in quo quis tenetur ſatiſdare, ſi ſit euidentiſſime idoneus, releuetur ab onere ſatiſdandi, vide Bart. & Alex. *in addi.* l. *quicunque. C. de fund. patrim. lib.* 11. faciunt quę ſcripſit Bart. *in* l. *ſciendum. in prin. infra eod.* & vide Aret. in l. *ſi quis ſtipulatus.* §. 1. *de verb. obliga.* vbi etiam ponit, quod ſi aliquis eſſet, non ſoluendo facultatibus, tamen ſoleret eſſe obſeruator fidei, & promiſſorum, an eſſet idoneus, vt per eum.

l. ſatiſdatio. 1.

Idem eſt ſatiſdatio, quod ſatisfactio. Nam ſatisfacere dicimur, ei cuius deſiderium implemus, ita ſatiſdare dicimur aduerſario noſtro quum pro eo, quod à nobis petiit, ita cauit, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus, datis fideiuſſoribus, ita vt hinc neceſſario quis inferre poſſit, ſatiſdationes requirere fideiuſſores.

¶. An liberetur promittens ſatiſdationes ſub pœna, dando fideiuſſorem, & an ſecuritatis verbum intelligatur, datis fideiuſſoribus, declara vt per Bal. hic.

l. Fideiuſſor. 2.

Pro intellectu huius legis, vide Aulum Gellium *lib 30. cap 5.*

¶ Qualis debeat eſſe fideiuſſor iudicio ſiſti, ſatis ex initio huius legis conſtat, debet enim eſſe locuples, non ſolum in facultatibus, ſed & inconueniendi facilitate. ¶ Qualiter autem intelligatur hęc conueniendi facilitas, optimè demonſtrat hic Bald.

§. Si quis his. 2.

Satiſdatio iudicio ſiſti duobus caſibus non valet. Primo ſi præſtita fuerit ei qui in iudicio eſſe non poteſt: Secundo ſi ab eo qui non poteſt ſe obligare: & ita ſatiſdatio non tenet, vbi non tenet iudicium. ¶ An autem filiusfamilias, ſine conſenſu patris poſſit eſſe fideiuſſor contractus, & fideiuſſor iudicij, hoc pulchrè à Bald. hic declaratur.

§. Prętor ait. 2.

Corraſius *lib. 5. miſcell. capite* 10. *& libro* 2. *capite* 2. Cuiac. *lib. 7. obſ. capite* 11. & Loriottus *de eo quod intereſt. axiom.* 10.

¶ An qualiſcunque fideiuſſor datus, inter coniunctos valeat, dic & docet Bald. hic.

§. Quod ait. 3.

Nunc hic ordine explicantur. Verb. edicti: & primum hæc verba Liberoſve ſuos. Quæ vt intelligi debeant, vide hic textum.

Et filius fideiuſſor. ¶ Filius fideiuſſor, pro patre eſſe poteſt, etiamſi in alterius poteſtate ſit: vt puta ſi filius accuſatus ſit, filius fideiubere pro eo poteſt, eſtque fideiuſſor idoneus, vt notat hic Bald. & poſt eum Raphael Cumanus.

§. In fideiuſſorem. 5.

Pro intellectu huius §. Conſule Loriottũ *de eo quod intereſt axiom.* 10. Corraſium *lib. 2. miſcell. cap. 2.* hoc autem vult hic §. quod fideiuſſor iudicio ſiſti teneatur, ad verum intereſſe, niſi incertam quantitatē interceſſerit.

¶ An fideiuſſor iudicio ſiſti propriè ſit fideiuſſor, declara vt per Bar. hic.

l. ſiue in duplum. 3.

Fideiuſſor iudicis ad quid teneatur, declarat hic Bald.

l. ſi deceſſerit. 4.

Loriottus *de morte axiom. 9.* Cuiacius 19. *obſ.* 19. Huius legis talis poteſt effingi ſpecies, Fideiuſſit quis pro aliquo, vt eum ſiſteret, is autem moritur, & tunc præcipit iudex, vt eũ exhibeat. Sanè tale præceptum non valet, nec tenetur is, ſi non exhibuerit, non enim reus principalis liberat fideiuſſorem à neceſſitate ſiſtendi: vide Socin. *reg.* 131.

Ex hoc loco colligere facilè eſt, quomodo æquiparentur inter ſe mors naturalis, & ciuilis, qua de re facit l. 1. §. *pen. D. de bon. poſſeſſ. cont.*

Digitized by Google

*cont.tab.*Bald.*in Auth.ſi qua mulier.C.de epiſc. & cler.can.placuit.16.§.1.in gl.*& Bald.hic.

¶ An & quo tempore debitor incipiat eſſe in mora, an & quo modo obligatio pœnalis tollatur, declarat hic Bald. An appellatione mortis veniat ciuilis, vide Oldrad. *conſ.*274. Per.de Anchar.*conſ.*347.

ſ.Si vero.5.

Hæc lex idem repetit quod ſuperior: verum addit quod fideiuſſor quantitatis non liberatur reo ciuiliter, vel naturaliter mortuo.

Pro condemnato. Bartolus ait, quoſdam legere, non pro condemnato.

¶ An ſententia lata contra reum liberet fideiuſſorem, An fideiuſſio iudicio ſiſti præſtetur ante litem conteſtatam. An fideiuſſorem dare poſsit condemnatus de capitali crimine, An confiſcatio criminalis tollat naturales obligationes, vide hic Bald. ¶ An fideiuſſor iudicio ſiſti liberetur bannito vel deportato reo.

§.Qui pro.1.

In hunc locum Ioan. Robert. *libr.3.recept. ſent.cap.1.*

Hoc vult hic §. quod ſcilicet actione iniuriarum teneatur, is qui recuſat idoneum accipere fideiuſſorem.

Euidentiſſime. ¶Ex hoc loco conſtat quod probatione ea non indigent, quæ notoria ſunt: qua de re vide Corſet. *in ſing.notorium.* paria autem ſint notorium & ſententia iudicis qua de re Bald.hic.

Non quælibet iniuria. ¶Id eſt non parua, non vulgaris.qua de re Ant. Auguſt. *lib.2.emend.cap.1.*

¶An & cui incumbat onus probandi, vel ei qui dicit aliquem eſſe diuitem, vel ei qui negat eſſe pauperem. ¶ An & quomodo paupertas, probari poſſit, dilucide ſatis explicat hic Bart.

l.Quotiens.6.

Satiſdatio non valet ſi non ſit idoneus, vt puta ſi quis fœminam in fideiuſſorem dederit, paria ſunt non fieri, & malefieri, & ita qui vitioſe ſatiſdat, ſatiſdare non videtur.

An & quo caſu filiusfamilias æquiparetur ſeruo, declarat hic Bald.

l.Si fideiuſſor.7.

Sumpta eſt hæc lex ex tit. de petit.hæred. vbi de ſatiſdatione agitur, & fideiuſſione.

Fideiuſſor iudicio ſiſti, idoneus non eſt qui habet fori præſcriptionem, & exempli gratia, quidam clericus pro fideiuſſore datus fuit, ſanè non tenetur dominus eum recipere, quòd ſi non poſſit alio modò ſatiſdare, denuntiare poterit illi fideiuſſori, vt ſi fortè accipiatur, non poſſit vti fori præſcriptione, renuntiare etenim licet priuilegio fori.

§.Si neceſſaria.1.

Fauetur ei qui eſt in neceſſitate, ſi quis ſe in eam non poſuerit. ex hoc autem loco notatur differentia, inter ſatiſdationem voluntariam, neceſſariam, & iudicialem.

An & quæ dicatur neceſſaria ſatiſdatio, vide Franc. *conſ.*57. & quod magis ſuccurratur de qui in neceſſitate poſitus eſt, vide Iaſon.*in repet.l.admonendi.D.de iureiur.*

§.Si ſatiſdatum.2.

Ioan.Robert.*d.cap.21.lib.3.*Menoch.*de arb. iud.lib 2.cap.87.*

In materia ſequeſtri vltra Barto.hic adde, quod ſequeſtratio regulariter prohibita eſt, & ſi fiat ſine cauſæ cognitione, & partis citatione eſt ipſo iure nulla, vide Dec.*conſ.366.* pro declaratione adde quod ſequeſtrum præſtita cautione reuocatur Barto.hic.fallentias vide per Felin.*ad cap.examinata.de iudic.*

Res de qua litigatur ſequeſtrari poteſt, quoties perſona ſuſpecta eſt: præterea tollitur ſequeſtrum dato fideiuſſore vel etiam lite finita: An quot, & quæ faciunt aliquem ſuſpectum, vide hic Bart.

¶In ſequeſtro, quid permitti debeat: An ſequeſtrum factum in prima cauſa duret, in cauſa appellationis: An ſequeſtrum factum ex mora rei reuocetur ex mora actoris: An ſequeſter fructus vendere poſſit, vide Bald.

l.De die.8.

Actori potius quàm reo fauemus in his quæ pertinent ad litis ordinationem, & aduerſus hanc regulam communem, vide quæ ſcripſit Iaſ.ad *l.exigendi.C.de procurat.*Repeti. *l.6.fol.467.num.93.& 127.*

¶Iudex vtrum poſſit moderari dilationes, vide quæ habentur per Felin. *in c perſonas.de appell.* An iudex poſſit breuiorem terminum præſcriptionis aſſignare, An & cui in iudicio magis fauendum ſit, an actori, an reo, declarat hic Bald.

Moderato ſpatio de hoc à iudice reſtituẽdo.

In hunc locũ, vide Cuia.*lib 22.obſ.cap.26.*

§.Qui mulierem 1.

Anton. Queſada *lib.1.quæſt.iur.cap.34.*

¶ Fideiuſſores idonei non ſunt mulier, & miles, niſi in rem ſuam, quibus adiungi poteſt minor, & clericus præter hic dicta ab Accur. vide Romanum *ſing.121.*

Niſi hæ perſonæ in rem. ¶ Minor habens curatorẽ, poteſt ſine eo ſe obligare fideiubẽdo pro ſuo ꝓcuratore, Ang.Fulg. & Paul.de Caſt.hic, & ſequitur Ludouic.Rom.hic, & Iaſ.

Digitized by Google

Ad verſ. Quidam. ¶An ſententia lata contra maritum ſuper re dotali noceat vxori necne: vide hic Bald.

§. Si ſeruus. 2.

Cuiacius *lib. 14. obſ. cap. 39.* ¶Fideiuſſor idoneus non eſt ſeruus, ideo debet de nouo cauere, quod & in minore, & muliere etiam locum habet. minor etenim, & mulier æquiparantur inter ſe in iudiciis, & par fauor impenditur iis, l. *vlt.* C. *de iur. & fact. ignor.*

§. Si fideiuſſor. 3.

Si fideiuſſoris datio euaneſcit, de nouo cauendum eſt, quaſi diceret ſi ſtipulatio confuſa ſit ex accidenti, à capite renouari debet.

§. Tutor. 4.

Satiſdationes neceſſariæ dicuntur, quæ ex neceſſitate præſtantur, vt rem pupilli ſaluã fore, de reſtituenda proprietate finito vſufructu, de reſtituendis legatis hæredi cuicta hereditate, aut eo quod amplius quam per legem Falcidiam liceat acceptum erit. de legato poſt diei, & conditionis euentum legatariis præſtando.

¶An remitti quis poſſit ad eum locum ad quem ſemel declinauit, declarat hic Bald.

Ad verſi. planè. Circa hunc verſiculum vide ſingularem ponderationem Alexan. *in l. ſi finita, §. Iulianus. D. de dam. inf.*

§. Iubetur. 6.

¶Hoc §. ponitur forma qua iurare de calumnia debet, qui petit remiſſionẽ in municipiũ.

¶An & quomodo periurium facilè committatur, vide hic Bald.

§. Hoc autem. 7.

Culpa facit perdere beneficium reuocandi in municipium.

l. Arbitro. 9.

De vero ſenſu iſtius legis, vide Iaſon. *in l. nemo poteſt. de leg. 1. in lect. 2. numer. 67. folio* 90.

¶In hanc legem ſcripſit Ioann. Vandus. *li. 1. quæſt. iur. ca.* 14. Notabilis ſanè hæc lex, quę diuerſimodè ligitur pro diuerſitate lectionum, quæ hic citantur à Bart. in ſumma vult hæc lex, quod appellari poſſit à ſententia de legati vel reprobantis fideiuſſorem: appellari autem à ſententia arbitri, non poſſit: Imò poteſt, verum non poteſt niſi certis caſibus, Viui. 2. *comm. concluſ.* 8. poteſt tamen iudicis officium implorari aduerſus iniquam arbitri ſentẽtiam: ſed & doli exceptio opponi. l. *non diſtinguemus, §. cum quidam. infra de arbit.* Speculat. *titulo de comprom. in verbo liceret appellare:* Alij putant appellari poſſe à ſententia arbitri neceſſitate legis, vel ſtatuto electi à iudice, vel parte: non ab eo qui electus eſt voluntate partium. Mynſig. 4. *obſ.* 69. Lanfr. *in prax. cap. 3. numero* 209.

¶An pendente appellatione ab interlocutoria, poſſit procedi in principali negotio, An appellatio ab interlocutoria poſſit iuſtificari ex noua allegatione, vel probatione, vide hic Bald.

l. Si ab arbitro. 10.

Fideiuſſor vide idoneus ſi ab arbitro fuerit approbatus. Hæc autem lex pertinet ad ſtipulationes prætorias, quæ ſatiſdationem exigunt. Satiſdatio eſt datio fideiuſſorum: quotiens autem à promiſſore ſtipulatori offeruntur fideiuſſores, plerumque non ſolet eos niſi probatos ſtipulator accipere, & probatos quidem ab arbitro in eam rem, à prætore dato qui veluti quidam in ea re ſpecialis iudex eſſe videtur, cum & ab eo ſi iniquum eius arbitrium eſſe dicatur, appellari poſſit tanquam à iudice. l. *vlt. qui & à quibus appell.* vel vt quibuſdam videtur, ſine appellatione, arbitrium eius prætor qui eum dedit, corrigere poteſt, ſi ad eum huiuſce vel querela deferatur appellatione vel querela opus eſt: alioquin ab eo probati fideiuſſores pro idoneis, pro aſſiduis, & locupletibus habentur, vt initio huius legis declarat Paulus.

§. Qui ex cauſa. 1.

Fideiuſſor videtur etiam idoneus, ſi ſponte à parte fuerit acceptus, niſi inopia ſuperuenerit, habet enim, quod ſibi imputet, l. 1. *§. illud ſciendum.* D. *de ſeparat.*

l. Iulianus ait. 11.

Hæc lex ſatis eſt in ſe difficilis. hoc autem in ſumma vult, quod ſatiſdationem non perimat mutatio contingens ex parte actoris.

¶An & quomodo ſatiſdatio firmetur. Quomodo procurator efficiatur dominus inſtantiæ abſque mandato. An primæ cauſæ ſtipulatio porrigatur ad cauſam appellationis, declara vt per Bald. hic.

l. Inter omnes. 12.

Ad huius legis intellectum facit quod notat Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 9. numer.* 255. cauetur indiſtinctè pro debito ſub conditione ex vltima voluntate: alias non, niſi cauſa cognita.

Conditione poſſidentem hęreditatem. Ex hoc loco notandum eſt quod hęreditatem inuadens pendente conditione, non perdit ius ſuum, conditione adueniente, licet occupauerit propria authoritate.

¶An pro relictis in vltima voluntate ante diem, vel conditionem, indiſtinctè debeat præſtari cautio, notat hic Bart.

l. Sed & ſi plures. 13.

Singu-

Digitized by Google

Singulis cauendũ eſt, etiamſi plures ſubſtituti fuerint vt *l.3. D. vt lega. ſeruand. cau.* Hęc autem lex pertinet ſpecialiter ad ſtipulationẽ prætoriam, quam hęres inſtitutus ſub cõditione, qui interim conditione pendente agnouit bonorũ poſſeſſionẽ ſecundum tabulas, vt poteſt *l.5. & 6. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* ſubſtituto præſtat de hæreditate non deminuẽda: & cõmittitur hæc ſtipulatio ſi hæres inſtitutus deficiente cõditione inſtitutionis inueniatur aliquid in ea hæreditate feciſſe deterius, & tunc bonorũ poſſeſſio ei pręmature, vt videtur à prętore data ſiue re cõſtituitur, ſiue effectu, ſiue ad irritum recidit. *l. 12. h. t.*

l. Filiusfamilias. 14.

In hanc legem Ioann. Robert. *d. ca. 21.* Loriott. *de conſang. axiom. 41.*

¶ Si filius patrẽ deffendat, vice verſa pater filiũ vterq. tenetur ſatiſdere iudicatũ ſolui.

l. ſciendum. 15.

Ad eius limitationem vide gloſ. *in prin. ſolu. matr.* quam ponderat ibi Bar. *in vlt. coll. poſt pr.* & Socin. 55. Cogita ſi ad id, quod allegat glo. *huius l. pen.* poſſet etiam allegari *gl. §. cum autem. in verbo, tetigit. Inſtit. de hæreditatib. quæ ab inteſtato defer. repet. 5. fol. 350. nu. 15. 6. n. 23. pag. 342. & fol. 343.* Suares *conſiliorum.*

Ad faciliorẽ huius legis intellectum, vide Ræuardum *a l leg. 12. tab. pag. 18.* Robert. *d. ca. 21.* Immobilia poſſidens nõ tenetur ſatiſdare iudicio ſiſti: ſecus autẽ eſt ſi non poſſideat hanc autem regulam limita, vt per Alexand. *in l. qui bona. §. ſi quis. D. de dam. infect.* quod etiam hoc non procedat in illuſtribus. Vide *l. quotiens*, & ibi Bart. *C. de dignit. lib. 12.*

¶ An poſſeſſor modicorum immobilium ſatiſdet vti mobilium poſſeſſor, vide Curtiũ *tract. de ſequeſtratio. c. 2. num. 36. & ſeq.*

De fideiuſſione iudicio ſiſti, de qua loquitur hęc lex, vt & de fideiuſſione iudicatũ ſolui. qualiter quis teneatur eam præſtare, ſiue conueniatur proprio nomine, ſiue pro alio intercedat. vide Alex. *in conſ. 160. vol. 5.*

¶ An idoneus ſit fideiuſſor qui non poſſidet, declara vt per Bar. hic. An poſſeſſio patris proſit filio. An & quis dicatur immobilium poſſeſſor. vide hic Bal.

§. Poſſeſſor autem. 1.

Ad hanc legem refert Molineum *ad conſuet. Pariſienſ. tit. 2. in rub. num. 28.* Quoniam autem initio legis de poſſeſſore immobiliũ locutus eſt Iureconſultus, ideò hoc. §. declarat quis dicatur poſſeſſor, quo ad euitandam ſatiſdationem.

§. Creditor. 2.

Poſſeſſor verus nõ eſt creditor qui pignus accepit, quamuis poſſeſſionem habeat, aut ſibi traditã, aut precario debitori conceſſam quaſi diceret creditor nõ habet poſſeſſionẽ, rei ſibi pignoratæ, etiam ſi eam conceſſerit præcario ſuo debitori, pręterea creditor pignus poſſidere dicitur, quo ad quædã, contra etiam ad quædam non poſſidet, quorundam opinione poſſidet quidem, Zaſius *2. reſp. 38.*

§. ſi fundus. 3.

Poſſeſſores intelliguntur vxor & maritus, ſi fundus in dotem datus ſit, propter poſſeſſionem eius fundi: ita vt ſatiſdare non cogantur, rem enim dotalem maritus & vxor ſimul poſſidere dicuntur, & notant plerique in *l. in ſuis. 11. D. de lib. & poſthum.*

§. Diuerſa cauſa. 4.

Aliud eſt in eo qui fundi petitionem perſonalem habet, tunc enim duo non poſſidẽt: *vt §. ſuperiori.* ſed vnus tantum.

§. Tutores. 5.

Si tutor nomine pupilli conueniatur, excuſatur à ſatiſdatione ſi poſsidet fundum ipſe tutor, vel pupillus.

¶ An ſi tutor cõueniatur nomine proprio, poſſeſsio pupilli ſufficiat, declara vt per Bar. *in l. 1. § imperator. D. de oper. nou. nunt. l. poſt mortem. D. quando ex fact. tutor. l. procuratore. qui ſſ. de procur.* Inno *in c. quod quibuſdam. de fideiuſ.*

§. ſi fundum. 6.

In hanc legem Anto. Queſada *lib. 1. quæſt. iur. cap. 14.*

Poſſeſſorem ab onere ſatiſdandi releuat, poſſeſsio, res quæ eſt in controuerſia, & hoc quantũ ad aliũ qui de ea re cõtrouerſiã non facit, ſecus autẽ in eo qui cõtrouerſiã facit.

§. Poſſeſſor autem. 7.

Vt quis poſsideat immobilia, inſpicitur tẽpus cautionis præſtandæ, non autem tempus præcedens, aut ſequens.

l. Qui iurato. 16.

Couarruuias *ad c. quamuis. parte 1. §. 3. n. 10. de pact. in 6.*

¶ Peieraſſe nõ videtur, qui iurato promiſit iudicatum ſolui: ſi ex cõceſſa cauſa hoc deſeruerit: in omni etenim iuramento intelligitur excepta authoritas legis, & ſuperioris, vt facit *l. fin. in princ. D. ad municip.* qualiter autẽ conſideranda ſit authoritas ſuperioris, vide latè, & pulchrè Alex. *in conſ. 24.*

¶ An periurus repellatur iuramento honoris, & oneris, à beneficio, teſtimonio, & an admittatur ad agendum pro eccleſia ſua, declara vt per Bald. hîc.

Tit. 9. Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caueatur.

Ad faciliorẽ totius tituli intellectũ, ſcien-

Digitized by Google

dum eſt, quid ſit noxalis actio: dicitur autem quoties ſeruus noxiam, id eſt damnum dat, qui etiam propterea, quod noxiam committit, noxia appellatur, vt paſſim toto titulo videbimus.

l. ſi quis eum. 1.

Hac tota l. inf. proponitur edictum, & poſtea explicantur eius verba ordine.

§. In eadem. 1.

¶ Quid ſit in eadem cauſa ſiſtere diſce ex hoc §. videtur enim quis ſiſtere in eadē cauſa, quando ius actoris deterius non facit.

Verſ. ſed & ſi noxæ. ¶ Ex hoc verſ. nota, quod caput noxa ſequitur.

l. ſed alio iure. 2.

¶ Quibus cauſis non liberetur quis noxæ deditus, declara hic in textu.

§. ſi abſens 1.

Difficilis ſanè eſt hic §. pro varietate lectionum, ita vt facilè ſummari non poſſit, quem ſanè optimè reperiit, hic Bart.

¶ An contumax, qui nō comparuit, ſit denuo citandus ad audiendum interponi primum decretum. An reo abſente amici ſint citandi, qui inter ſe coniuncti ſint ſaltem in genere, an miſſus ex primo decreto lucretur fructus. An expulſus ex primo decreto, habet aliquod interdictum. An interdicto vti poſſidetis interponi poſsit, primum vel ſecūdum decretū. An exceptio peremptoria opponi poſsit per ſecundum decretum, & an in ſecundo decreto appelletur, vide has omnes quæſtiones fuſiſsimè tractatas à Bal. hic.

l. Si cum vſufructuario. 3.

Vſufructuario non defendente ſeruum in noxali cauſa, denegatur perſecutio fructus. vide Rim. *in l. 4. §. Cato. 12 col. & ſi. cum ſeq. de verb. oblig.*

¶ An ex contumacia procuratoris interponatur ſecūdum decretum contra dominum, declara vt per Bald. hic.

l. ſi cum vno. 4.

Qui alium ex neceſſitate deffendit, videtur ſuo nomine eſſe in iudicio, quod enim commune eſt, meum eſt. §. *præterea, vt notat glo. in l. 1. §. 1. ĵ. de leg. & in l. illud. 46. ĵ. de rit. nup.* deffenſio hominis eſt indiuidua, & quod diuiduum eſt, non poteſt diuerſo iure cenſeri.

l. ſi ſeruum. 5.

Cuiac. *lib. 10. obſ. c. 22.* Gilbertus Regius *lib. 2. enarmo. cap. 51.* præterea ad intellectum huius legis, vide Bald. *in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. procōnſ. & leg.* vide Benedict. de Plum. *in l. ſtatuliber. inf. de ſtatulib. in princ.* Bart. *in l. omnes populi. D. de iuſt. & iur. & in l. 1 infra de pœnis.* Hæc autem lex non pugnat cum *l. 1. ĵ. de pœnis.* quod enim hic. *Aliter de ſeruo.* dicitur referendū eſſe, non tam ad genus pœnæ, quàm ad cognitionis ordinem & rationē, ob genus etenim pœnę ius actoris non fit deterius, certum autem eſt aliam eſſe formā cognitionis cum liber homo, quàm cum ſeruus accuſatur *l. 2. D. de cuſt. reor. l. Domitianus, inf. ad Turpil. & toto tit. D. de quæſt.* vide tamē hic Duarenum, & Cuiaciū, ſupra allegato loco.

Qualiter de ſeruo ſuppliciū. Punitur ſeruus in delictis grauius quā liber in pecuniariis cauſis, concordat text. *in l. in ſeruorum. D. de pœn. in l. pedius. D. de incend. rui. nauf. & l. 3. § 1. D. ad l. Corn. de ſiccar.* idē etiam dicitur de ignobili, quia plus punitur ꝙ nobilis. Bald. *in l. quidam D. de pœn.* Bart. *in l. nemo. C. de ſum. trinit.* Gloſſ. *in cap. non cogantur. diſtinct. 41.*

l. ſed ſi ſtatuliberum. 6.

Nō agitur hac lege de pœna ſtatuliberi, an ſcilicet puniatur, vt ſeruus ān vt liber (vt quidā exiſtimarunt) & ita in contrariū non facit *l. ſtatuliberi ff. de ſtatulib.* verum huius legis quæſtio eſt, an qui promiſit ſtatuliberum ſiſti, promiſſioni ſteriſſe, & ſatisfeciſſe videatur, ſi liberū ſteterit, & ſane videtur cum nō promiſit, quod non potuit facere ne ſtatuliber ad libertatē proueniat, quæ ſtatuto tēpore omnib. inuitis, illi cōpetit, nec ſtipulator quoq. id à fideiuſſore ſtipulatus videtur, cū ſciret libertatem eius impediri non poſſe.

Tit. 10. De eo per quem factum erit, quominus quis in iudicio ſiſtat.

Hic titulus coercet dolum eius qui impedit aliquem iudicio ſiſti, quid autem differat hic titulus à ſuperiori, ne quis eum, qui in ius vocat. fuerit vi eximat, quatuor ſunt inſignes differentiæ, quas explicat hic Accurſius quem conſule.

l. Æquiſsimum. 1.

Actio ad intereſſe datur in eum cuius dolo factum eſt quominus quis in iudicio ſiſtat: æquiſsimum enim eſt, vt ait Iuriſconſultus dolum eius coercere qui impedit aliquem iudicio ſiſti.

§. Feciſſe autem. 1.

¶ Quis dicatur dolo malo facere, diſce ex hoc §.

§. Dolum autem. 2.

Franciſ. Sarmientus *lib 2. ſelect. cap. 9.* Dolus autem malus, quomodo hic accipiatur, declara vt per gloſſ. hic.

§. ſi reus. 3.

Non videtur intereſſe eius qui aduerſus obligationem tutus eſt exceptione.

Non

Digitized by Google

Non ſteterit. Stiterit legit Gell. *lib. 2. noc. atticar. cap.* 14. & infra hoc titulo ſæpe ſtitit pro ſtetit, vide quæ notaui *in* l. *qui duos.* 4. *D. de in ius vocan.*

§. si plures. 4.

Si plures teneantur ad intereſſe, vnius ſolutio liberat alium.

Omnes tenentur. Sanè ex edicto omnes tenentur inſolidum, quia omnes deliquerũt l. *ſi ita vulneratus. D. ad leg. Aquil.* actor tamẽ vna exactione contentus eſſe debet, quando quanti ſua intereſt agit, non in pœnam, vt hic contra ſi pœnale ſit vtrinque iudicium non aduerſus ſingulos inſolidum experietur, l. *ſi quis id quod, D. de iuriſd. &* l. *item mela. infra ad l. Aqu.* vide hic Equinarium Baronẽ.

l si actoris. 2.

Dominus tenetur ſciens in ſolidum ex facto ſerui alias noxaliter.

l ex hoc edicto. 3.

¶ An per ſolam citationem perpetuentur actiones, vide hic Bart.

§ si & ſtipulator. 2.

Actio quæ ex hoc edicto datur competere poteſt ſimul contra diuerſos actori, ſcilicet & etiam reo Concordat cum hoc textu. l. *vi ro atque vxore* l. *cum mulier, D. ſol. matr. & ca. intelleximus. ex. de adult* facit gl. *in capite cupientes. in verbo Malignantium. de elect. in 6.* per Doct. *in capite ſicut, de iure iur.*

§ si & ſtipulator. 3.

Dolus cum dolo compenſatur, compenſatio etiam fit doli, delicti, negligentiæ, pœnæ Vide Dyn *in ca. 1. de reg. iur. in 6.*

¶ An poſſit vnus opponere alteri exceptionem non ſolutæ gabellæ, vide hic Bald. & Petrum de Anch. *conſ* 412.

§. si à fideiuſſore. 4.

Ex hoc §. notãdum eſt, quod ſolutio vnius liberat alium, quando plures tenentur ad vnum intereſſe ex diuerſis cauſis.

¶ An reus ſoluendo liberet delinquentem An fideiuſſor ſoluendo, habeat regreſſum contra delinquentẽ, declara, vt per Bal. hic.

Tit. II. si quis cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperauerit.

Multa de cautionibus Menochius *de arbit. iud. lib. 2. caſ.* 140. *cum ſeq.*

l. Vicena Millia. 1.

In hanc legem Menochius *lib. 1. de arb. iud. ſent. 1. caſ. 2. n. 12.* Corraſ. *epiſt. quæſt. c.* 15. Fran. Hotom. *lib. 8. obſ. cap. 9.*

Dies termini non computatur in termino, not. Spec. *in tit. de appel. §. reſtat. ver. nunquid.* Bald. *ad* l. *eos §. fin. autem. C. de appel.* Soc. *Regul. 91. dies.* Aliquid per Felinum *ad cap. 1. de præſcrip. 1. col. verſ. & cum iſte textus, & ad cap. quoad conſultationem, coll. penul. de re iud. Cora. conſ. 21. in hac col. 2. volum.* 4.

¶ An dies dati termini computetur in termino. Quantum ſpatium faciat vnum miliare, declarat Bar hic. An vltima dies ſit de termino: An habens dilationem octo dierum poſſit in qualibet parte termini comparere, vel facere quod ſibi incumbit: An & quæ dicatur prima dies dilationis, vide hic Bald.

l. Non exigimus. 2.

Pro intellectu huius legis, vide Petr. Fabr. *infra ſemeſt.* 14. Hoc autem vult: lex quod ſcilicet liberatio de iudicio ſiſti, contingat per tranſactionem à cautione.

¶ An tranſactio facta in principali, videatur facta in acceſſorio, vide Bald. hic. Hoto. *lib. 4. obſ. cap* 18. ¶ Hæc autem lex deſumpta eſt ex tract. de exceptio. & coniungenda cum l. 2. D. *de tranſact.* vide Duarenum hic.

§. si quis. 1.

Impeditus impedimento publico, ac neceſſario non incidit in pœnam.

¶ An citatus in vno tribunali, teneatur comparere in alio.

¶ An & cui citatio coram duobus iudicibus qui æquales ſint, comparere debeat.

§. Simili modo. 2.

In hunc §. Ioannes Politianus *Miſcell. c.* 41. Cotta *in voce annona.* Rævardus *ad le. 12. tab. pag.* 14. Cuiac. *lib. 3. obſ. cap. 40. & lib. 12. cap.* 18. Corraſ. *epiſt. quæſt. cap.* 34.

¶ Similiter in pœnam non incidit. ſi quis ad teſtimonium deſideratus non occurrerit ad iudicium, vt puta impedimento publico ac neceſſario impeditus.

§. Si quis. 3.

Si quis non venerit ad iudicium propter tempeſtatem, vel vim fluminis, vel propter infirmitatem, excuſabitur.

Morbo ſontico. ¶ Quid ſit Morbus ſonticus, ſatis cõſtat. eſt enim morbus nocẽs cuilibet rei, quã quis agere vult, qui dicitur interuallatus, & furor interuallatus eſt, morbus ſonticus. Plinius vocat morbum ſonticum, dum ait, Agathem lapidẽ deprehẽdere morbum ſonticum. l. *quæſitum* D. *de re iud.* l. 113. *D. de verb. ſig.* l. *vlt.* D. *de ædil. edict.* diſſerit etiam Cæcilius I. C. apud Gell. *lib. 20. ca. 1. noct. attic.* præterea hic morbus eius eſt ingenij, vt non ſinat eum quem corripuit rebus ſuis præeſſe. De morbo ſontico, vide Feſt. *pag.* 180.

Eſſe Diffiſum. ¶ Diffiſum, id eſt prolatum, & rectè vt in l. 27. & l. 33. D. *de recept. arbitr.*

Digitized by Google

Budæus tamen mauult legere diffuſum, vt ita dicatur dies diffuſus vnū diffuſum, quod ex dolio in aliud vas transfunditur, cui etiā ſi aſtipuletur doctiſſimus Hotomanus, ego tamen nihil immutandum cenſeo, ita enim Iuriſconſultorum more dixit Horatius.

Nihil hinc diffindere poſſum.

Hac autem de re conſule Politianum *miſcellan. cap.* 41. Gell. *lib.* 20. *capite* 1. *lib.* 14. *cap.* 2. Cuiac. 3. *obſ. vlt. lib.* 12. *cap.* 18.

§. Si non. 4.

Si mulier in iudicium non ſteterit, vt puta quia grauida erat, excuſatur.

§. idem eſt. 5.

Furioſus ſi citatus in iudicium non comparuerit, excuſatur, & habet exceptionem: ratio autem eſt, quoniam qui furore impeditur, valetudine impeditur.

§. Quod diximus. 6.

Quoniam ſuperiori §. dixerat, ſuccurri ei qui tempeſtate aut vi fluminis prohibitus in ius vocatus non venit, ideo nunc delarat quam tempeſtatem intelligere debeamus, impedimētum enim non dicitur niſi efficax.

§. Vis fluminis. 7.

Quomodo vis fluminis accipienda ſit, hic declarat Iuriſconſultus.

§. si quis tamen. 8.

¶Proponitur nunc alia facti ſpecies, an ſcilicet excuſetur is qui vim fluminis & tempeſtatem allegat ſi potuerit opportuno tempore nauigare, & tempeſtatem effugere, dic vt *in textu & iuncta gloſſa l.* 7. *§ qui neceſſaria. D. qui ſatiſd. cog. l.* 21. *in fi quod met. cau. l* 3. *§. ſubuenit.* D. *ad Syllan.* quo loco obiter notandū eſt, quod non ſuccuritur ei, qui ſe in neceſſitatem poſuit: præterea impedimentum voluntarium aut culpa propria ſuſceptum, non excuſat impeditum, hoc facit gloſ. *in l.* 9. *in prin. in verbo Anguſtias.* D. *de dam. inf.*

¶An impedimentum probari poſſit per iuramentum, vide hic Bald.

§. ſimili modo. 9.

Excuſatur is qui comparere non potuit propter fluminis inundationē, vide alias cauſas ſuper allegatas, cui adiungitur hæc, ſi ſcilicet à magiſtratu principaliter fuerit detentus. *Repet.* 6. *folio* 192. *num.* 102.

l. ſed & ſi quis. 4.

In hanc legem ſcripſit Auguſt. *lib.* 3. *emend. cap.* 6. Hoc autem vult initium, hoc quod ſcilicet iuſta cauſa in iudicio non ſiſtendi ſit capitalis condemnatio, vel relegatio.

§. illud ſciendum. 1.

Iuſta cauſa in iudicio nō ſiſtendi, non eſt ſi quis citatus ſit, vel accuſat⁹ ex cauſa capitali.

§. Præterea. 2.

Si quis funere domeſtico impeditus ita fuerit, vt in iudicio comparere non potuerit: dari ei exceptionem, notat hic I. C. Vlpianus.

§. item ſi quis. 3.

Exceptione adiuuari debet, ſi quis in ſeruitute fuerit, ac per hoc in iudicio nō ſteterit.

§. Quæſitum. 4.

Ad faciliorem intellectum huius §. vide Alciat. *lib.* 2. *parerg. cap.* 27. quem reprehendit Corraſ. *lib.* 1. *Miſcell. cap* 19. vide Molin. *de eo quod intereſt. nu.* 190. & Cuiac. *lib.* 14. *obſer. cap.* 7. Guterium *reſolut. part.* 1. *cap.* 24. Menoch. *de arbit. iud. caſ.* 30. *lib.* 2. Innuit autem hic locus quod renūtiatio generalis omnium caſuum fortuitorum non valet in iudiciis, niſi ſpecialiter exprimantur.

An poſſit conueniri. ¶Ex hoc loco nota, quod confeſſio facta in iudicio' præſumitur facta ſponte, non per vim, ideo renuntiationes quæ faciunt malefactores in iudicio valent ita vult, ac declarat Dynus *in reg. quod ſemel.* D. *de reg. iur in* 6. ¶An & qui caſus cenſeantur comprehenſi in generalitate, latè Felin. *in cap. ſedes. de reſcript.* Alex. *conſ.* 28. An in extraiudicialib. valeat renuntiatio generalis: An renūtians exceptioni, videatur renuntiore actioni: An poſſit renuntiari exceptioni præſcriptionis: vt & plures alias quæſtiones, tractat hic Bald. quem conſule.

§. item quæritur. 5.

Promiſſio erronea implenda non eſt, ſecus ſi ſit facta ex certa ſcientia.

¶ In dubio vtrum preſumatur error, an ta ſcientia, vide hic Bald.

Plures quam ſtatutum eſt. Statutum eſt, vt fideiuſſor in veram quantitatem teneatur, niſi pro certa quantitate acceſſerit. l. 2. §. *vlt. D. qui ſatiſd. cog.* L. 1. C. *de ſentent. quæ pro eo quod inter.* id eſt ſupra duplum in caſu certo.

l. ſi duo res. 5.

In hanc legem Menoch. *de recup. poſſeſſ. rem.* 1. *nu.* 380. Culpa vnius ex reis credendi in adquirendo, nocet alteri, quod intelligendum eſt, ſi ſint ſocij.

§. item ſi duo. 1.

Duo rei promittendi. Vt puta pater & filius ab vno, res ab alio intereſſe peti non poteſt, pater enim & filius, quaſi rei ſunt.

l. ſi is qui. 6.

Exceptio ſuperueniens reo prodeſt fideiuſſori, hoc eſt quod reo prodeſt eius fideiuſſori eſt vtile l. 2. D. *de liber. legat.*

l. ſi quis ſeruum. 7.

Quicum-

Digitized by Google

Quicumque pro ſeruo fideiuſſit, eas exceptiones habet, quas haberet, ſi pro libero fideiuſſiſſet, excepto quod ſeruus Reipub cauſa abeſſe non poteſt, l. *omnes D. de exceptio.* l. *ex perſona D. de fideiuſſor.* & rurſus quibus exceptionibus fideiuſſores vti poſſunt, ſi pro libero homine, vel patrefamilias iudicio ſiſti adpromiſerit, iiſdem etiam vti licet ſi pro ſeruo, aut filiofamilias, iidem adpromiſerint ſeruũ iudicio ſiſti, filiũfamilias iudicio ſiſti.

l. Et ſi poſt tres. 8.

In hanc legem vide Ioan. Robert. *lib. 2. recept. ſenten. cap.* 18. Mora rei in iudiciis purgari poteſt, *Repet. 6 fol.* 405. *num.* 13. *&* 25. *Repet. 6. folio.* 450. *num.* 54 *&* 68.

¶ An ante diem certum, tacita conditio & naſcatur: An tacita conditio impediat natiuitatem obligationis & actionis: An tacita, vel expreſſa conditio interpellet ſicut dies: An dies incerta interpellet: An & ad quid committatur ſtipulatio ratione moræ: An mora purgari poſſit, vide hic Bal.

Repetit. 6. fol. 424. *num* 52. *&* 89. *&* 91 *&* 93. *&* 124. *&* 158.

l. Si ſeruus. 9.

Si rei principalis obligatio nulla ſit ſimiliter fideiuſſoris obligatio nulla erit regula etenim eſt in iure frequens, quod vbi non tenet principale nec acceſſorium.

§. Si plurium. 1.

Pro intellectu huius legis facit Cæpola ad *l. Labeo ſcripſit. §. idem ait n.* 2. *D.* 2. *de ædil. edict.* Alciat. *ad* l. 4. §. *Cato. D. de verbor. obligat. n.* 195 *& ſeq. n.* 140. *vſque* 147. Crot. *n.* 99. *& ſeq. in* 2. *repet. nu.* 53. Lancell. Galla. *nu.* 78. Ruin. *nu.* 72. Soc. Iun. *nu.* 202. *& ſeq.* Bolong. *n.* 167. Hoc in ſumma vult quod ſi quis duos ſeruos in iudicio ſiſtere promittat copulatiuè, & hoc ſub pœna, ſi vnum ſiſtat aut alterum, non de rigore iuris tenetur inſolidum, at de æquitate pro parte tantum. *fol.* 264. *n.* 72. *& nu. ſequent. &* 74. *Repetitionum 6. & fol* 260. *nu.* 53. *fol.* 152. *nu.* 99. *fol.* 240. *n.* 140. *&* 144. 145. *&* 147. *Repet. 6. fol.* 361. *nu.* 167. *fol.* 221. *nu.* 165. *& num. ſequen. vſque ad num.* 168. *Repetitionum* 6.

l. Si cum. 10.

Permittitur aliquid ratione dubitationis, quod alias non permitteretur.

§. Homo. 1.

Pœna ante diem, numquam peti poteſt, hoc eſt, vbi dies eſt, & conditio, expectatur dies, licet conditio euenerit.

§. Qui iniuriarum. 2.

Actio acceſſoria eiuſdem eſt naturæ cuius principalis, vide Alex. *in* l. 2. §. *item ſi in facto. in pen. coll. in fin. cum ſeq. de verb. oblig.* & Doct. in locis ibi per eos allegatis.

¶ An actio iniuriarum tẽpore finiatur ipſo iure ſicut morte, vel pacto, declarat hic Bal.

l. Si quis. 11.

Hominem promiſſum, quis ſiſtere debet in eadem cauſa, quoad forum non quoad facultatem.

l. Qui autem. 12.

Loriott. *de eo quod intereſt axiom.* 48.

¶ An valeat ſententia lata, contra priuilegium, vide hic Bald.

§. Illud tenendum eſt. 1.

Sufficit ab initio intereſſe, licet deſinat ex poſt facto.

l. Quotiens ſeruus. 13.

Non tenetur qui promiſit eum ſiſtere, qui non poteſt eſſe in iudicio.

l. Si tutor. 15.

Stipulatio euaneſcit, ſi promittens iudicio ſiſti deſiit poſſe conueniri.

Tit. 12. De feriis, & dilationibus, & diuerſis temporibus earum, & ex quib. cauſis feriæ non impediuntur.

Sunt quæ huc pertinent, non pauca in calendario Romano, quod Manutius edidit in orthographia Aldi.

¶ Feriæ autem ſunt, quæ ad hoc deputantur vt homines quieſcant, & diuinis vel aliis rebus neceſſariis intenti ſint: dictæ à feriendis id eſt, à mactandis victimis, quę diebus feſtiuis offerebantur vel à feriendis hoſtiis, quod his dieb. citari ſolet. Vnde ipſæ hoſtiæ feriæ dicantur. Gell. *lib.* 4. *c* 6. *noct. attic. li.* 20. *cap.* 1. niſi malimus per Antiphraſim dicere, quod tunc nullæ res inde ferantur.

l. Ne quis. 1.

Pileus *quæſt.* 123. Briſſon. *lib.* 1. *ſelect. cap.* 16. In ius venire compellitur, nemo tempore vindemiarũ, vel meſſium, ratio eſt quoniam occupati in rem ruſticam in forum compellendi non ſunt: limita vt per *Soz. Reg.* 92.

§. Sed ſi prætor. 1.

Si quis vindemiarum aut meſſium tempore in ius vocatus fuerit, & ſponte venerit, & litigauerit, lata ſententia tenet, lata vero cõtra non comparentem nulla erit.

¶ An per partes poſſit renunciari iuramento teſtis: An ſententia nulla poſſit conſenſu partium confirmari: declarat hic Gloſſa iuncta ibi Barr. An feriis renunciari poſſit Alex. *conſ.* 36. *lib.* 2.

Neque enim prætoris factũ iuri deroga-

Digitized by Google

re oportet. ¶ Hic obiter nota, quòd prætor iudicando nihil iuri derogare potuit: ſed eū oportuit ex iure ſtatuere: propoſuit tamē edicta, quibus interpretatus eſt, ac ſuppleuit quæ deſiderabantur in iure ciuili, & quibuſdam articulis ei derogauit l. *ius autem, & ſeq. D. de iuſt. & iur.* §. 1. *Inſt. de bon. poſſ.* deinde ea edicta à populo in honorē prætoris ſunt recepta, itaq. magis auctoritate populi, quàm prætoris valuerunt l. 2. *ſupra de orig. iur.* vide autem Ioan. Robert. *lib. 4. recept. ſent. capit.* 23.

§. ſed excipiuntur. 2.

Ioan. Robert. *lib. 4. recept. ſent. cap* 23. Enumerantur in hoc §. multi caſus in quibus nō obſtant feriæ, vbi notandum obiter eſt, quod quādo conceditur aliquid ratione neceſſitatis, eatenus conceditur. quatenus neceſſitas eſt, & non vltra, vide Decium in l. *non alias.* §. *ſed ſi poſtuletur* D *de iudic.*

l. Eadem. 2.

De iſtis caſibus enumeratis hic, vide Bart. *in* l. *quod ad ſtatutū.* ℐ. *de pœn* & quando iudex profert ſententiā contra ius cōmune, nō expreſſa cauſa ſufficit, quòd poſſit hoc verificari in vno tantū caſu, & ſententia erit valida.

l. Solet. 3.

Enumerantur adhuc hic caſus quidam, in quibus non obſtant feriæ, nota autem hic, quod feriæ non habent locum in criminali cauſa, vt notat hic Bart.

§. Liberalia. 1.

Iudicia liberalia omni tempore finiuntur.

l. Præſides prouinciarū. 4.

Hoc innuit hæc lex, quod ſcilicet præſides prouinciarum ex conſuetudine cuiuſque loci tempus vindemiarum, & meſſium conſtituere debeant, & præterea in feriis indicendis conſuetudo loci ſeruanda eſt.

l. Pridie calendas. 5.

Magiſtratuum dies extremus quis fuerit, declarat hic Gloſſa.

l. Si feriatis. 6.

Sententia diebus feriatis lata nō valet, nec ei obtemperare cogitur, quod tamen verum eſt, niſi aliter partes ſtatuant, ſecundum l. *pacta conuenta. D. de pactis.*

Iudicatum facere cogat. Id eſt ſententię ſatisfacere, non ſolum ſi in faciendo ſit, vt vult Accurſius hic. verum etiam ſi in dando ſic açcipietur l. *etſi.* D. *de noxal. action.*

l. Oratione. 7.

In hanc legem Nicolaus Vigelius *paradox.* 6. Aulus Gellius *lib. 3. cap. 2.* Macrob. *lib. 1. Saturn. cap. 3.* Hoc vult hæc lex quod in cauſa ciuili, vna tantum datur dilatio, gratia, ſcilicet inſtrumentorum exhibendorum, coniunge autem cum *h. t. l. notionem.* D. *de verb. ſignif.* & alteram ex altera interpretare: Agell. dictis locis. Hinc notandum eſt, quod dilationis ſecundæ conceſſio fieri debet cum cauſæ cognitione, qua de re vide Alex. *in l. fi. h. tit.* adde quod dicit Bal. *in l. 1. ſupra ſi quis caution. in ſuis interpretatien. Co.*

l. More Romano. 8.

Pro intellectu huius legis, conſule Cottā *in voce Diem.* Ferran. *lib. 1. explicat. cap.* 13. Auguſtin. *lib. 2. emend. cap.* 13 Ioan. Rober. *lib. 1. recept. ſent. cap.* 1. Cuiac. *lib.* 15. *obſ. ca.* 3. Gellium 2. *cap.* 3. Plutarch. *problem. Rom.* 82. Quando incipiat, ac finiatur dies, explicat hoc loco Paulus, de die naturali & artificiali, Macrob. 1. *Saturn* Gellius *lib. 3. cap. 2.*

¶ An ſententia de die an de nocte ferri poſſit, Gloſſ. *Nou. de iudicib.* 2. *cap.* 3. vide quę ibi notauit D. Gotho. glo. *in l. non minorem* 20. *C. de tranſ.* adde Socin. *reg.* 359. Balbum *deciſ.* 412. Oldendorp. *tract. le Senten. cap. ſi noctu indicatum ſit.*

l. Diuus Traianus. 9.

Huius legis quæſtio eſt, an diebus feriatis quis militare poſſit, & reſpondetur poſſe, cauſæ vero iis diebus agitari non debent, hac de re vide Bald. in 3. C. *de epiſcop. audiend.*

l. In pecuniariis. 10.

Pro intellectu legis, vide Petrum de Bella pertica hic.

Vide quæ refert Alex. *in l. die. num. 1. qui ſatiſdare cogan.* vbi limitat hanc legem ex mente Bald. & Odofred.

An ſimpliciter verum ſit, quod quælibet dilatio probatoria, ſit peremptoria. An valeat dilatio data non petenti, an valeat probatio ſine termino, an dilatio data ad probādum, mutari ac reuocari poſſit, vide quæ notat hic Bald. an & quare dentur plures dilationes in cauſa criminali, quàm in ciuili, tradit hic Bart. *numero* 15.

Tit. 13. De edendo.

De hoc edicto Cuiacius *lib. 10. obſer. cap.* 14. Ræuard. pro trib. *capite* 4.

¶ Quantum ad hanc edendi vocem. Edere eſt actionem vel cauſam in iudicio publico demonſtrare, æquiſſimum enim eſt, cum qui acturus eſt edere actionem, vt inde ſcire poſſit, reus an cōtēdere, an verò cedere debeat, quod ſi contendendum putat, veniat ad agendum paratus & inſtructus, præterea edere eſt etiam copiam deſcribendi facere.

¶ Libellus quę continere debeat: an & quomodo ſententia libelli formanda. Zaſius hic.

¶ Quæret

¶ Quæret autem fortaſſe aliquis, cur de edẽdo potius quàm de editione hic titulus inſcriptus ſit: verùm huius rei ratio eſt: vt facilius conſtet neceſſitatem eſſe impoſitam edere debenti, hoc eſt iuriſconſultum, hic nõ tractare de editione, ſed de actu edendi.

Gloſſa *in cap. 6. ext. de iudic.*

l. Qua quiſque. 1.

Petrus de Bella pertica. Vldaricus Zaſius. hoc autem vult textus, quod ſcilicet actor actionem edere debeat, vt poſſit reus deliberare, an contendere, an verò cedere debeat. Huius edicti interpretationẽ pete *ex l. 1. D. de exceptio.* & l. *actionis. D. de oblig. & action.* & de vera eius lectione, vide Duaren. *diſp. lib. 1. cap. 13.* Ioan. Robert. *lib. 3. ſent. iur. c. 13* Forcat. *in Cupidine iuriſperti. cap. 17.* Cuiac. *lib. 8. c. 15.* Politianum denique in miſcellaneis.

¶ An, cauſa & actio ſint idem: an quis habeat neceſſe exprimere nomen actionis. Bar. hic

¶ An & qualiter libellus ſit concipiendus, & quæ ſint de ſubſtantia libellorum, quęq. continere debeant vide gloſſ. *in Nouel. de exhib. reis 53. ca. 3. in verbo libellum* vbi plura notatu digna ſcripſit. D. Gothof. adde gloſ. *in l. 5. §. qui nunciat. D. de oper. noui nunt.* an & qualiter res debeat in libello deduci.

Nam æquiſſimum: Super hoc verbo deficit vna gloſſa, de qua meminit Bolog. hic in ſuis interpretationibus, quem vide.

§. Edere. 1.

Alciati interpretationem in hunc. §. refellit Duaren. *lib. 2. diſput. cap. 13.* ſed eam defendit Ioan. Robert. *lib. 1. recept. ſent. cap. 15.* Forcatulus autem in *cupidine iuriſperitõ. cap. 17.* legit perducat, ſed id contra Alciatum exponit *in l. ſi quid. ff. eo.* vide Cuiac. *lib. 8. obſ. cap. 15.* Polinum *in miſcel. cap. 82.* Cotta in voce *Edere.*

Ad album Quid eſſet album, neſciuit omnino Accurſius, ita vt meritò tota hęc gloſſa delenda ſit, perperam etiam putauit *in l. 1. C. de interd.* librum pretoris, perperam quoque *in l. ſi quid in quod D. de iuriſdict.* aliquid in muro dealbatum ſcriptúmve, cum id tolli poſſe dicatur *d. l. 7.* & apud Paulum *1. ſent. 13.* album videtur fuiſſe quid muro appenſum, quo ea quæ incidebant ſcribebantur *d. l. 7.* id eſt vt interpretor interdicta *d. l. 1.* nõ ea quæ iuriſdictionis erant perpetuæ *d. l. 7. d. §. 3.*

§. Editiones. 2.

Pro intellectu huius §. vide Cuiac. *lib. 3. obſ. cap. 7.* Hoc autem vult hic §. quod inſtrumenta ſine die & conſule edi poſſint, non autem rationes. Ratio eſt, quoniam, accepta & data non alias poſſunt apparere, niſi dies & conſul fuerit additus.

¶ Vt inſtrumẽtum dicatur publicum, quot & quæ requirantur, vide hic Bald.

¶ An & quo iure quis compellatur edere, Bart. hic.

¶ An & quomodo inſtrumenta edenda: tẽpus in diſpoſitionibus additum, quomodo intelligendum: acta iudiciaria & inſtrumenta, quare & quomodo edantur, Zaſius hic.

¶ Ne quid excogitetur die. Quaſi diceret ne ex editione diei & conſulis naſcatur occaſio fraudis alicuius excogitãdæ, vt fortè diei repetendæ l. *repetita. D. de fide inſt.* vbi quod Repetita die, hic prælatio diem dicitur, pro quo alij malè perlato, alij etiã prolato legũt.

§. Edenda ſunt. 3.

Quænam edenda ſint, diſce ex hoc §. omnia enim edẽda ſunt, quę quis apud iudicem editurus eſt, nõ tamẽ, vt & inſtrumenta, quibus quis vſurus non eſt, compellatur edere.

¶ An & quando inſtrumenta edenda ſint, an publicatis atteſtationib⁹ produci poſſint inſtrumẽta declara vt per Bald hic. pręterea an & quãdo fieri debeat editio, vide Bar. hic.

§. Edere. 4.

Edere is nõ videtur, qui ſtipulationem totam non edit, perfecta etenim editio & integra eſſe debet, vide Ang. *conſ. 150. incip. reus ci uitatis.*

§. Eis qui ob ætatem 5.

Subuenitur eis qui ob ætatem, ob ruſticitatem, vel ob ſexum lapſi non ediderunt, hoc eſt, minor, ruſticus, miles, & mulier excuſantur, à pœna præcepti ſpreti.

l. ſi legatum. 2.

Quicumque petit legatum ex teſtamento, non tenetur edere teſtamentum hæredi.

¶ An inueſtitura domini per vaſſallum neceſſariò ſit edenda, declarat Zaſius hic.

l. Senatus. 3.

Alias incipit hæc lex, Nec quiſquam innuit hęc lex, quod fiſco eduntur inſtrumenta, ad intentionem fundandam ad cauſam, nempe faciẽtia, & non ad impertinẽtia. De materia autem huius legis, vide Alex. *conſ. 122. l. prætor ait. §. etiam. ff. h. t.* vide Iaſ. *in l. 1. verſ 5. C. eod.* præterea an hæc lex procedat in dote, vide Rom. *in l. 1. ff. ſolu. matrim.* & ibi per Alex.

l. Prætor ait. 4.

Argentarius rationes edere tenetur cũ die & conſule, his ad quæ pertinet, ita vt initio huius legis contineatur prætoris edictum.

Ad id quod dicit gloſ. de argentario. *l. Prætor in prin. de eden.* vide Alciat. *lib. diſpunct. vlt. & penult.*

¶ Argentarij qui & quomodo rationes edant: an & quomodo notarius inſtrumenta publica faciat: an filiusfamilias ex ſuis

Digitized by Google

contractibus obligetur,explicat hic Zaſius.

§.Huius edicti.1.

Commendatur hoc §.prætoris edictum.

¶ An notarius qui conficit inſtrumentum rogatus eſſe debeat ab ambabus partibus,vide Bald.*conſ.*52. vbi ponit an ſi creditor confiteatur abſente debitore ſibi ſatisfactum, & pręſente fideiuſſore poſſit rogare notarium, vt de illa confeſſione conficiat inſtrumentum.

Sed & filiusfamilias.

Filiusfamilias edere etiam cogitur,ſed an etiam pater,quæritur hic.

Cum patri quæſtum refert.Collige ex hoc loco,vt etiam notat Bal. quod pater tenetur ex facto filij, quando ex eius commodo ſentit commodum aliquod,vel lucrum.

§.Sed ſi ſeruus.2.

Si ſeruus argentaria faciat, dominum compellere poteſt,vt edat.

§.Etiam is.4.

Ad editionem etiam compellitur is qui argentariam facere deſiit hoc arguméto, quod ſcilicet ille qui deſiit exercere vſuras, ita compellitur ad reſtitutionem ſicut exercés. De vſurariis vide Bald.*conſ.*113.præterea obligatio, vel quaſi obligatio contracta ratione cuiuſdam officij,non finitur functo officio.

§.Sed ibi quis.5.

Vbi & quo loco quis edere cogatur, collige ex hoc §. dicit enim quod facit etiam quamlibet rationem tenetur quis edere, vbi eam adminiſtrauit, quo loco obiter notabis rationibus reddendis omnes adminiſtratores obnoxios eſſe,qua de re vide Rol.à Valle 2.*conſ.*49.

l.Spatiúmque.5.

Spatium aliquod ad perferendas rationes, omnibus tribuendum eſſe, ait hac lege Paulus.

l.Si quis ex.6.

Perducere, Donatus in Terentium interpretatur initium ducere. vide Forcatul. *dicto cap.*17.

¶Vel in horreo. Hoc ideo dixit Iuriſconſultus,quoniam in eo non pretioſiſſima quęque reponebantur. *l.pen.*§.*effractura. D.de off. præf.in gloſſ.*

¶ Adde *fol.*281.*num.*43. *& ſequent.repetitionum* 6.*folio* 127. *numero* 17. *& numer. ſequent. repetitionum* 7.

§.Cogentur.1.

Hæredes ſiue ſucceſſores argentarij rationes edere coguntur, ſiue ſint duo, ſiue plures.

Pro intellectu huius §.vide Bartol.*in l.*4.§. *Cato.ff.de verb.oblig.*

An & quomodo teſtis leuis opinionis ſaluetur: an & quomodo infamis à teſtimonio repellatur:an notarius malè verſatus in officio,illo amplius fungi poſſit,Zaſius hic.

§.Bugitur autem.2.

Editionem qui petit, iurare debet de calumnia.

§.Rationem autem.3.

Ratio quomodo accipienda, declaratur hoc loco,eſt enim ſcriptura dati & accepti.

¶ Ratio quid: an generalitas ad materiam ſubiectam reſtringatur,declarat hic Zaſius.

§.Ex hoc edicto.4.

Contra non edentem datur actio in factum,hoc vult hic §.

¶ An & hoc iure petatur editio, vide hic Barto.

§.Vnde apparet.5.

Rationes ad aliquem pertinere dicuntur, quando eo mandante, vel eius procuratore confectæ ſunt, & ideo tam ei quàm procuratori ſuo edendæ ſunt.

¶ An ſcriptura facta me àbſente, nemine pro me mandante, vel recipiente probet,vide hic Bald.

§.Si initium.6.

Ad intellectum huius §.vide Menoch.*de arbitr iud.lib.*1.*caſ.*64. Notabilis ſanè eſt textus hic,licet videatur cõmunis & vulgaris, quod ſcilicet dies in principio poſita, in ſequentibus repetita tacitè intelligatur, hunc etiam §.elegantiſſimè repetiit Bar.

§.edi autem.7.

Edere rationes eſt, vel dictare, vel tradere libellum, vel codicem proferre, coniunge *l.* 1.§.*edere,ſup.hoc tit.*

§.Prætor ait.8.

Continentur hoc §. alia prætorij edicti verba.

§.Prohibent.9.

Apud argentarium non fit rationum editio, niſi probet quod rationes quæ apud ipſum remanſerunt, perdidit caſu fortuito, vel niſi ſubſit alia iuſta cauſa.

§.An nec hæredi.10.

¶ Res perdita eſſe quomodo probetur, & quibus probationibus vtendum ſit.an & quæ dicantur manifeſta in probanda amiſſione rei,declarat hic Bar.

§.Nec iterum.11.

Poſtulanti iterum edi prætor iubet, niſi ex cauſa. ¶Hoc autem loco nota quòd qui ſemel inſtrumentum habuit & amiſit, non poteſt.

Digitized by Google

poteſt petere à notario, vt iterum ſibi edat niſi cum licentia & authoritate iudicis.

§.Hæc vox.1.

Vox iterum poſita in edicto.l.6.*&* 7.*ſ.h.t.* quas & quot ſignificationes habeat, diſce ex hoc §.

l.Vbi exigitur.8.

Argentarius tenetur de dolo vel lata culpa, ſi non edat rationes.

Dolo malo. Dolo malo nõ edit, & qui malitioſè edidit, & qui in totum non edidit.

§.Is autem qui.1.

Loriottus *de eo quod intereſt.axiom.*47. Nota autem hoc §. quod intereſſe non venit ex mora, ſed ex ſententia.

l.Quædam ſunt.9.

Vbi competit actio, non competit iudicis officium, vel ſi malis, vbi competit ordinarium remedium ceſſat extraordinarium.

Vide Dec. diuerſimodè loquentem circa illam l. *in c.*1.350.*coll. verſ. vtraque opinio.* *&* 36. *verſ.* Adde tamen *extr. de probationibus.* Et ad dicta ibi per Bart. *circa quaſt. de vſurario*, vide Abb. *in d. cap. in* 3. *coll* Et Dec. *in l.*1 *col. fin. C. de edendo declarantem circa med.*

Repet. 7. *fol.*16.*num.*14.

§.Nihil intereſt.1.

Bellonus *lib.*4.*ſuppur.c.*18. Hoc vult hic §. quod ſcilicet ſucceſſor argentarij cogitur ad edendum, licet non ſit eiuſdem profeſſionis, quis autem ſucceſſoris nomine intelligatur, declara, vt per Bald. hic, vide quid per iſtum textum dicat Felinus *in cap. fin. in* 1.*not.* D. *de probat.*

Succeſſoris appellatione, an & quis contineatur, & an hæredis appellatione contineatur, is qui propriè hæres vel ſucceſſor eſt, Bal. hic.

¶ Verſ. is autem cui. Notarius protocollam, ſine abbreuiationem ſuam vendere poteſt, vt not. hic Bald.

§.Nummularios.2.

Nummularij & argentarij pari paſſu ambulant, vtrique enim tenentur rationes edere.

¶ An valeat ſtatutum vt libris mercatorum detur fides, Bald. in deciſione reliquit, *conſ.*475.4.*volum.*

l.Argentarius.10.

Pro intellectu huius legis vide Cuiac. *lib.* 10.*obſer.cap.*14. Nannium *li.*1.*miſcel.cap.*9. hic autem obiter notandum eſt, quod argentarij, & omnes qui gerunt officium publicum, tenentur rationes ſuas edere.

¶ Quærit præterea hic gloſſa, vtrum tabelliones cogantur edere, qua de re vide Felin. *in cap. quoniam contra. de probat. in princip.* 2. *colum.*

¶ An tabellio pro confectione inſtrumenti, poſſit pecuniam accipere.

¶ An iudex in ſalarij taxatione committere poſſit, vicem alteri tabellioni. *fo.*31.*n.*307. *repet.*3. Hotom *lib.*8.*obſ cap.*12.

§.Ideo autem.1.

Redditur hic ratio, quare ſcilicet argentarij, & omnes qui gerunt officium publicum, teneantur rationes ſuas edere.

§.Edi autem.2.

Quod ratio edi debeat à capite, cõcordat *gloſſ. in cap. ſedes. de reſcript.* & vide quod notat Alexand. *in rub.* D. *ſolut. matrim.* Abb. *conſ.*25. *volum.*1.

§.Cum autem.3.

Ad hunc § ſcripſit Duarenus *de in litem iurando. num.*55. vbi hunc §. conciliat cum *l. ſemper. §. in hoc interdicto. infra vnde vi. l. qui tabul. infra de furtis.*

Pro intellectu huius §. vide quod not. Pau. de Leaza *in ca. conſtitutus. de electio. in clemen.* Petrum de Bellapertica *hic.*

Ad illum textum iuncta ibi not. per Bar. in 4. not. vide textum *in l. ſi quando. Co. vnde vi.* quomodo illum intelligit gloſ. *in §. ſi. in verbo probare, Inſt. de verb. oblig.*

Quo iure ſuccurratur contra iudicem, qui probationes non curauit, vide hic Bar.

l.Exempla.11.

¶ An ſubſcriptio ſiue præſentia partis ſit de ſubſtantia inſtrumenti, tractat hic Iuriſ. Modeſtinus.

l.Fœminæ.12.

Fœminæ remotæ ſunt ab omnibus officiis publicis, vt ait l. *fœminæ* 2. *D. de reg. iur.* & conſequenter ab officio argentarij, vt vult hoc loco Calliſtratus.

Tit.14. De pactis.

Scripſit in hunc titulum plurima præclara Duarenus, & nonnulla etiam *lib.*2.*diſput.c.*8.

Scripſere præterea, Æmilius Ferretus *qui deſinit in l.* 7. Sed poſtea addidit. §. *pactus ne peteret l. ſi vnus.* & optime Cuiacius, qui præter ea quid iſte titulus, cum præcedentibus commune habeat, docet *lib.*10.*obſ.cap.*30.

l.Huius edicti.1.

Ad faciliorem huius legis intellectum cõſule Charondam *lib.* 1. *veriſſim. cap.* 4. Ioan. Robert. *lib.*2 *ſent. iuris. cap.*1. Hotom. *vol.*1.*variar. diſput. cap.*7. Fortunium Garſiam.

Quod hic non ponatur definitio pacti, ſed quædam deſcriptio, vide Iacob. de Nigr. ad

Digitized by Google

Rub. *de verb. oblig. num.* 34. Hotom. *lib.* 1. *Inſt. titul.* 1.

Appellatione pacti non venit tacitum pactum poſt alios, de quib. ibi tenet Decius *ad Rub. C. de pact. num.* 3. *&* 4. vbi etiam dicit ſe conſuluiſſe. &'eſt *in conſilio* 245. tamen communis eſt contra eum, vt per Moder. *ad l. rogaſti.* §. *ſi tibi.* D. *ſi cer. pet. Ripa. ad* Rub. *de verb. oblig. num.* 21.

Cicero *li.* 2. *de inuentione* pactum, inquit, eſt quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtum putatur, vt iuri præſtare dicatur, Bal. *in l.* 1. *hoc tit. & in tract. de pact num.* 1. adde ad hanc legem & de iis verbis in idem quare in accuſatiuo & non in ablatiuo. Cacialup. *in tract. de pact.* 1. 3. *ad fin.* tu declara hoc procedere prout in ſimili. Bart. ad *l.* 1. D. *de tutor.* ad de Corn. *conſ.* 25. *num.* 10. *vol.* 4 An iſte textus habeat locum in pacto tacito, quod non facit, quia non habet conſenſum cum acquiratur ignoranti, *l. certi. C. locat. l. in eo.* §. *deinde, de rit. nup.* item per text. not. in *l. fi. C. in quib. cau. pig.* vbi eſt præſumptio legis ergo non propriè pactum, de quo hic.

§. Pactum autem. 1.

Hic continetur etimologia pacti, de qua vide hic Accurſium, vide etiam Bap. de S. Seuerin. dicentem, quod pactum dicitur à percuſſione palmarum, vt notat etiam hic gloſ. ſa, & malè ſanè, ſed potius à verbo antiquo paco.

De definitione pacti vide Bald. *in tract. de pact. numero* 1. *& in toto tit. de pac.*

§. Et eſt pactio. 2.

Quod ad definitionem pacti hic, ab Vlpiano traditã, duplex eſt lectio. Quidam enim *duorum pluriumve in idem placitum conſenſu.* Alij *duorum pluriumve in idem placitum & conſenſus legunt*, & hæc eſt vulgata lectio, quam retinendam eſſe cenſeo.

§. Conuẽtionis verbum. 3.

Conuentionis verbum ita generale eſt, vt ad omnia pacta contractus & diſtractus, referri poſſit.

§. Sed conuentionum. 4.

Propoſita ſuperiori §. conuentionis generali ſignificatione meritò, nunc eius diuiſionem ſubiicit, quod ſcilicet quædam ſint nominatæ, quædam innominatæ. Adde tractatum 12. *folio* 170, *numero* 2.

l. Labeo ait. 2.

Vide in hanc legem Fortunium Garſiam. Explicat autem hic I. C. aliam conuentionum diuiſionem, quod ſcilicet quædam ſint tacitæ, quædam expreſſæ. Repetitionum 1. *folio* 384. *numero* 2.

Pactum & donatio cauſa mortis, quomodo inter abſentes fieri poſſit.

¶ An & quomodo pactum exceptionem doli pariat, Bald. hic.

¶ Vide de hoc text. & ſimilibus loquentibus, de inſtrum. reſtit. pro ipſo debito. Bart. *in l. ſi is qui pro empto num.* 65. *de vſucap.*

§. Et ideo ſi. 1.

Pro intellectu huius §. adde textum *in cap. eccleſia* 2. *in fin. vt lite pendent. & ibi gloſſ.*

¶ Hoc innuit hic §. quod redditio inſtrumenti, vim pacti obtineat, quamuis pignoris remiſſio non inducat præſumptam remiſſionem debiti principalis.

Differentiam pignoris & inſtrumenti, vide hic apud Bartolum.

l. Poſtquàm. 3.

¶ An acceſſorium tollat principale, an inſtrumenti redactio inducat debiti remiſſionem: an ſolutio debiti vim habeat cancellationis, vide hic Bald.

Ad illum text. cum vno, quod ibi dicit Bal. *in fin. verſ.* vide Socin. *reg.* 193.

l. Item quia. 4.

Vide in hanc legem Fortunium Garſiam. Iuriſconſultus materiam eãdem perſequẽs, hoc eſt de tacita conuentione, ait quod inuecta in domum conductam, ſunt tacitè obligata pro penſione, quæritur autem hic, an hoc locum habeat in pupillo, cum res ipſius non poſſint obligari ſine decreto, qua de re vide Bart. hic.

§ Secundum 1.

Mutus paciſci poteſt, quoniam etiam ſi non poſſit loqui, ſignis tamen demonſtrare poteſt, & expreſſum dicitur, quod ex ſignis colligi poteſt, vide gloſſ. *in l.* 20. §. 1. *in verbo expreſſum. D. de oper. nou. nunt. gl. in l.* 1. §. *ſi quis ita. D. de verb. oblig.*

§. Huius rei argumẽtum. 1.

In ſtipulatione tacita conditio ineſt, ſi ſcilicet matrimonium ſequatur, coniunge l. 21. D. *de iure dotium.* vide Alexand. *conſ* 4. *vol.* 4. *conſ.* 3. *eod. vol.*

§. Ex facto etiam. 3.

Quę in præfationibus dicuntur, in ſequentibus repetita intelliguntur, hoc innuit hic §. Ang. *conſ* 61. Rom. *conſ.* 233. *&* 202.

l. Conuentionum. 5.

Hanc legem explicuit Ræuard. *lib.* 4. *varior. cap.* 1. Cuiac. *libro* 15. *obſ. cap.* 5. *&* 33. perſequitur autem hic Iuriſconſultus conuentionis alias ſpecies, quod ſcilicet conuentio, aut ſit publica, aut priuata, aut legima, aut iuris gentium.

An

Digitized by Google

¶ An præfectus militiæ poſſit facere pacem Bart.hic.

§.Publica.1.

Conuentio publica eſt, quę fit per pacem, quotiens inter ſe duces belli quædam paciſcantur.

l.Legitima.6.

Ad intellectum huius legis faciunt, quæ ſcribit Bellon.*lib.3.ſuppur.cap.7.* Gouean.*lib.2.variar.lect.ca.26.*Fortunius Garzia. Cũ autem ſuperiori lege dixerit, quæ dicatur publica conuentio, iuſto rectóque ordine tradit nunc quæ dicatur legitima.

¶ Vide Ioan.Fabr.*Inſt.de oblig.in 4.col.verſ. ego credo.* Alexand. *in conſ.75.col.7.in fin.1.voc.* cuius verba retuli, in rubric. incip. legitimam.

Ad eius intelligentiam, quare ibi fiat differentia inter conuentiones nudas & veſtitas, vide Socin *in Rub.de verb.oblig.coll.2.verſ. 4.concludo.*

Ad intelligentiã etiam gloſſ.in §.ſed cùm nulla.in verb.igitur.vide Ruin.*in l.1.§.ſi quis ita.char.2.de verb.oblig.*

Et ad intellectum §.quod fere vide eund. *in eo loco.*& vide omninò, quomodo inducat illum §.Petr.de Bella Pert.*Inſt.de action. & reſponde.*

Et ad §.igitur.vide Socin.*in d.Rub.colum 5. in princ.*

Ad regul. §. ſed cùm nulla.cum ſeq.§.*vide Bart in l.Ariſto.§.fin.in verſ. Ariſto. & quod ibi per eum.de donat.*Et ad gloſſam magn.ibi circa med.vide Iaſo.*Inſtit. de actio.§.actionum.in gl..in verb.ex permut.in prima concluſ.* & quod ibi per Gomeſ.*in antepen.col.* & ad §. quinimo vide Alciat *lib.5.paradox.cap.1.*

Quod actio detur ex nudo pacto, ſi iuuetur authoritate legis vel principis notat Gl. *in c.cum acceſſiſſent.extr.de conſt.20.*

l.Iuriſgentium.7.

In hanc legem ſcripſere Connan.*lib.6.comment.cap.2.& ferè toto libro.* Forcat.*dial.97.n.5.* Gilbertus Conſtanus *lib 1.quæſt.cur.cap.8.* Charond. *lib 2.veriſſ.cap.8.*Corraſ.*lib. 1.miſcell.cap.1* Alciat.*lib.3.prætermiſſ.*Forcatul.*dial. 69.numer.1.*Cuiacius *lib.2.cap.15* Ant. Cont. *lib. 1. diſput.cap.13.* Hoc autem initium vult quod iuriſgentium conuentiones aliæ pariant actionem, aliæ exceptionem, *fol. 227. num.29.repet.7.*

An & quare permutatio non dicatur contractus nominatus, ſi do rem, vt aliam mihi des, declarat Barto. hic. an donatio ſit contractus nominatus, vel innominatus, vide Bald.hic.

§.Quæ pariunt.1.

Conuentiones quæ pariunt actiones, in ſuo nomine non ſtant, ſed tranſeunt in proprium nomen contractus, vt emptio, venditio, &c.

§.Sed etſi.2.

Connan.*in l.naturalis.D.de præſcript.verbis. 531.per tot.4.deinceps.*

§.Si ob maleficium.3.

Turpis inepta, vel iniuſta cauſa non veſtit pactum.

¶ An & quotuplex turpitudo. An & quæ donationes inſinuationẽ requirant.an quælibet cauſa, vt puta iuramentum veſtiat pactum.Nudum pactum quid, & quomodo intelligatur, quod pariat actionem.

§.si cum nulla.4.

Vbi non ſubeſt cauſa ciuilis, neque obligatio neque actio naſcuntur, hic autem notabis in fine regulam. quod nuda pactio actionem non pariat. ſed exceptionem.

Actio ex pacto nudo non oritur, *vt hic & §.quinimò. & §. Marcellus.ead.l.& l.legem C.de pact.* not. gloſſ. & ibi latiſſimè Iaſon. *ad §.in perſonam.Inſt.de actio.* poſt Iaſonem hic latè, vide per Socin.*in reg.9.actio.*Doct.*ad Rub.D. de verb.obl.*Forcat.*dial.69.num.1.*

¶ Pactum nudum quid: an ex pacto nudo oriatur actio tam de iure ciuili, quàm canonico, vide Bar.hic.

¶ An pactum nudum ſine aliqua cauſa valeat, Bald.hic.

Latiſſimè & melius quæ alibi Felin.in *c.1. extr.de pact.*

§.Quinimò.5.

Pro intellectu huius §.conſule Corraſ.*lib. 3.miſcel.cap.10.* Charondas,*dict.lib.2.c.9.*Forcatul.*dialog.89.numer.1. & 5.* Vacon.*lib.1.declar.23.* Merce.*opin. lib. 1.cap.16* Bulg.*ad l.petens, Cod.de pact num.20.*Berreng.Ferna.*ad l. pacta conuenta.D.de contrah.empt.cap. 2. num. 19.*Cuiacius *3 obſ. 5.*

Quæ in ingreſſu contractus. Non ſignificat ab initio: ſed dum contractus ingreditur, & ambulat, id eſt dum contrahitur, dicitur enim contractus ambulare. l. *ſed vbi.* D. *de min.* qua de re vide Alciatum *2. parerg. capite 19.*

An & quot modis veſtiatur pactum: an & quomodo contractus innominati dicantur veſtiri: an ratione pacti non ſeruati competat rei vindicatio, vide hic Bald. An & quis contractus dicatur Feudum, & quæ actio oriatur, vide Iaſon.*in l.prima, D.de condict.ex lege.*

Digitized by Google

§. Adeo autem. 6.

Loriottus *de hæred. inſt. axiom.* 4 Cuiac. *lib.* 2. *obſ. c.* 15. quem reprehendit Ræuardus *libr.* 2. *varior. cap.* 13.

§. Ait prætor. 7.

Hoc §. continetur prætoris edictum, qua de re Forcat. *dial.* 69. *num.* 2. & 4. Vacon. *libr.* 5. *declar. cap.* 67. prætor itaque ait quod pacta ſeruabit, modo dans exceptionem, modo actionem, modo formans actionem, modo negans actionem, tot enim ſunt vires & effectus pacti, & ſignificationes verbi ſeruare, vt *l.* 10. *C. h. t. l.* 44. §. 1. *fam. erciſc. l.* 41. *D. de acquir. rer. dom.*

Pacta, an & quando ſeruari debeant, declara vt per Bald. hic.

§. Pactorum. 8.

Charondas *d. cap.* 8. Mercerius *dict. cap.* 16. Hoc autem vult hic §. quod pactum in dubio præſumitur reale, & tranſitorium ad hęredes.

Non minus ex verbis quàm ex mente. Duarenus ait huiuſmodi *yſtirologias* vſitatiſſimas eſſe iuriſconſultis, aliiſque Latinis authoribus, Vlpianus *l.* 3. §. *Labeo. D. de incend. ruin. nauf. l.* 3. §. *ſi emancipatus. D. de bonor. poſſeſ. contr. tab.* Seneca *de tranquillitate vitæ, lib.* 1. *c.* 8. vide & Charondam *dicto proximo loco,* & Mercerium *ibidem.*

§. Dolo malo. 9.

Cum ſuperioribus duobus §§. poſuerit I. C. edicti prætoris vtilia, nunc ad eorum explicationem accedit, & primo ait quid ſit dolus malus, & quid ſit paciſci dolo malo nempe alterius circumueniendi cauſa, cum nempe aliud agitur, aliud ſimulatur, de dolo malo, vide l. 1. §. *dolum, D. de dolo.*

§. ſed ſi fraudandi. 10.

Huius §. quæſtio eſt, vtrum de fraude paciſci liceat, quoniam edicti verba nullam de fraude mentionem faciunt, verum optimè Labeo ait pactum, ita conceptum iniquum eſſe, præterea fraus eſt ſpecies doli, & ineſt dolo, ſicut ſpecies ineſt generi, & eo remoto, remouentur etiam eius ſpecies.

Ineſt enim dolus & fraus. Vide Alciat. *in l. aliud eſt fraus. D. de verb. ſig.*

¶ An & in quo differat dolus à fraude, Bar. hic.

§. ſiue autem ab. 11.

Exceptionem doli parit, ſiue dolus committatur ab initio contractus, ſiue ex poſt facto.

§. Quod ferè. 12.

Stipulatio eſſe præſumitur, ſi præcedat interrogatio, & ſequatur reſpōſio, niſi in contrarium probetur, id eſt factum, contra ius commune, non eſt igitur hic locus contrarius *l.* 27. §. *in ſumma infra eod.*

§. ſi paciſcar ne. 13.

Pactum valet ſi paciſcar ne pro iudicati, vel incenſarum ædium agatur, ex culpa ſcilicet ad duplum, nam conſulto factum incēdium morte puniebatur. *Pau.* 5. *ſent.* 3. *l. capitalium.* §. *incendiarij. D. de pœn. l. qui ædes. l. pen. D. de incend. ruin. nauf. l. ſi quis dol. D.* [illegible] & hæc eſt quæ incenſarum ædium actio dicitur *in l.* 1. *C. de leg. Aquil.*

§. ſi paciſcar ne. 14.

Cuiac. *lib.* 10. *obſ. cap.* 10. ¶ An pactum valeat ſi paciſcar, ne operis noui nuntiationem exequar, magna hic dubitatio eſt, qua de re optimè hic Labeo.

¶ An nuntiatio noui operis, pacto remitti poſſit: an pactum factum contra rem publicam, vel priuatam vtilitatem valeat, necne, declarat hic Bald.

Nam & de furto paciſci. De furto paciſci licere conſtat ex hoc loco, quamuis in contrarium multæ extent leges, & præcipuè *l. tranſigere C. de tranſact.* verum hoc intelligēdum eſt de furto facto. *l.* 17. §. 1. *hoc t.* ſecus de futuro. *l.* 27 §. 4 D. *eod. tit.*

§. Sed & ſi quis. 15.

Pactum valet, ſi quis paciſcatur, ne depoſiti agat.

§. Et generaliter. 16.

Ad intellectum huius §. vide Cuiac. *libro* 1. *obſ. c* 24. à quo reprehenditur lectio Duareni, qui in hoc §. definit. De huius §. lectione nonnulla etiam Petrus Marthreſ. *in l. veteribus. infra eod. tit. ſ. l.* 21. Quod pactum à iure communi remotum ſeruari, minime debeat declarat hic iuriſconſ. præterea nec iuramēto nec ſtipulatione firmari poteſt, & multo minus legari.

§. Si ante. 17.

Pactum valiturum eſt, ſi ante hæreditatem aditam paciſcatur quis, cum creditoribus, vt minus ſoluatur.

¶ Repetitionum 7. *fol* 215. *num.* 30.

§. ſed ſi ſeruus. 18.

In vulgata editione hæc erat lex octaua, & ſuum: hoc autē vult lex, quod in his quæ ſunt communia, & ſingulis quod fit à maiori parte, præiudicat aliis fauore liberationis.

¶ Hinc etiam collige, quod maior pars creditorum præiudicare poteſt minori, quod tamen limita, vt per Roman. *ſingul.* 101. Cre. *ſing.* 22.

§. Hodie tamen. 19.

¶ Pactum per maiorem partem factum cum

Digitized by Google

cum herede futuro, de parte debiti remittenda, omnibus creditoribus legem imponit, & eſt ab omnibus obſeruandum.

¶An factum à maiore parte dicatur factum communit. vide Rom. *conſ.* 512.

Maioris partis voluntatem. Ex his verbis colligere poſſumus, numerum perſonarum præualere dignitati, quod facit *l. fin. C. de bon. auth. iud. poſſ.* quod intelligendum eſt, quando de commodo pecuniario tractatur, ſecus ſi de fide vel probatione veritatis, ſecundum Iaſonem hic. quem vide.

¶Vide Bar. & poſt eum cæteros. in *l.* 4. §. *Cato. vlt. q. de verb. oblig.*

l. Maiorem. 8.

Vide Gloſſ. *in can. placuit.* 4. *diſtinct.* 16.

l. Si plures. 9.

Innuit hæc lex, quod ſi duo ſint argentarij, vel res ſtipulandi, habentur tantum loco vnius.

¶Plures an & quo caſu loco vnius habeantur: an vnus duas voces habere poſſit, an voluntatis maioris partis ſtandum ſit, declara, vt per Bald. hic.

§. Cumulum. 1.

Cumulum debiti, hic non tantum ad ſortem, ſed etiam ad vſuras eius refertur, at non fit cumulatio ſummarum in caſu *l.* 11. *ſup. de iuriſdict.*

l. Reſcriptum. 10.

Abſentes tenentur ſtare pacto, per maiorem partem præſentem, etiamſi abſentes perſonalia priuilegia habeant, dum non habeant hypothecam. *fol.* 353. *nu.* 49. Repet. 6. & *fol.* 47². *nu.* 209. *eadem repeti.*

§. Si pacto. 1.

Petrus Aluarottus, Petrus Salernus, in hunc §. ſcripſere.

Si tamen ex cauſa pacti. Coniunge cum hoc §. *l.* 17. *C. de tranſact. l. pen. infra eod. l.* 121. *ff. de verb. oblig.*

§. Plerumque. 2.

Doli exceptio ſubſidium eſt exceptionis pacti.

l. Nam & nocere. 12.

In hanc l. Bellon. *q.* 5.

¶An, quot, & quibus caſibus procuratoris pactum noceat domino, declarat hic Bald.

l. Sed ſi tantum. 13.

Sic mutauit Taurellius, in editione Florentina, cum in archetypo Florent. eſſet Vlpianus, teſte Anton. Auguſt. *libro* 3. *emend. cap.* 1.

§. Sed ſi in rem. 1.

Procurator in rem ſuam, paciſcendo domino obeſſe poteſt, vt ait hic Gloſſa finalis.

l. Item magiſtri. 14.

¶Quæſtio huius legis: an pacta facta ab iis qui præſunt corporib⁹, vel collegiis proſint, vel noceant collegio, quæ vtilis eſt, & de hac vide Roman. *conſ.* 63.

Magiſtri ſocietatum. Magiſtri hi appellantur, cui præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam, & ſollicitudinem in rebus, quibus præſunt, adhibere debent, ita appellati à monendo, ſiue à monſtrando, ſic etiam dicuntur magiſtri vniuerſitatis, & venditionis bonorum præpoſiti. *l.* 9. *D. rem rat. hab.* nauium *l.* 1. §. 1. *D. de exercit. act.* equitum *l.* 2. §. 19. *D. de orig. iu.* Officiorum *vt toto tit. C. de magiſt. officior.* ſunt & plures alij quos recenſet D. Gothof. hic.

l. Tutoris quoque. 15.

Pactum tutoris pupillo prodeſt, & non nocet.

¶Pactum tutoris, vtrum noceat pupillo, declarat hic Bart.

l. Si cum emptore. 16.

Pactum factum cum habente vtiles actiones, præiudicat habenti directas. & hoc eſt quod innuit hic textus.

¶An pactum cedentis noceat ceſſionario. Pau. de Caſtr. *conſ.* 47 & *ſeq. per* Ang. *conſ.* 250. An exceptio compenſationis quæ obiici poteſt cedenti, poſſit etiam obiici ceſſionario, vide Bald. *conſ.* 487. & 207.

§. Sed ſi inter. 1.

Pactum eius cui ſunt cedendæ actiones, nocet ei qui eas habet, & cedere debet.

l. ſi tibi decem. 17.

Ad intellectum huius legis faciunt quę notauit Duaren. *de pactis. fol* 38. ¶ Hoc autem vult hæc lex, quod obligatio quæ re contrahitur, trahi non poteſt vltra quam peruenit, quæ quidem lex optimè commendatur à Bartolo.

§. Quædam actiones. 1.

Pactum tollit actiones deſcendentes ex maleficiis, coniunge autem *l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, D. de pactis.*

¶An iniuriam remittens, videatur damnum remittere. An vniuerſitatis ſindicus damna ſingulorum ciuium remittere poſſit: an in teſtamento pax fieri poſſit, & an pœnitentiam recipiens, videatur remittere iniurias, declara vt per Bald. hic.

§. De pignore. 2.

Pignus de iure prætorio ſolo cõſenſu con-

Digitized by Google

trahitur: ſed tamen ſolo conſenſu non tollitur.

¶ An hypothecaria ſit actio merè realis, vide hic Bald.

§. Si quis paciſcatur. 3.

Ad hunc §. Ioh. Robert. *li. 4. recept. ſent. c. 15.* quod pactum perſonale perſonam non egrediatur, declarat hic §. hoc eſt perſonalia pacta hæredibus non proſunt, vt pluribus declarat hic Accur. & quæ ſit ratio huius rei, vide *l. idem in duobus. 25. §. 1 perſonale. D. de pactis.*

§. Si pactus ſim. 4.

¶ Paciſci quis non poteſt extraneo filio, nec confirmatur pactum licet poſtea ille extraneus ſuccedat paciſcenti.

An pactum patris proſit filio: an doli exceptio quæratur extraneo, vide hic Bald.

Vide Ruin. *in l. Gallus. §. 1. in 28. char. de lib. & poſthu.* & ad ibi dicta per Bar. *in verſ. ex hoc edicto.* vide Abb. *in c. in præſentia, coll. 10. nu. 27. de proba.*

Et ad illum tex. vide Aret. *Inſt. de inutilibus ſtipulationibus, §. cæteri, 1. not.*

§. Pactum conuentum. 5.

Perſonale pactum ad ſucceſſorem in rem etiam porrigitur, viuo paciſcente, & quæ ſit ratio huius §. vide tres rationes quas adfert hic Accur. *in glo.*

Et in emptorem. In emptore potius legendum eſſe puto latinitatis ratione.

§. Cum poſſeſſor. 6.

Concordat textus in *l. ſi actionem, C. h. t.* innuit hic. §. quod pactum poſſeſſoris non prodeſt, neque nocet vero hæredi.

Neque nocere, neque prodeſſe. Quidam tamen aiunt prodeſſe, iuxta *l 22 de conſtit. pecun.* ita vt antinomiam quandam hic eſſe quidam exiſtimauerint, verum tamen eam ſic ſolue, vt dicas in *l. 22.* I C. ex ſua perſona loqui hic aliorum ſententiam referre.

¶ Repetitionum *7. fol. 194. num. 4.*

§. Filius. 7.

Filius paciſcitur, quandoque directo patri, quandoque directo ſibi.

§. item ſi filiusfam. 1.

Perſonale pactum filij tranſit ad patrem & ad hæredes eius, viuo filio, quo loco obiter notandum eſt, pactum quod prodeſt patri, proſit etiam filio.

l. Vel de in rem verſo. 20.

Ex hac lege inferunt quidam quod pater non cogitur præciſè filium defendere.

l. Et hæredi. 21.

Si filius paciſcatur, ne à ſe petatur, ipſi filio & patri proderit pactum, ſi pater conueniatur de peculio.

§. Quod ſi ſeruus. 1.

Huius §. ſententia hæc eſt. Si ſeruus paciſcatur, ne à ſe ſeruo petatur, non valet pactum. Sed ſi ſeruus realiter paciſcatur acquiritur, tunc exceptio præſcriptis verbis, ſi in perſonam pactum conferatur.

§. Nos autem his. 2.

Si pater paciſcatur, ne à filio ſuo petatur, iſtud pactum filio ſuo non prodeſt, quo ad pacti exceptioné, ſed exceptio doli datur filio.

¶ Quando dicatur pater ſtipulari filio vt filio, & quando filio vt hæredi, vide quod dicit Bald. *in cap. 1. in princ. an agnat. vel fil. res hære. poſſ.*

¶ Ne à Titio A filio potius legendum eſſe, doctè ſanè emendat Cuiacius.

§. Filiafamil. 3.

Pactum factum à filiofamilias tempore patriæ poteſtatis, nocet ei tempore exiſtentiæ ſui iuris.

§. Item filiusfam. 4.

Filiusfamilias rectè paciſcitur, de eo quod ſub conditione legatum eſt paria enim ſunt fieri tempore congruo, vel in illud tempus conferri. concord. *tex. in arg. l. in tempus. D. de hæred. inſt. text. in l. quod ſponſa. C. de donat. ante nupt.*

§ in his. 5.

Pactum rei prodeſt fideiuſſori, niſi ſit perſonale pactum. Nam perſonale perſonam non egreditur.

l. Niſi hoc actum. 22.

In hac lege obiter notandum eſt quod pactum ſimpliciter factum, reo porrigitur ad fideiuſſorem, quod tamen ſecus eſt, ſi mentio facta fuerit propriæ perſonæ.

l. Fideiuſſoris. 23.

Pactum fideiuſſoris non prodeſſe reo, negat hæc lex. Verum in cõtrarium facit. *l. duobus. §. à fideiuſſore. D. de iureiur.* quam antinomiam ſolue, vt per Bar. his.

l. Sed ſi fideiuſſor. 24.

Ex hac lege colligi poteſt materia, quę in vſu & foro eſt vſitatiſſima nempe quod licet quis, vt fideiuſſor accipiatur, tamen in veritate eſt principalis, & vt de principali eſt iudicandũ, quod vt in praxi vſitatum ſit, nemini dubiũ eſſe puto, hodie enim non conuenitur principalis, ſed fideiuſſor: vnde manauit prouerbium hoc, qui fideiubet, ſoluit.

l. Idem in. 25.

Ad intellectum huius legis, vide Cuiac. 22. *obſ. cap. 6.* Ratio dubitandi huius legis eſt, an pactum

Digitized by Google

pactum factum, vni ex duobus reis debendi, proſit aliis, quam quæſtionem optimè examinat hic gloſſa, Bar.& Bald.

§.Perſonale.1.

Pactum perſonale ad alios non pertinere, immo etiam nec ad hæredem ſatis ſupérque declarauit ſuperioribus. §.

§. ſed quamuis.2.

Regulariter fideiuſſoris pactum , reo non prodeſt.

l. Videlicet.26.

Dictio videlicet non ſolum declarat : ſed etiam aliquando reſtringit , qua de re vide *l.cum quidam.* §. 1.*de vſur.* notat.Bar.*in* l.1.*D. ad leg. Aquiliam.*

l. Si vnus.27.

Hęc lex eſt ſubtilis & difficilis.ideo ad eius intellectũ,vide Ioan.Robert.*lib.1.ſent.recep. c.25.*Pileum *queſt.*109.Charond.*li* 1.*veriſſim. cap* 21.Cuiac.22.*obſ.cap.6.* Rom.*conſ.ſuo* 209.

§. ſi cum reo.1.

Pactum factum ad tempus , non prodeſt poſt tempus,& poteſt principalis aciſci fideiuſſori,licet non paciſcatur ſibi.

§. Pactus ne peteret.2.

Scribit in hunc §.Ferretus, Vide Zaſ.*libr.1. ſing. reſp inſ. cap.5.* Charond. *lib.1.veriſſ. cap.4.* Ræuard.*lib.2.vario.cap.6.*Corraſ.*lib.2.miſcell. cap.16.*Bello.*lib.2.ſupput.cap.1. & 9.* Alciat.*lib. 1.parad.cap. vlt.* Molinæum *in labyrinth.de diuiduis & indiuiduis,in princip.num.*10.Hotom. *vol.1.variar. diſput.cap.7. poſt tract. de pactis*, & obiter Duaren. *ad tit.de in lit.iur.an. nu.16.& de pactis,fol.*38. Vaconium *lib. 1.declarat.c.*20. Prat.*ſin ent cap.*3 Rep.6.*fol.*118.*num.*40.

¶ Quod pactum nudum, non tollat actus, ipſo iure , nota hoc non procedere quando fit ante contractum perfectum,qua de re vide Cremenſ.*ſin* 49.

¶ De intellectu huius textus doctores hic latè. Adde Fortuniſium Garſiam hic *col* 7.Moder.Sabin.*lib.1.declar.iur.ciu.cap.16.& ſeq.*nouiſſime noſtri *ad principium Inſt. de oblig. nu.* 17.Crott. *in rep.ad l.ſi is qui pro emptore.n.*110. *D.de vſuc.* ¶ De virilibus pactorũ vide Bald. in l.*cum quis* , C.*de iuris & fact.ign.& in l.pacta qua contra leges C.eod.*

¶ Tu conſidera pro intellectu huius textus , quod ſecunda ſtipulatio formatur ſuper verbis, quæ continent omnem & totam obligationem. Sed in pacto verba non percutiũt totum contractum, & totam obligationem, vnde non tollit vniuerſaliter præcedentem obligationem, & hoc colligitur in textu *hic.*

¶ Mulier contrahens cum viro , qualiter obligari poſſit, vide Barto.in l. *Mænia*,§.1.D. *ſolut.matrim.*

¶ Quod in pactis factum verſetur, eſt contrarius textus in l.*fi.ibi,aliquid fieri vel paciſci.* C.*de pact.*vide ibi Dec.num. 12.*& vide Doct. ad dict.* R*ub.de verb.obli.* ¶ An vna acceptilatio tolli poſſit per aliam. An ex pollicitatione oriatur obligatio naturalis : an pactum temporale tollat obligationem naturalem: an renuntiatio tollat obligationem naturalem & ciuilem.vide hic Bald.

§.Illud nulla.3.

¶ Loquitur hic §.de dolo, an autem de culpa intelligi poſſit, dubitant doctores,an ſcilicet culpa futura remitti poſſit, vide de hac materia Alex.*conſ.67.vol.2.ad fi.*Iaſ. *in* l.*actione, C.de tranſact.*¶ Item an regula hui⁹ §.procedat in dolo præſumpto , vide Paulum de Caſtro hic.

Dolus futurus poteſt remitti. ſecus in præterito,de quo vide Cagnol.*ad* l.*contractus,n.* 80.*de regul.iur.*vide Lud.à Sard.*in tract.de na. lib.2.par.prin.§. de legit.per reſcrip.nu.24. in 6. vol. tract* Dec.*conſ.178.in cauſa,num.3.& conſ.* 192. *& conſ.16. viſa ad finẽ, & ad l.contractus,* D.*de reg.iur.*Alex.5.*conſ.*152.quod adeo verũ eſt,vt nec à teſtatore remitti poſſit Menoch. 2. *de arbitr. cap.*337. multa ſpecialia quæ permittuntur propter delictum futurum euitãdum ponit Bar. *conſ.94.vol.*1. vide Rom.*conſ.* 94.*& conſ.90.alias 60.tract.6.fol.357.num.34. Cagnolus de reg.*

§.Pacta quæ turpem.4.

Cuiac. *lib.1.obſ.cap.*24. & Menoch.*de recup. poſſ.rem 1.num.* 82.

A re priuata. Cuiacius emendat publica, qua tamen ratione neſcio,nam Florentinam vulgatámque lectionem ita ſuſtinere poſſumus,vt dicamus à re priuata, id eſt ſi non ſpectet priuatorum vtilitatem.

Verſ. Ante omnia.

¶ Pactum factum in vna re , non porrígitur ad aliam , adde Dec.*conſ.*360. *præſeruatus, & conſ.625.viſum ad finem.*

¶ Pactũ plurimũ reſpectu tertij nõ nocet, quo ad ipſos plures.Dec.*cõſ.374.in caſu propo.*

¶ In materia, vide trad.per docto.*ad* l.*ſi omnes.*§.*Criſogenus*, *D. de verb. oblig. & ad* l.1.*C. de tranſac.*Socin Iun.*conſ.6.viſo punct.col* 7.

§.ſi cum decem.5.

Repetitionum 6.*fol* 189.*nu.*11.*& ſeq.*

Minor ſumma ineſt maiori.

§. item ſi pactus.8.

Qui promiſit non petere totum , remouetur à petitione cuiuſlibet partis eius.

§. Si acceptilatio.9.

Inutilis acceptilatio valet vt pactũ ſimplex

Digitized by Google

hoc eſt, paria ſunt inutilis acceptilatio & pactum ſimplex, in contrarium facit *l.* 8. *D. de acceptilat.* vbi dicam.

§. Seruus hæredi. 10.

Vide Forcat. *dial.* 5. *num.* 3. Molineum *ad* l. 1. §. *ſi quis num.* 40. *D. de verb. oblig.*

l. Contra. 28.

Pupillus paciſcendo cõditionem ſuam deteriorem facere non poteſt, ſed meliorẽ: pupillus enim non poteſt, ſibi pręiudicare, ſine tutoris auctoritate.

Tractatuum 9. *fol.* 151. *nu.* 18.

§. Si curator furioſi. 1.

Curator paciſci poteſt pro domino, nõ autem contra dominum.

§. Si filius. 2.

Paciſci non poteſt filius in præiudicium patris, ſuper iure acquiſito, niſi ex iuſta cauſa. in acquirendis autem paciſci poteſt.

l. In perſona. 30.

Pro intellectu huius legis, vide Duare. *lib.* 2. *diſput. cap.* 11.

¶ Nota autem ex hac lege, quod filius concordiam facere non poteſt, de iniuria ſibi facta in præiudicium patris, imò vero pater remiſſionẽ facere poteſt de iniuria facta filio, qua de re vide Bald. *in* l. *ſed ſi vnus* §. *filio. D. de iniur.*

§. Qui pecuniam. 1.

Cuiac. *lib.* 8. *obſ. cap.* 11.

l. Paciſci. 31.

Per pactum poteſt quis legis beneficio derogare: ſed nõ ipſi legi, hoc eſt, derogare poteſt ſui vtilitati: ſed non legis authoritati.

¶ Quomodo autem intelligatur, quod pacta contra legem non valeant, vide Bart. *in* l. *pacta quæ contra. C. de pactis.*

l. Quod dictum. 32.

Hoc vult hęc lex quod ceſſante ratione legis, ceſſet & ipſa lex: vide quod notat Decius *in* l. *ex hoc iure. D. de iuſt. & iur.* & Angel hic.

l. Auus neptis. 33.

Cuiac. 10. *obſ.* 29. Exceptio pacti conferri poſſit, & acquiri, ita tantum vni ex pluribus heredibus, declarat hic iuriſconſultus, quod repetitur *in* l. *auus. ſ. de pactis dotalibus*, quæ ex hac lege emendanda eſt.

l. Ius adgnationis. 34.

Cotta *in voce liberum.*

¶ Vult autem hæc lex, quod agnationis ius pacto repudiari nõ poteſt, hoc eſt ius naturale, quod ex inſtinctu naturæ introductũ eſt, per pactum tolli non poteſt.

l. Tres fratres. 35.

Generalis remiſſio reſtriguitur, ne dolus alicui patrocinetur.

¶ Marc. Mant. *ſing.* 642. *fol.* 942.

Vide Iaſ. *in* l. *qui Romæ* §. *duo fratres. in* 9. *coll. poſt med. num.* 32. *D. de verb. oblig.* vide Bald. *in tract. de duob. fratribus.* qui ponitur inter tractatus Bart. *in* 2. *quæſt. in* 5. *volum.*

Vide Bart. *in* l. 5. §. *ſtipul. de verb. obl. in fi.* vide Alex. *in loco vbi ſup.* Iaſ. *in* 1. *coll.*

¶ An & quis fratrũ appellatione cõtineatur, vide Bald. hic, & Paul. de Caſtr. *conſ* 358. *l. Lucius* §. *quæſitũ. D. de leg.* 3. *l Lucius* §. *Mæuia*, vbi gloſſ. & Bart. & l. *fi. vbi gloſſa. D. ad Trebel.* & quod fratris appellatione ſoror contineatur, declarant ſupradicti textus. quod tamen verum eſt, in conſuetudinibus, ſtatutis, priuilegiis, contractibus, & omnibus diſpoſitionibus humanis, idque propter arctiſſimum nexum, ſanguinis & affinitatis, niſi materia ſubiecta, aut ſermo aliud exigat. Bart. *conſ.* 119.

l. Si cum fundum. 36.

In hanc legem Couarruuias *li.* 1. *variar. reſolut. cap* 14.

¶ Huius autem legis quæſtio eſt, an in pacto quod tendit ad liberandum locum habeat pœnitẽtia, & ad hoc hæc lex ſingularis.

Repetitionum 1. *fol.* 409. *num.* 106.

l. Imperatores. 37.

Reipublicæ adminiſtratores, quem liberare pacto gratuito nõ poſſunt, conſtitutione imperatorum Antonini & Veri.

l. Ius publicum. 38.

Vide Cuiac. *lib.* 21. *obſ.* 29. continetur autem hac lege regula quæ fixa memoriæ noſtræ inhęrere debet. quod ſcilicet publicum ius priuatorum pactis mutari non poſſit.

l. Veteribus. 39.

Ad intellectum huius legis Duaren. *de pactis. fol.* 36. & Forne. *ſelect. lib.* 2. *cap.* 18. Ex profeſſo ſcripſit ad hanc legem elegantem libellum Petrus Martreſius editum Pariſiis, anno 1551. Cuiac. 1. *obſ.* 10. Declara autẽ, vt per Alciat. *in* l. *nepos proculo. in gloſſ. in verb. in id. D. de verb. ſignif.* & ibi Bart. *in l.* 1. & 2. *D. locati.*

¶ Ambiguam conuentionem interpretamur contra proferentẽ, vide ad declarationem huius legis quando aliquid dicatur eſſe obſcurum, Alexand. *conſ.* 11. *Viſo. col. fin. vol.* 2. Dec. *ad reg. ſemper in obſcu. ad fin. D. de reg. iur.* & ibi Cagno. *num.* 16. *vbi exornat.* Idẽ Decius *ad l. in contrahẽdo n.* 2. *de reg. iur. & in conſ.* 101. & 41. Iaſon. *ad l ſtipulatio iſta.* §. *in ſtipulatio. n.* 3. *D. de verb. oblig.*

¶ Limita hoc non procedere in mandatis, quia tunc ſecundum mentẽ mandãtis fit interpretatio, vt not. gloſ. *ad c. petitur. de procur.*

Secundo limita quando vtitur aliquo termino

Digitized by Google

mino certo frequentioris vſus, Gerard.*ſing. 97.limit.* vbi ratione colligitur cõtraria mẽs Dec.*dicto conſ. 1. aliàs limitat.* vide per Iaſ. *vbi ſup.& in conſ.39.tota.lib.1.* Corn.*conſ.116. col.2.verſi.facit & quinto.lib.1.*Bellon.*conſ.80. nu.10.*Rimi.*ad prin Inſtit. de donation.nu.450. & 675.*Alciat *ad l.nepos proculo.D. de verb.oblig.*Cæp.*ad Rub.D.de verb.oblig.nu.152.*

Limita hanc legem procedere in contractib. Bar.*ad l.librorũ.coll.5. de verb.ſign.* Niger *in repet.ad Rub.D.de leg.1.nu.43* limit. vt non procedat quando qualitas aut natura actus, aliud ſuaderet.Crau.*in rep.ad Rub. de leg. 1.n. 132.*

¶An & quę ſit differentia inter obſcuritatem & ambiguitatem,declarat hic Bart.

Placet pactionem obſcuram. ¶ Coniunge *l.ſi quis intentione. D.de iudic.l.ſi emptione.D.de contrah.empt.l.eum qui.D. de verb.oblig.* Cuia. 1.*obſ.cap.10.*

l.Tale pactum.40.

In hanc legem Cuiac.18.*obſ 2.* hoc autem vult hæc lex,quod cõfeſſio ſine cauſa,etiam extra iudiciũ ad liberandũ,diſpoſitionẽ inducit: proponit autem Papinianus,exemplum pacti in rem, quod vocat generale pactum, quod non coarctatur perſona paciſcentium.

¶An confeſſio cauſa donationis exigat inſinuationem,declarat hic Bald

Profiteor. ¶ Profiteor,plus eſt quàm confiteor, Cicero pro M. Marcello,hic ego,inquit, non ſolum confiteor,ſed etiam profiteor.idem in oratione pro Cecinna.Ita cõfitetur,vt non ſolum fateri,ſed etiam profiteri videatur: de confeſſione igitur fruſtra hic diſputant interpretes,quoniam profeſſio plus eſt,quàm confeſſio.

§.Qui prouocauit.1.

Vide in hunc locum Cuiacium 20.*obſ 36.* Hieron.Ver.*ad Rub.de ver.oblig.n.*184.Iacob. Nig *ad l.1.nu 94.eo.tit.de verb.oblig* eſt & repet.Ang.de peruſio,*ſuper hoc §.f.48. nu. 18.& 187.repet.vlt fol.166.num 44.repetit.*

Ad Gloſſam magnam hic in verbo ſequitur vbicumque fuerit, vide Iaſon.*ad l.ſi conuenerit,in fin.D.de re iud.* optimè hanc legem repetiit Bald.hic.

§.Poſt diuiſionem.2.

Pro intellectu huius §. vide Commen. *in conſ.8.incip.duo erant ſocij,ante finem.*

§.Pater qui.3.

Molineus de donationibus factis,videlicet confirmatis in contract.matrim.num. 6.

Ad hunc textum,& ad gloſſam finalem. in fin.vide Tiraq.*ad l.ſi vnquam.C.de reuoc.don. in præfat.nu.56.*Claud. de Seiſel.*ad l.Gallus.§. & quid ſi tantum. D. de lib.& poſth.col.1.in fin.*

Soc.Iun.*conſ.128 n.87.lib.1.* Natta Aſten.*ad l. hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C. de teſtam n. nu.*209.Fab.Acoramb.*ad l. hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell.num.39.*faciunt quæ a do infra *ad l.quidam cum teſtament.C.de poſthu.hæred.inſtit.*

¶Circa regulam huius §. quod ſcilicet ſtatutum in vno caſu, intelligatur ſtatutum in alio,in quo veriſimiliter ſtatuẽtes,idem ſtatuiſſent,ſi fuiſſent interrogati, vide Ang. *in conſ.24.in 4.vol. & conſ.54.* vide etiam Iaſon. *in l. Barbarius.ff.de offic.prator.*

l.Intra illum diem.41.

Alias hæc lex incipit ſi intra diem.

Pactũ de liberãdo in futurũ producit exceptionẽ in præſenti.vt hic not.Bart.& Ang.

l.Inter debitorem.42.

Vide illam legem allegatam per Felinum, *in c.cum ex officij,extr.de preſcrip.*

l.In emptionibus.43.

Ad faciliorem huius legis intellectum,Vide Cuiac.*lib 2 obſ.cap.24.* In hac autem lege Florẽtini ita ſcriptum habent & perperam. In emptionibus ſcimus, quid præſtare debitor debeat,vulgo rectius quid præſtare venditor debeat, quaſi diceret hic Iuriſconſultus, ſcimus quid debeat præſtare venditor quidq. emptor viciſſim:ſed ſi quid in contrahendo exceptũ fuerit pacto conuento ex his quæ iure venditi,& empti cõtinentur, id inquit ſeruari debet, Vlpian. *in l contractus.23. ff.de reg.iur* id ſeruatur,inquit, quod ab initio conuenit,legẽ enim contractus dedit,ſi quid exceptum fuerit. qua ratione forte etiã hæc pacta dicuntur exceptiones *in l.iuriſgentium. §.adeo.ff.h.t.* vt autem in Florentinis perperam hoc loco ſcriptum eſt, Debitor pro vẽditor,ita contraria ratione *in l.ſi quis dolo.§. 1.ff.de re iud.*venditor pro debitore ſimiliter malè in Florentinis *in l 18. de furtis.* cum debitore,& vulgo rectius cum emptore.

l.Cum in eo.44.

Corraſius *lib.4.miſcell.c.4.* Ad hoc allegatur quotidie hæc lex quod ſcilicet in eo qđ quis æquum putat in perſona aliorũ,in perſona propria,id etiam obſeruare debeat.

¶An creditor,vel debitor poſſit eſſe teſtamentarius tutor: An filius creditor patris poſſit eſſe curator,vide Bald.hic, & Roman. *ſing.585.*

l.Diuiſionis.45.

Hæc lex vult,quod ex nudo pacto diuiſionis non oritur actio,& in hoc eſt ſingularis.

l.Pactum inter.46.

Contrahentes omnes renuntiare poſſunt iuribus pro ſe introductis, vnde notatur re-

Digitized by Google

nuntiare reſtitutioni in integrum minorem non poſſe,& poſt Bal. tradit Menoch. 2. *de arbit. iud. caſ.* 263.

l. Emptor prædij. 47.

Molineus *ad Rub. de verb. oblig. num.* 86.

Emptor prædij. Contractus qui ſolo conſenſu perficitur, etiam ſolo conſenſu diſſoluitur re integra, *l. ſicut. C. de action. & oblig. l. nihil tam naturale. D. de reg. iur.* facit *ext. ca. 2. de ſponſal.* *Repetitionum* 6. *f.* 70. *nu.* 149.

§. Lucius Titius. 1.

Clauſula generalis per præcedẽtia reſtringitur ad ea ad quæ præcedentia adaptantur, vide Franc. Are. *in l. qui Romæ. ff. de verb. oblig.*

l. In traditionibus. 48.

In hanc legem ſcripſit Ioan. Robert. *libro 3. recept. ſent. cap.* 24.

¶ Pactum in rei traditione appoſitum, valet & veſtitur cohęrẽtia traditionis, concordat textus *in l. legem Cod. eo. & in l. rebus. ff. de rer. permut.* per Bar. & alios *in l. ſi intra ſup. eo.*

Ad gloſſ. ibi, vide quæ dicit Dec. poſt Soc. *in l. ſingularia in 2. not. ſi cer. pet.*

l. Si quis crediderit. 49.

Pactum ne quis conueniatur, vltra quàm facere poſſit, etiam ſi alias teneretur inſolidum valet, coniunge, *l. 2. D. ſolut. matrim. & l. 8. D. de reg. iur.*

l. Non impoſſibile. 50.

Coniunge, *l. ſi ita quis 31 ff. de euict.* quæ eſt eiuſdẽ inſcriptionis, *l. 15. D. de præd. vrba. l. 16. D. de verb. obl.* l. 174. *D. de ver. ſig. l. 32 ff. de reg. iur.* hoc autẽ innuit hæc lex, quod quæ fiunt per legẽ, per pactum fieri poſſunt. adde *l. domini. C. de agric. & cenſit.* contra etiã lege fieri poteſt quod pacto poteſt, *l. vlt. C. de fideiuſſ. dot. l. nam ſatis. §. & ſi. ff. quemad. ſeruit. amitt.*

l. Si cum te. 51.

Pactum per errorem factum, cauſæ actionem in effectu non perimit.

Debeo paciſci. Verbum hoc Debere ſuperuacuum eſſe quidam putant.

l. Epiſtola. 52.

Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. caſ.* 94. An autem per epiſtolam quæratur alicui ius ſuccedendi huius legis quæſtio eſt, & de intellectu huius legis vide Innoc. *in l. ex hac ſcriptura, circa fin ff. de donation.*

§. ſi inter debitorem. 1.

Hoc innuit hic. §. quod pactum ſimplex ſeruari debeat etiam ab hærede.

§. De inofficioſo. 3.

Quod pactum perſonale, non etiam extendatur ad hæredem nota ex hoc §.

l. Sumptus. 53.

Hanc legem optimè emendat Anton. Auguſt. *lib. 4. emend. ca.* 12. & ad eius intellectum hic vide D. Gothof. hic.

l. ſi pactus. 54.

Non eſt in mora qui poteſt legitima exceptione ſe tueri.

l. ſi debitor. 55.

Fructuarius ſeruus acquirit fructuario exceptionem, & replicationem, & ad hoc allegatur quotidie hæc lex.

l. Ab emptione. 58.

Tractat hæc lex de reſolutione cõtractuũ.

Contractus qui ſolo conſenſu celebrãtur, ſolo conſenſu diſſoluuntur re integra, non niſi actus retro ſimilis interceſſerit: circa hãc materiam vide Crauett. *conſ.* 83. *num* 1.

An conſenſus eius, qui requiritur in contractu, requiratur & in diſtractu, vide Affict. *deciſ.* 214.

¶ An per conſtitutum creditor liberetur à traditione poſſeſſionis, latè per Guid. Pap. *deciſ.* 101. & 109. Iaſ. *ad §. actionum num.* 145. *Inſt. de action.* & latè per Tiraquell. *in tract. de iure conſt. poſſ. num. 7. & ſeq. 1. part.*

l. Per quos. 59.

Qui ius ac poteſtatẽ habet adquirendi alteri per ſtipulationem: ita etiam poteſtatẽ habet adquirendi alteri per pactũ: ita & colligere hanc regulam poſſumus, quod qui ſtipulari nobis poteſt idem poſſit, & paciſci.

l. Nemo paciſcendo. 61.

In hanc legem Ioan. Robert. *d. ca.* 24. Forcat. *in Cupid. iuriſper. cap.* 13. nota autem hic, quod pactum de non alienando rem propriam non valet.

l. Si reus. 62.

Pactum non valet, ſi paciſcar tecũ ne vendam fundum meum, vel ne faciam locum meum religioſum, vel quocumque alio modo paciſcar, adde Roman *ſing.* 183.

Extorqueri nõ poſſe. Immò poſſe, aiunt alij, iuxta *l. 27. § pactus. ſup. eod.* ſed huius argumenti ſolutio facilis eſt, dicemus etenim cũ reus ſolus pactus eſt, vt petere liceat vtilitatem prioris pacti ſemel quæſitã fideiuſſori non auferri: vt hic quod ſi ipſi quoq. fideiuſſor factus ſit eius exceptio explicatione doli eliditur, quo in caſu loquitur, *d. l.* 27.

¶ Quod pactum ex negligentia principalis non noceat fideiuſſori, cui iam erat quæſita deffenſio, vide hic Bart. *in l. item quæritur. §. qui impleto. D. loc.*

¶ Circa regulam huius legis, vide Iaſon. *in l. 3. § ſi is pro quo. ff. quod quiſq. iur.* Dec. *conſ.* 92.

Tit. 15. De tranſactio.

Ferretus

Ferretus ſcripſit in hunc titulum, vſque ad l. 9. Cuiacius ad totum, multa tradit Loriott. *in tract. de pact.* & Prateius *lib. 2. catapodiſm.*

¶De ſignificatione verbi tranſactionis, vide repetitionem Dom. Del Rio, *in l. tranſige re C. de tranſ.*

l. Qui tranſit. 1.

Lite incerta neque finita. Ideo hæc addidit Iuriſcõſultus, quoniam lis quandiu pendet, facit rem dubiam, atque incertã, & præterea euẽtus litis & iudiciorũ incertus eſt, *l. quod debetur. D. de proc.* vnde ſuper eo quod in quæſtione vertitur, fieri poteſt tranſactio & ideo dicitur lite nondum finita. nam ſi iudicatum eſſet, nec appellari poſſet nec aliquo remedio ſententia retractari: ita quod de ſentẽtia nõ dubitaretur, certè trãſactio non valeret. Verũ quod trãſactio de conſenſu partium, poſſit fieri de re certa, vide Bar. *in l. quid tamẽ D. de arbit.* & an trãſactio fieri poſſit ſuper re certa. Rom. *conſ.* 462. & an ſi tranſactio non valeat, vt tranſactio valeat, vt pactum, vide Ang. *conſ.* 94.

l. Tranſactum. 2.

Ad intellectum huius legis faciũt, quæ notat Petrus Fab. 1. S*emeſt.* 14. nota autem hic, quod duobus modis ſit tranſactio, per Aquilianam ſtipulationem, vel ſine Aquiliana ſtipulatione, & limita hanc legem, vt per Iaſonem *in l.* 1 *C. eod.*

l. Imperatores. 3.

¶Huius legis quæſtio eſt, an tranſactio facta inter hæredem ſcriptum, & legitimum, præiudicet legatariis, qui in agẽdo ſcriptum hæredem conuenerunt, & recte dicit I. C. nõ nocere, nec præiudicare.

¶ An tranſactio & compromiſſum æquiparentur, vide hic Bald.

§. Cum tranſactio. 1.

Ad §. hunc ſcripſit Cuiac. *lib.* 10. *obſeruation. cap.* 30 & Labithus *in vſu indicus ſui fol.* 6. hoc autem vult, quod tranſactio nõ porrigatur, ad codicillos poſtea repertos.

¶Codicilli reperti ſũt. Nota hic quod trãſactio, licet generalis, non porrigit ad codicillos poſtea repertos.

§. Debitor. 2.

¶ Tranſactio facta cum putatiuo hærede, non porrigitur ad hæredem.

l. Aquiliana ſtipulatio. 4.

Obligationes omnes per Aquilianam ſtipulationẽ tolli, ſi hic actum ſit, declarat hic Iuriſconſultus: ſed in dubio non tolluntur, niſi illæ, de quibus cogitatum eſt.

l. Cum Aquiliana. 5.

An iuramẽtum extendatur ad incognita, vid. *cap. veniens. & ibi gloſſ. ex. de iureiur.* Hæc autem lex in hoc notanda eſt, quod vult verba reſtringi ad cogitatum: hoc eſt generalis tranſactio non extenditur ad ea de quibus non eſt cogitatum, expreſſe vel tacite, vt hic & l. *qui cum tutoris in fi. §. ex c. dilecti. D. de maior. & obed. cap. ex multiplici, ex. de deci. c. audita, ex. de reſtit ſpoliat. cap. veniens. ca. clericus, ibi gloſſa ex. de iureiur. ca. ſuper eo. D. de offi. deleg.*

Liberalitatem enim captioſam.

¶ Nam ſi lites de quibus nõ eſt cogitatum, remitterẽtur, nullo accepto, liberalitas eſſet eaque captioſa. quia verba volũtati anteponimus. *arg. l. contra legem cum ſeq. D. de legib.* non eſt autem æquũ id auferri, de quo cogitatum non eſt, vide hic Ferretum & Prateium *lib.* 2. *Catapod.*

l. De his. 6.

Ad hanc legem faciunt. Labith. *l. lib. fol.* 7. Menoch. *de adipiſc. poſſ. rem.* 4 *num.* 109. Guterius 3. *parte. reſolut. ca.* 2. Cuiac. *lib.* 3. *obſeruat. cap.* 7.

Super dependẽtibus ex vltima voluntate non poteſt trãſigi, niſi veritate reperta per inſpectionẽ vel cognitionẽ vltimæ voluntatis Socin. Iun. *conſ.* 116. *n.* 66. & 74. *l. b.* 1, & *conſ.* 129. *nu.* 33. 35. 56. & 63. *eod. lib.* 1. & vltra dicta hic per Bar. adde quod habet locum in omnibus conuentionibus, Alex. *conſ.* 114. *n.* 10. *lib.* 7. & procedit etiam ſi eius beneficio cum iuramento renũtiatum ſit, Pariſ. *conſ.* 12. *tranſactio. num.* 81. *lib.* 2. Natta *conſ.* 245 *nu* 6. & nouiſſi. per Cachera. *deci.* 112. *nu.* 2 6. 8 10. & 13. vbi non habeat locum in teſtamento nuncupatiuo, fallit in hæredibus tranſigentibus ſuper contentis in teſtamento, Iaſo. *ad l. ſi cum te. num.* 2. *D. de pact.* Iuramento autem renũtiari poteſt, Dec. *conſ.* 345. *viſis. coll.* 3. & *conſ.* 630. *in cauſa circa finem.*

¶Ad hũc textum quomodo procedat, Soc. Iun. *conſ* 98. *num.* 11. & 15. *l. b.* 2. Pariſ. *conſ.* 15. *n.* 77. *li.* 2. Gerad. Mazzol. *inter cõſ.* Soc. Iun. *conſ.* 144. *num.* 35. *volum.* 3.

l. Et poſt rem. 7.

Tranſigi poteſt, ſi de viribus ſententiæ dubitetur, & ad hoc allegatur ſemper hęc lex.

§. Si fideiuſſor. 1.

Colligitur regula ex hoc §. quod deſtructo fundamẽto, deſtruitur etiam quidquid ex eo dependet.

§. Vſque adeo. 2.

Solutum ex cauſa tranſactionis inualidæ in debiti ſolutionem conuertitur.

l. Cum hi. 8.

In hanc legem Forcat. *in penu iur. ca.* 18. Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2. *caſ.* 170. Briſſon. *lib.* 1. *ſelect. cap.* 16. Ponitur autem hic conſtitutio

Digitized by Google

imperatoris, qua cauetur, ne poſſit tranſigi ſuper alimẽtis futuris, ſine licentia, & authoritate imperatoris.

§. Eiuſdem. 1.

Ioan. Robert. *lib. 4. recept. 5. cap. 19.*

§. Hæc oratio. 2.

Dicitur hic, quod quocumque modo, alimenta alicui relinquantur, tranſigi non poteſt ſine prætore.

Vel codicillis fuerit relicta. Vt voluntas teſtatorum ſeruetur, quem veriſſimile eſt legatario conſultum voluiſſe, quæ ratio ceſſat in his, quæ ex contractu debentur. nam obligatio ex conſenſu contrahentium orta eorundem conſenſu rectiſſime diſſoluitur, *l. prout. D. de ſolut. l. nih. l. tam naturale. D. de reg. iur.*

§. Siue igitur in. 3.

In quocumque tempore relinquantur alimenta, tranſigi non poterit ſine authoritate & iuſſu prætoris.

§. Sed & ſi. 5.

Quoniam ſuperioribus. §§. dictum fuit, quod alimentarius trãſigere non poſſit ſine prætore, illud verũ non ait eſſe, quando ſperamus alimentarium deteriorem ſuam cõditionem facturum. Si autem meliorem faciat alimẽtarius tranſigere poterit, qualiter autem conditionem ſuam meliorem facere poſſit, declara vt in textu:

§. Eam tranſactionem. 6.

Idẽ repetit hic §. quod ſuperiori loco dixit.

¶ An tutor relictis filiis infantibus poſſit ſe immiſcere hęreditati paternę, an datus in teſtamento imperfecto, & confirmatus dicatur teſtamentarius. Bald. hic.

¶ Quia meliorem. Quod alimẽtarius ſine prætore poſſit meliorem ſuam conditionẽ facere, limita ſingulariter, vt per Bart. *in §. ſi prætor. j. ead. l.*

§. Nihil autem. 7.

Alimentarius tranſigere poteſt, ſiue ſit libertinus, ſiue ingenuus, ſiue ſit pauper, ſiue diues.

§. Vult igitur oratio. 8.

¶ Prætor inquirere debet cauſam, propter quam quis tranſigere velit, qua de re ponuntur hic exempla plura.

¶ Quando alimenta relinquũtur, vtrum debeat fieri ſolutio, ſemel pro toto anno, an in ſingulis menſibus, vel qualiter, quærit hic Bart.

§. In cauſa. 9.

Prætor in primis inquirere debet, quæ cauſa ſit tranſigendi, nemo enim ſine cauſa tranſigere poteſt.

§. Modus. 10.

Præterea prætor inquiret, quantum velit dare hæres ipſi alimẽtario, plus enim iuueni quàm ſeni dandum eſt, quo loco obiter notabis, quod in alimentis attẽditur ætas alimentarij.

§. Sed & perſonarum. 11.

In hunc §. vide Cuiacium *obſ. 1. cap. 3.* Duaren. *2. diſp. 31.* Forner. *1. ſelect. cap. 5.*

¶ An autẽ hic ſequioris, an ſegnitioris legendum ſit, non ſatis conſtat. Verum Muretus *in annot. in Terentium.* Sequius (ait) idem valere quod minus bene. Liuius *lib. 2.* Inuitꝰ quod ſequius ſit de meis ciuibꝰ loquor. Afranius *ap. ad Cariſium.* Si id quod nõ ſpero ratio talis ſequius ceciderit, vnde ſequior pro deterior, quæ vox apud Apuleium Ammianũ, & alios inuenitur, vnde ſit vt aſſẽtiar Budęo, Alciato, & Cuiacio, *lib. 1. obſer. cap. 3.* ſequioris retinentibus licet Duare. *lib. 2. diſput cap. 31.* Segnioris &c. ſecundum Alciatum *in lib. 4. de ver. ſign. in pen. coll. in prin. quæ per* I. C. debet intelligi de his qui ſibiipſis alimenta ſuppeditare nequeunt. ſed de alienis laboribus pendent. Illud quod ſolet dici *per § ſi prætor.* Limitta vt per Alex. *in Auth. ex cauſa in §. coll. circa med. C. de lib. præterit.*

§. Qui tranſigit. 12.

Tranſactio alimentorum facta ſimpliciter non porrigitur ad habitationem & veſtiarium.

§. Sed & ſi quis. 13.

Is qui de alimentis tranſigit, non cogetur de habitatione, vel cæteris inuitus tranſigire.

§. De calciario. 12.

De calciario, itidem arbitrio pręetoris trãſigendum eſt.

§. Si vni. 15.

Quod Prætoris authoritas requiratur in alienatione, vel diuiſione fundi ob alimenta relicti, declarat hic §. qua de re vide Bar. *in l. qui Romæ §. duo fratres. in 10. q. D. de verb. oblig.*

§. Arbitratu. 16.

Tranſigere licet arbitratu prætoris, vel de vniuerſis alimentis, vel de parte eorum, totius etenim, & partis ratio eadem eſt.

§. Si prætor. 17.

Decretum ſine cauſę cognitione interpoſitum eſt ipſo iure nullum, & habetur pro omiſſo.

§. Tranſactiones. 19.

Alimentorum tranſactiones fieri poſſunt à procuratore Cæſaris, ſi à fiſco, ſcilicet petantur alimenta.

§. Si

Digitized by Google

§.Si cum his.20.

Tranſigi non poteſt inconſulto prętore de lite mota, ſuper alimentis.

§.Si in annos.23.

Tranſigere ſine prætore licet ſuper annuo legato dummodo relictum non fuerit contemplatione alimentorum.

l.Qui cum tutoribus.9.

Tranſactio quantumcumque generaliſſima, non obſtat agenti ex alia re, vel cauſa, quam illa ſuper qua eſt tranſactum.

Vide in hanc legem Petrum de Bella pertica.

Tranſactio non porrigitur ad ius, de nouo ab inteſtato proueniens ad gloſſ. 2. ibi actiuè & paſſiuè, adde Bald. *con*ſ. 79. *col.* 1. *lib.* 1. late Doct. *ad l. qui Rom . §. du fra* re*s. D. de verb. oblig.* vbi Iaſon. *nu* 5. *ad fin.* Alexand. *nu.* 35. *ante fin.* Crott. *num.* 30. *& ſequen.*

§.Tranſactio.1.

Tranſactio non porrigitur ad ea de quibus cogitatum non fuit, facit ad gloſſ. *in cap.* 1. *ext. eo. tit.*

§.Qui per fallaciam.2.

Quidam libri habent Fallaciam, hoc autem vult quod tranſactio non porrigitur ad ea quæ dolo alterius partis celantur.

§.Ei qui nondum.3.

Tranſactio generalis porrigitur ad ea de quibus actum eſſe per excipiẽtem probatur.

l.De re filiorum.10.

Nota in hac lege regulam, quod ſcilicet tranſanctio patris non nocet filio, & hac de re, vide Alex *conſ.* 314. *ante finem.*

l.Non eſt ferendus.12.

Tranſactio facta ſuper teſtamento refertur ad quamlibet partem teſtamenti, non autem ad codicillos poſtea repertos.

l.Nulli procuratorum.13.

Tranſigere nulli licet procuratorum principis inconſulto principe.

l.Controuerſia.14.

In hanc legem Math. *ſing.* 4. *fol.* 183.

l.Pacto conuento.15.

Quoniam ſolo pacto actio nõ tollitur, ideo pacto ſubiici poteſt Aquiliana ſtipulatio, & acceptilatio, ſic enim tollitur actio, l. 3. & l. 4. C. *de tranſac.* conſultius eſt etiam his omnibus addere pœnalem ſtipulationem, & ſi fortè quomodo pacti rũpatur fides ſuperſit petitio pœnæ, l. *vbi pactum. l. ſi quis maior. Cod. de tranſ. l. qui ſi fide ſupra eod.*

l.Qui fidem.16.

In hanc legem Gũterius *parte* 1. *reſolut. cap.* 60. *à num.* 2. facit ad hanc legem gloſſa *ſuper verbo*, Biennium *in cap. vlt. ex. de emp. & vend.*

l.Venditor.17.

Vide ad hanc legem quod notat Innoc. *in cap. cum inter R. ſeniorem de elect.*

LIBER III.

Tit.1. De poſtulando.

l.1.

An reſtitutio famæ peti poſſit per procuratorem, Bald. hic.

§.2.

An aduocatus literas ſcire debeat, vid Bart. *in l. ſtatutis. poſt gloſſ. de ſenten. ex* ... & Bart. *in l.* 1. §. *aduocatos. D. de va*... *& extraor. cogn.* vbi annotabis quod aduocatus illiteratus eſſe poteſt, dummodo conſuetudinem & peritiam aduocandi nouerit.

§.Initium.3.

Doctor quis eſſe poteſt. 17. anno. de quo vide Bart. & Alexan. hic hoc autem innuit hic quod minor 17. annis, vel ſurdus, non poteſt pro ſe, vel pro alio poſtulare.

An annus cœptus, hic habeatur pro completo, vide hic D. Gothofre minor 25. annis non eſt idoneus deffenſor

§.Ait prætor.4.

Prætor dat non inuenienti aduocatum, & ad hoc eſt notandus hic §.

§.Secundo loco.5.

De *Carſania*, vide Alciat *lib.* 2. *parerg. cap.* 37. Alij *Afrania*: idem tradit Tiraquellus *de legibus connubialibus* ex Valer. Maxim. *lib.* 8. *c.* 3 & P. Faber. *ad l. fœmina.* 2. D. *de reg. iur. pag.* 14. Coruiſius *lib.* 4. *miſcell. ca.* 1. Ioan Rober. *lib.* 3. *recept. ſentent. cap.* 23. Curſius Burgenſ. *li.* ... *ad fratrem ca.* 40. Declarantur autem hoc §. hi qui per ſe poſtulare poſſunt licet, non pro alijs.

In hunc §. Verſ. caſum. Duar. *lib.* 1. *diſput. cap.* 23. Briſſon. *lib.* 3. *ſelect. ca.* 14. & 15.

§.Remouet autem.6.

Tractat. 4. *folio* 191. *num.* 9.

§.De qua autem 10.

An populus per ſtatutum poſſit quem reſtituere famæ, vide hic Bart. & *in l. ſi.* §. *ſi.* C. *de ſenten. paſſ.*

l.Cui eorum.3.

An infamis poſſit eſſe tutor, quęrit hic Bar.

Digitized by Google

tutelarum genera, quot & quæ, *Bald. hic.*

§. Adfinitates.1.

Affinitates quomodo accipere debeamus, declarat hoc §. Vlpianus, nõ enim intelligũtur ex, quę quondam fuerunt, ſed pręſentes. §. *affinitatis. Inſtit. de nuptiis.* Affinitas enim non intelligitur, niſi donec durat matrimonium. Bald. *in fin. in prin. D. de verb. ſignif.*

§. item Pomponius.2.

Mutum accipe eum qui intellectu prorſus caret, mutus enim intelligens, non omnia agere poteſt.

An mutus & ſurdus ſemper egeant curatore, vide hic apud Bart. Quid in mente capto & fatuo, vide Bartol. *in l. Furioſi. C. de nuptiis.*

l. Puto autem.6.

Rati one officij neceſſarij, licet aliquid, quod alias non liceret. vide Innocent. *in cap. cum bona. ex. de æta. & qualit.*

§. Si quis aduocationem.1.

Ex quibus cauſis aduocationibus interdicẽdum, vide Socratem *apud Ariſtot. libro 7. Hecatonomiarum.*

¶An prohibitio, in dubio cenſeatur perpetua, vide hic Bald.

l. Quos prohibet.7.

Eos patiatur poſtulare. Si confirmanda electio à ſuperiore eſt, ſuperior poteſt ex officio inquirere de modo, & forma electionis, & de moribus electi, & ſententia: licet electo nihil obiiciatur. Gloſſ. *ſup. verbo ex officio, in cap. cùm nobis. ex. de electio.*

l. Imperator Titius.8.

Ad hoc allegatur hæc lex, quod prohibitum ad tempus, poſt tempus videtur eſſe permiſſum.

l. Ex ea cauſa.9.

¶Alciatus *lib. 8. parerg. cap. 20.* Inter genera pœnarum hoc quoque receptum eſt, & ex cauſa calumniæ aduocationibus, & poſtulationibus interdici, id eſt vt prohibeatur calumniator pro aliis poſtulare, & adeſſe litigatoribus *l. moris. D. de pœn.* quod eſt ſilentiũ irrogare aduocato, *in l. 8 hoc tit. pœna ſilentij.*

¶De prouinciis eiuſdem nominis, vide Alciat. *d. loco.*

Titul. 2. De his qui notantur infamia.

Ad hunc Titulum ſcripſit Chriſtophorus Hegendorphinus.

¶Continetur hoc titulo infamiarum enumeratio, quo obiter notabis, quod infamis generaliter dicitur is, quem vel S.C. vel decretum principis, vel edictum prætoris ex cauſa aliqua turpi notauit, vt ignominioſum.

¶Hoc autem vocabulo promiſcuè Iuriſconſulti vtuntur pro ignominia, l *pen. §. pen. D. de var. & ex. cog.* hócque vocabulo Cicero ſæpiſſimè vſus eſt, vt in *lib. 2. de finib.* De infamia facti, & iuris, paſſim in hoc titu. dicem⁹.

¶An iure canonico crimen omne infamet, vide Bart. *in tract. differentiarum inter ius ciuile & canonicum:* An & quando actio iniuriarum infametj, vide Fel. *in cap. cum te. ex. de re iud.* An & quando periurus ſit infamis, Felin. latè *in cap. teſtimonium. ex. de teſtib.*

l. Prætoris verba.1.

Ad intellectum huius legis, vide Loriottum *de exiſtima io. axiom. 4.* Mercerium *lib. 2. opinio. cap. 20.* Corraſ. *lib. 1. miſcell. cap. 19.* Ariſtot. *problem. 29. parte. problem. 2.* Vide Alciat. *libr. 2. parerg. cap. 30.* Molinc. *ad princip. leg. 2. de verb. obligationibus, numero 70.*

¶An condemnatus condictione furtiua ſit infamis: An infames dicantur capite minui, vide hic Bart.

l. Quod ait prætor.2.

In hanc legem Briſſonius *lib. 2. ſelect. cap. 5.*

§. Exercitum.1.

Hotom. *lib. 7. obſer. capit. 16.*

§. Ignominiæ.2.

Pet. Faber. *infra Semeſt. 17.*

¶Ad hunc locum vide Ant. Aug. *libro ſing. ad Modeſtinum cap. 8.*

¶Paria ſunt aliquem grauari facto, & per miſericordiam, concordat text. *in l. ſi quis pro uocatio. D. de appellat.*

¶Auctorare idem eſt quod obligare, & auctorati milites dicuntur ſacramento adſtricti, & quaſi obærati: hoc eſt ære ſtipendiario obſtricti, ac iam non ſui arbitrij, cuius exempla multa apud Liuium. & alios Cicero *primo officio.* Tranquillus *in Tyber. ca. 7.* Inde exauctorare, quod eſt auctoratum, & adſtrictum dimittere, & abire ſinere, & ſuo arbitrio reddere. Liuius *li. 8. li. 6. de bello* Macedonico. Lampridius *in Alex.* Herodianus *lib. 2.* Tranquillus *in Auguſto*: hinc exauctoratæ legiones. qua de re Lampridius *in Alexand.*

§. Miles qui.3.

¶An condemnatus de adulterio puniatur capite, vide hic Bart.

l. Qui autem.3.

In hanc legem Marcus Vertranius. *De iure liberorum. cap. 11.*

l. Athletas.4.

De vocabulis in hac lege occurrẽtibus Alc. *lib. 2.*

Digitized by Google

lib.2 praeterm.& 6.parerg.c 5.& meliùs Budęus hic,peius autem Alex.ab Alex.*libro Genialiũ dierum.*Optime de nonnullis, Cotta *in voce xyſtici*, & in voce *deſignatores.* Corraſ.*libro 4. Miſcel.ca.24* Briſſon.*lib.1.ſelect.c.10.* Ræuard. *lib.5.varior.cap.10.*

Agitatores & pantomimi quæ perſonæ ſunt,vide Pet Fab.*1.ſemeſtr.10.*

¶Xyſtici erant Athletæ qui in ampla porticu,per hyberna tempora ſub tecto exercebantur, teſte Vitruuio, & Cœlio Rodigino *lib.11.cap.52.*

§.Deſignatores.1.

Brabeutæ erant qui Gymnicis agonibus præerant,qui diſtribuebant ſymbola,&præmia victoriæ.

§.Pomponius.3.

An leno puniatur grauiùs, quàm meretrix,vide hic D.Gothof.

§.Calumniator.4.

Loriottus *in extiſtimat.axiom.4.*

¶An &quis dicatur calumniator,ſiue prępuaricator:An & quæ ſit pœna calumniæ: An eo ipſo, quod quis non probat præſumatur calumniator,vide hic Bart. *& conſ.1.quæm.§. notandum 2.q.3.* An & quomodo infamia probetur,vide hic Bald.

§.Item ſi qui.5.

¶ Si quis condemnatus ſit de furto,quod in veritate non fecit, an ſit infamis.Bartolus hic.

¶An ſit licitum dare pecuniam pro pace, vide hic Ang. & Bald.*in l.non intereſt.Co.quod met.cau.& in l.ſi.C.de condict. ob turp.cau.*

l.Quoniam confiteri.5.

Crimen confiteri intelligitur,qui paciſcitur,vide Rom.*ſingulari 302.*

Confeſſio ficta,an infamet, vide hic Dom. Alexand.& Imo.*in L.ictus fuſtium, & ibi Bar. inf.eod.*

l.Furti.6.

Loriottus in dicto tractatu *axiom.5.* Hoto. *lib.7.obſer.cap.16.*

§.Sed ſi fures.1.

Quando appellatio tollat, vel ſuſpendat effectum ſententiæ,vide Alex.*in l.ſi cauſa cognita.C.de tranſact.* vide Socin.*in reg.202.*

§.Si quis alieno.2.

Non infamatur damnatus alieno nomine, nec etiam is quem deffendit.

¶ Et quando quis dicatur cõueniri nomine alieno,adde Bart.*in l.alia.in princ.D.ſolut. matrim.& in l.ſi.C.de obſeq.patr.praſt.*

§.Pactúſve.3.

¶In grauioribus delictis, an ius ſuperioris excuſet,declarat hic D.Gothof.

¶An iuſſus delegati iudicis, & arbitri excuſet.vide hic Barr.

§.Mandati.5.

Bellonus *lib.2. ſupputat. cap.19.* Nota autem hic caſum in quo actio mandati contraria infamat.

§.Illud planè.6.

An ſocietatis damnatus, fiat infamis, vide hic D.Gothof.

§.Contrario iudicio 7.

Infamis non efficitur contrario iudicio damnatus.

l.Genero.8.

Legitimum tempus.

¶Olim quidem decem menſium, Cicero *pro Cluent.* Ouid.1. *Faſtor.*hodiè vero duodecim menſium,*l 2.C.de ſecund.nupt.*

l.Vxores viri.9.

Ad hanc legem vide ex parte vna Emanuelem Zoar. *lib.1. obſ.cap.38.*& contra eum Cuiacium *lib.9.obſ.c.17.*

¶Dicitur autem hic, quod viri vxores lugere non coguntur, ſic etiam ſponſa ſponſum lugere non tenetur.

l.Solet.10.

Vide Cuiac.*lib.6.obſer.cap.32.*

l.Liberorum.11.

Ræuard.*lib.1.varior.cap 20.*

An ſtatim poſt partum mulier poſſit nubere,vide Bar.hic,& Felinum *in proœmio Decretali* & gloſſ.*in Auth. de nupt.* §.ſi.& Bald. *in l.1.C.de ſecund.nupt.*

An vidua quæ peperit primo menſe,poſſit poſtea legitime nubere intra annum,vide hic Bart.

§.Etſi talis.1.

Ad hoc allegatur hic §. quotidie, quòd quando aliquid prohibetur, propter plures rationes, ſufficit quod vna ratio prohibens vrgeat,licet aliæ ceſſent.Ratio eſt,quoniam illa ſola reſeruat prohibitionis effectum.

§.Pomponius eam.2.

Mulier nubere poterit,ſi intra annum pariat: vnde obiter notabis mulierem nubere poſſe iure canonico ſtatim mortuo marito, nulla conſideratione habita anni luctus,*ca. pen.ext.de ſecund.nupt.*

§.Non ſolet autem.3.

De transfugis,vide Cuiacium *lib.6.obſ.cap. 26.& lib.15.cap.34.*

l.Qui iuſſu.12.

Digitized by Google

Non notatur infamia, qui iuſſu patris mulierem duxit, quamuis liberatus patria poteſtate eam retinuit.

l.Quid ergo ſi.13.

Nota in hac lege, quod ratihabitio nō trahitur retro, qua de re Felin. *in c.ſicut, de ſimo.*

§.Si quid alieno.1.

Molinæus *ad principium legis 2. de verb.obli. num.70. & 71.*

§.Quod ait prætor.2.

Vide Molinæum *dicto ſuperiori loco.*

Eodem tempore. Tempus ſi eſt de ſubſtātia pœnæ, vel delicti, alio tempore factum vel ratum habitum, non punitur, concord. quod not. C. *de petit.hæred.l.ſi poſt mortem, l. cum actum.* D. *de neg.geſt.*

§.Ex compromiſſo.5.

Sententia arbitri non infamat, qua de re Felin. *in c.ſi.ex:.de re iud.*

§.Pœna grauior.7.

Iudici ex cauſa licet leges transgredi, Grāmaticus *deciſ 36. a nu.3.* Hunc autem §. optimè repetiêre, Bar. & Bald.

¶ Qua pœna puniatur iudex, qui ſine cauſa auget, vel minuit pœnam, vide Rom. *ſing. 28. & ſing.697.* & circa deminutionem pœnę, vide Cæp. *cauſ.131.* Rom. *conſ.419.*

§.Crimen ſtellionatus.8.

Ioan. Robert. *lib.4. recept.ſenten.cap.17.* Cuiac. *lib.10. obſ.c.26.* Duaren. *lib.1. diſput.cap.22.* Gilbertus *lib.1. enantiophanon.c.3.*

l.Seruus.14.

Mutatione perſonæ: licet procuratoris annulletur ſatiſdatio, *vt l.ſi autem,* D. *iudica. ſol.* cum ibi notatis, aliud tamen eſt quando interuenit, & eſt actio famoſa.

l.Non alia autem.19.

Patri ſuam interdum patientiam nocere, notat hic D. Goth quem conſule.

l.Ob hæc.20.

Iudices plerumque non eſſe: ſed videri pronuntiabat Briſſon *lib.2. ſelect.cap.2.* Rquardus *pro tribun.ca.21.* Vide Gloſſam finalem, *in can.denique.6.diſt.*

Non enim qui exhortatur mandatoris opera fungitur.

¶ Huic legi, videtur contraria *l.1. §.perſuadere.* D. *de ſeru.corru.* ſed non eſt ita. Exhortare enim, & perſuadere diuerſa prorſus ſunt, & maximè eo ſenſu quo perſuadere accipitur, *d.§.perſuadere,* Anton. Fab. *lib.6. coniect.c.6. pag.231.*

Quod qui exhortatur mandatoris opera non fungatur, *vide cap.firmiter 1.ext.de ſum. trin.in gloſſ.*

l.Lucius Titius.21.

Ad Gloſſam magnam in principio, vide quæ dixit Iaſon eam declarantem *in l. 1. in vlt.col.poſt princ. Cod. de bonorum poſſeſſ.ſecundum tabul.*

l.Ictus fuſtium.42.

Corraſius *lib.1. miſcell ca.16.* Menoch. *libro 1. de arbit.iud.quæſt.7. num.65.* Ioann. Igno. *in repet.§. non alias l.neceſſarias, D. ad Syllanianum, num.291.*

Tit.3. De procuratoribus & defenſoribus.

Cum defenſores à procuratoribus ipſa inſcriptione ſecernantur, par nobis eſt idē diſcrimen retinere: etenim latius patet appellatio procuratoris quàm defenſoris: quoniam procurator tam eſt actoris, quàm rei, & tam in iudicio, quàm extra iudicium interuenire dicitur: verum defenſor, in iudicio tantummodo appellatur is qui citra expreſſum mandatum ad defendendum venit.

De procuratoribus. Procurare eſt pro alio aliquid curare: & procurator eodem modo dicitur, quod & proconſul, & protutor, & ſi qua ſint ſimilia: in quibus propoſitio ſignificat aliquid, pro alio, ſeu alieno nomine adminiſtrare; *procurator igitur eſt, qui mandato domini aliena negotia adminiſtrat.* Diuiſiones, ſiue procuratorum genera paſſim notantur hoc tit.

Defenſoribus. Defendere eſt iudicium rei nomine accipere, & eandem vicem obtinere quam reus ſubiturus eſſet, *l.ſed & hæc 35. §.defendere, l.filiusfamilias 8. in prin. l. minor.51. h.t.l.recte 63. D. de iudic.*

l.Procurator eſt.1.

Hic procuratoris definitio continetur, de qua dixi in Rubrica: verum hic notabis procuratorem in rem ſuam propriè non dici procuratorem.

§.Procurator autem.1.

Declarat hic Vlpianus ad quæ procurator conſtitui poſſit.

An cedens teſtis eſſe poſſit pro ceſſionario, & an minor poſſit eſſe procurator, declara hoc vt per Bald. hic.

§.Vſus autem.2.

Ad quid vtilis ſit procurator, diſce ex hoc §. eſt enim perquam neceſſarius, vt qui rebus aut cauſis ſuis ipſi ſupereſſe, vel nolunt, vel non poſſunt, per alios poſſint, vel agere, vel conueniri, hoc loco notabimus regulam, nempe procuratorem noſtrum, ea omnia facere poſſe, quæ ipſi faceremus.

§Dat i.

Digitized by Google

§.Dari autem.3.

Procurator & abſens dari poteſt: aliud tamen eſt in curatore ad lites,l. *qui habet*,l *pen.* D.*de tutelis*.

l.Dummodo.2.

Idem ait hæc lex quod §. ſuperior, quod ſcilicet procurator fieri poſſit inter abſentes: ſed hoc addit dummodo ille abſens qui procurator conſtituitur, certus ſit & ratum habeat.l.124.D.*d reg.iur.*

Sicut iudices quos eligere vult Imperator incerti eſſe non debent ita procurator incertus eſſe non debet, ſic etiam tutor incertus dari nō debet, l.*tutor incertus*,D.*de teſta. tut.*§.*tutor.Inſt.de leg.*Arbiter ſimiliter incertus eſſe non debet,*capit.innotuit,ext.de arbit.*

§.Furioſus.1.

Furioſus habendus non eſt,neque loco abſentis,neque loco præſentis: ſed loco mortui,quoniam diſcretionem non habet.

Quod furioſus locus abſentis habendus ſit,notat hic D.Gothof.

l.Item & ad.3.

Quod procurator dari poſſit ad litem futuram,& in diem,& ſub conditione,declarat hic Iuriſconſultus.

An procurator ſimpliciter conſtitutus videatur, conſtitutus ad futura, *notat hic Bald.*

l.Et in perpetuum.4.

Procurator dari poteſt in perpetuum.

l.præſens.5.

In hanc legem Briſſonius*lib.3.ſelect.cap* 13. Prateius *libro* 1.*Catapodiſmaton.* Præſens quis dicatur,notat hæc lex,& de multiplici genere abſentiæ, vide *in l.abſentem,D.de verbor. ſig.*An quis præſumatur abſens,Spec.*de acto.* §.*poſtquam.*

l.Et in foro.6.

Præſens etiam dicitur,qui in foro,& qui in vrbe,& in continentibus ædificiis eſt.

l.Filiusfamilias.8.

Dicitur hic quod filius familias ordinare poteſt procuratorem, qui filij nomine agat, ſiue in caſtrenſi vel quaſi, vel actione iniuriarum,vel ſi pater eſt abſens, & procurator patris defendit filium,vide Innocent.*in capi.* 3.*& 4.de re iudic.& cap.indecorum,de etate & qualit.*

§.Veterani.2.

An veteranus & miles poſſint eſſe procuratores,dubitatur hic.

¶ Quis autem dicatur veteranus, declaratur per Accur.hic.

§.Procuratorem.3.

*Item ſi dignitas.*Hunc textum allegat Rom. *in ſuis ſingu.folio* 4.*ſingu.*100. in cuius deciſione concordat. & facit textus *in l. licet,in fine, ſupra de arbit.*

l.Aut ſi.9.

Pro intellectu huius legis, vide Cuiacium *lib.*23.*obſer.cap* 26.

l.Vel hæreditas.10.

Nota hic,quod quis facta ſua pro factis alienis non tenetur dimittere, qua de re Bal*d*.*hic.*

l.ſed hæc.13.

Qui agit pro alio vt coniuncta perſona, tenetur in cauſa reconuentionis defendere,vide Marſ.*ſing.*133. Rom.*ſing.*127. *&* 619.Mantua *in pract.iud.caſ* 85.Amanuel.*de claris aqu. ſing.*20.Cott.*in verbo coniuncta perſona.* Berc. q.131.contra quem Ferretus *conſilio* 64.*&* 66. Crot.*ad l.ſi conſtante.*2.*repetit.num.* 123.*& ſeq.* D.*de ſoluto matrimon.*Straphil.*in tract.de literis*,Grat. *in* 4. *parte de vi & effect.clauſu.verſ. ſucceſſiue,numero* 29 *& ſeq.* & vide quæ notavi *ad legem Exigen. Cod. eod.* adde Pet.Duen. *reg.*123.*Coniunctus.*

l.ſi poſt datum.14.

Concordat cum hac lege gloſſ. *in capit.ex parte decani,ſuper verb.propter ſuſpicionem, in prin.de reſcrip.*

l.Si defunctus.15.

Hanc legem optime repetiit Bart.&Bald. hic ad hanc autem legem adde l.*ſi pecuniam, & quod ibi notat Bart.circa princip.C.de condic. cau.dat.*&Bald *in l.ſi ante acceptum,D.iudi.ſol. & in l.mandatum,C.de mandat.*vide Bart.*in l.* 2.§.*ſed ſi quis*, *D.de donat.folio* 89.*numero* 99. *repetitionum* 5.

l.Ante litem.16.

Hoc ait hæc lex cum octo ſequentibus, quod procurator ante litem conteſtatam libere à domino reuocari poteſt, poſtea verò non niſi in cauſa cognita,&facit *cap.in cauſis, in vlt.gloſ.ex.de electione.*

l.Poſt litem.17.

Vel in ciuitate manente. Ex hoc loco innuit.l.C.quod procuratore bannito, reuocatum videtur mandatum. Sed an poſt litem conteſtatam reuocari poſſit, procurator rei defendens ſine mandato,vide Bart.*in* l.*ſi ante*,D.*iudic.ſol.*An & quæ ſint cauſæ reuocandi.& an in reuocatione,requiratur ſolemnitas iudiciorum,vide Rom *ſing.*321.

l.Aut religionis.18.

In vulgatis editionibus incipit.*lex & religionis.*

An excommunicatio ſi peruenìens,reuocet mandatum procuratoris: vide Alex. de

Digitized by Google

Immola *in l. eum qui. §. qui ſibi. ff. de verb. oblig. & in l. rogaſti, §. fin. D. ſi cert. pet. & in l. ſi quis ſuo, de ſolut.*

l. Item ſi. 19.

An ſuſpicionis cauſa probari debeat, declara vt per Bar. hic.

l. Aut affinitate. 22.

An affinis contra affinem cogatur eſſe procurator, vel aduocatus, vel teſtis, vide hic Bart. Alex. *conſ. 19. vol. 4. & conſ. 13. eo. vol. 4. & conſ. 18. eod. vol. &* quod non ſit idoneus teſtis, adde Alex. *conſ. 132. in 5. volum.*

l. Mutari. 24.

Nota hic quod poſt litem conteſtatam, procurator cogitur præcisè peragere iudicium quod apparet, quia non poteſt mutari, niſi cauſa cognita, & ipſo poſtulante. quid autem ſi dominus comparet, an acta ſint nulla, vide Cæpol. *caut. 132* Paul. de Caſt. *latè in hac lege.* An & qualiter fiat mutatio, & litis translatio vide aliquid per Felin. *in cap. præſentata, ext. de teſtib.* Alex. *in l. 1. in princ. D. ad Treb. f. 63. nu. 109. Tract. 3.* vide Bart. *in repet. l. barbarius. in 2. coll. verſ. oppo. ad 1. not. de offic. præto.*

l. Quæ omnia. 25.

Ioan. Aurpachus, *lib. 1. ſingul. allegat. cap. 24.*

§. Sed ſi aduerſarius. 1.

Vide ad iſtum textum Alexan. *in l. Turpia. in 2. notab. de leg. 1.* Felin, *in cap. dilecta, extra de exception.*

l. In cauſæ. 27.

Hanc legem optimè repetiit hic *Bald.*

§. si ex parte. 1.

Actio vtilis vt directa an & quomodo tráſferatur in dominum, vide Bar. qui plenè declarat *in l. 1. Cod. de ſententiis.*

l. si procurator. 28.

Repetitionum *6. fol. 527. num. 10.*

An actio vtilis in iudiciis ſine ceſſione acquiratur, an preferatur directę, vide hic Bal.

l. si actor. 29.

Nota ex hac lege licere vnicuique conuenire quem velit, quam optimè declarat hic Bart. quæ licet paucis verbis comprehendatur, habet tamen materiam vtilem, & difficillimam.

Contra iſtam l. valet argumentum de actore ad reum, & cóſequenter etiam de procuratore actoris ad procuratoré rei, ad quod *l. non debet, de reg. iur.* Sed cur non item dixit. l. C. in procuratore rei, qui pro ſe ſentétiam obtinuerit, vt repetat expenſas ab aderſariis, domino litis exiſtente non ſoluendo, cogitabis, quia fortè debet ſuppleri.

Secundo, contra tex. facit. Nam procuratoris officium eſt gratioſum, vt Azo definit, Cùm igitur ita ſit, non videtur, ꝙ quis procurator teneatur expendere de ſuo etiam cũ animo repetendi. Nam ſatis eſt vel in paucis amici labore & opera frui, vt dicit tex *in l. tutori. C. de neg. geſt.* Melius eſt enim non ſoluere quàm ſolutũ repetere iuxta tex. in ſimili *in l. fin. ... in quib. ca. in integ. reſtit. non eſt neceſ.* Si igitur non tenetur de ſuo expendere, ſequitur quod ſi expendit, conſulto videtur donare, *iuxta l. cuius per errorem. D. de reg. iur.* Igitur non poteſt repetere, l. *poſt perfectam, de reuo. donat.* Solutio facilis, illa enim contraria loquitur, quando alia coniectura capi non poteſt quàm donationis: ſed hic capi poteſt alia coniectura, quod illas fecerit gratia producendi litem ad exitum, animo tamen repetendi, quia nemo præſumitur velle donare de ſuo. *Dec. ibi.*

Tertio contra tex. facit, quia dicit, ꝙ cópetat actio iudicati. Contra imo videtur, quod ex ſententia actio oriatur in factum, l. *actore. C. de iureiu.* vbi vocat actionem in factum, & l. *cum antea. C. de arbi.* vbi ex arbitrali ſenté tia oritur actio in factum. & eſt cómunis opinio Glo. vbique. Solutio imo iſta magis eſt vera & cómunis ſentétia, quę appellatur iudicati per multos text. ſimiles noſtros, quos citat Barto. *in l. nullus, §. iudicati, D. de re iudic.*

Quarto, facit contra text. quia dicit text. quòd dominus litis non eſt ſoluendo, intelligitur de ſuo principali actore, cuius erat procurator is qui iudicati agere vult: ſed certè non poteſt appellari dominus litis, imò ipſe procurator eſt dominus litis, l. *procurator, cum l. ſeq. Cod. de procurat.* Solue, quod intelligitur hoc, cum impropriè pro domino actionis & iuris, ſiue cauſæ: verè enim non eſt dominus litis. Ad idem. l. *licet, C. de procurat. & ibi Paul. Caſtr.* vltimò ſi hic procurator vicit, Quare dominus? idémque actor non debet eſſe ſoluendo. Condemnatus etenim reus fuit addendum aliquid, poteſt ſolui, quod potuit condemnari ad factum vel ad aliquid aliud, quod ſapiebat pecuniarium intereſſe.

l. Actoris procurator. 30.

Procurator, licet non poſſit agere iudicati, niſi ſit ei mandatum, poteſt tamen petere vt ſententia executioni mandetur, vſque ad quantitatem per eum in cauſa expoſitam, ſi dominus non eſt ſoluendo.

l. si quis. 31.

Notandus eſt in hac lege, modus condemnandi procuratorem, ſcilicet, condemno te procuratorio nomine Titij. Fran. Cre. *ſingul.* 114.

Digitized by Google

114.*fol.* 489.

§. Vnius litis. 1.

Quod vnius litis, plurium perſonarum, plures dari poſſint procuratores, ait hęc lex. Immo illis neceſſarium eſt vnum procuratorem dare. *l.1. §.pen.iud.ſolu.* has duas leges conciliat Arcur. hic in gloſ. quem vide.

§. Iulianus. 2.

Si duo procuratores dati ſint, dato poſteriori, prior reuocatur.

¶ An idem in tutela ſit dubitatur. Verum optime notat Gloſſa, idem non eſſe ratio eſt, quoniam tutore in codicillo dato, nõ intelligatur reuocatus tutor teſtamẽto datus, *vt l. & ſi à patre*, C. *de teſtam. tut.*

l. Pluribus. 32.

Pro explicatione huius l. vide Loriottum *in tract. de tute. axiom. 33.*

Hic præ cæteris notandum eſt, occupantis meliorem eſſe conditionem pluribus procuratoribus inſolidum ſimul datis, idem ait *l. ſi quis à multis.* D. *de noxal. act.* quæ tamẽ clauſula nullam habet vim aduerſario contradicente vel abſente.

l. Seruum quoque. 33.

De mente ac ſententia huis legis. 10. Robert. *lib. 2. recept. ſent. cap. 3.*

An ſeruus procuratorem conſtituere poſſit, vt ait hæc lex dubitant quidam. Verum optimè ait Gothofredus, hoc intelligẽdum eſſe, de ſeruo ad negotia non autem ad iudicia, *vt ait. l. 15. D. ex quib. cau. maior.*

§. Publicè vtile eſt. 2.

Ad intellectum huius §. Vide Menoch. *de arbit. iud. caſ. 264.* adde Marant. *in tract. de ord. iud 4 par. 1. diſtinct. nu. 42.* vide etiam ea quæ dixi *ad l pe. §. ad crimen, D de pub. iud.* Thom. Docci *conſ. 76. n. 1. inter conſ. diuerſ. ad cau. crimin. vel l. 1.* vt optime explicatur a Baldo hic.

Repetitionum *6. fol.* 536. num. 38 Repetitionum *1. fol. 454. num. 7. & 9. vſque ad num.* 13. & 17.

Vide Socin *in reg. 322. fol. 531. numero 23 Repet. 6.*

§. Æquum prætori viſum eſt. 4.

Concordat cum hoc §. textus, *cap. in iudiciis & c. non licet, de reg. iur. in 6. & ca. dilectis, de iudic. ex.* & pro intellectu huius §. vide Benedictum Capram *in reg. concl. 62.*

§. Si quis in rem. 5.

An appellatione procuratoris propriè veniat procurator in rem ſuam, vide glo. *in l. 1. ſup. eo.* & pro hoc optimè facit textus *in l. qua omnia verſ. plan è ſup. eod.* vbi procurator quis factus non præſumitur in rem ſuam, niſi probetur.

l. Sed & hæ. 35.

Non admittitur quis ad agendũ ſine mandato, niſi ſit coniecta perſona, tamen in Gl. *cap. 9 cum ad. ex. de conſt.* datur poſt litem conteſtatam cautio contra hunc textum ad cuius concilationem, vide ibid.

¶ Coniũctæ perſonę quæ dicantur, & quod hic dicit Vlpianus, de affinitate intelligendum eſt, cauſa affinitatis durante nõ ceſſante: nam cauſa ceſſante, ceſſat ipſa affinitas, qua de re vide Bald hic.

¶ Quot & quibus caſibus procurator defendere teneatur, declarat hic pluribus gloſſa.

¶ Tract. 8. *fol.* 134. *num.* 18.

§. Patronus. 1.

Procurator quando admittatur nécne hoc loco dubitatur, verum hac, Bartoli adhibita diſtinctione res fiet dilucidior, hoc pacto quando cauſa ſtatus agitur ciuiliter admittitur procurator: quando agitur criminaliter non admittitur.

§. Non ſolum. 2.

Quid ſit defendere, optimè explicat hic Iuriſconſultus.

l. Vel in operis. 36.

In hanc legem Cuiac. *lib. 22. obſ. cap. 16.*

l. Omnium autem. 37.

Rei procurator, vel in vnam rem defendere poteſt.

l. Non ſolum autem. 39.

An procurator ante litis conteſtationem, teneatur reſpondere interrogationibus.

¶ An poſſit petere dilationem, vt certificetur à domino quid reſpondeat. tradit hic Bar. vide Gloſſ. *in c. paſtoralis. 14. ex. de reſcri.*

§. Qui alieno nomine. 1.

Tacita hic videtur repetitio eius quod dictum eſt ſupra *in l. ſeruum, § ait prætor. in ſecũdo reſponſo*, vide igitur ea quæ ibi dixi.

An & qualiter probetur mandatum, Barto. hic.

§. Quæritur. 2.

Hæc verba is ad quem ea res pertinet, ad quid referantur dubium, hic eſt, verum referuntur ad dominum & hæredem eius, non autem ad creditorem.

An pater dicatur legitimus adminiſtrator in actione de dote, declara vt per Barto. *hic.*

§. Si pater filij nomine. 4.

Cautio de rato ceſſat, ſi pater filij nomine iniuriarum agat: cum duæ ſint actiones, vna patris, altera filij.

Digitized by Google

An pater in criminalibus cauſſis legitimus ſit filij ſui adminiſtrator, vide hic Bald.

§.Item ait.7.

Ibi nominatim, vide Bart. *in l.filiusfam.*D. *de donat.*

Repetionum *6.fol.543.num.16.*

l.Pomponius ſcribit.40.

Enumerantur hic cauſæ quædam, quæ requirunt ſpeciale mandatum, vide Rom.*conſ.* 383.*&* 470.

§.Si ſtipuletur.1.

Procurator ſi ſtipuletur damni infecti, vel legatorum, debebit de rato cauere, & ratio huius rei petenda eſt *ex l.* 20. D. *rem ratam hab.*

§.Sed & is qui.2.

De rato cauere debet, qui aliud defendit in actione reali.

¶Nota autem ex hoc textu quod argumẽtum à contrario ſenſu, locum etiam habet in ſentẽtiis affirmatiuis, vt declarat Roma. *conſ.*115.

¶ Nam cum iudicatur rem meam eſſe ſimul iudicatur illius non eſſe. Et hoc fit per quandam conſequentiam.concor.*can.*1.*in gl. ſuper verbo, prohibetur.*1.*diſtin.*

§.Ratihabitionis.3.

Quod procuratoris exceptiones opponi debeant ante litem conteſtatam, notat hoc loco Iuriſconſultus, ratio autem eſt, quoniam exceptiones ſunt dilatoriæ.

§.In his autem.4.

An coniuncta perſona agere poſſit contra mandatum, dubitatur hic, quod tamen fallit, ſi proprium intereſſe agẽtis verteretur, l.1. 2.*&* 3. *D.de liber.cau.*facit *l.non tantum.D. de appel.*& Bart.*in l.ſi conſtante.in* 10.*q.*2.*D.ſolu. matrimon.*

l.Fœmninas.41.

An mulier cum agit debeat renuntiare Velleiano, declarat hic, vt per Bar.

l.Licet in popularibus.42.

Ex hac lege deſumpta eſt, l.5.*&* 1. *D.de popular.actio.*vt optimè notat hic Duarenus.

§.Ad actionem.1.

Pro intellectu huius §.vide Robertum *li.* 4.*ſent.cap.*10.

§.Ea obligatio.2.

Loriottus *de pactis axiom.*2.Vaconius.*libr. declar.*90.Martreſius *in notis c.*4.

§ Reo latitante.7.

Fideiuſſor rei eſt eius procurator, & poteſt eum defendere, etiam per procuratorem.

§.Cum quæretur.1.

Concordat huic §.*can.ad quæſtiones, cum glo. ſuper verbo inhibitum.ex.de rer.permut.*

¶Prohibitorium eſt, Bart.ait in exemplari ducis Biturigum, addi rationem, quia ſcilicet quod non eſt nominatim prohibitum, videtur eſſe permiſſum.

§.Pœna non.4.

Pœna non defendentis procuratoris hæc eſt, vt denegetur ei actio.vt l.3. C.*hoc titulo.*

l.Cogendum.45.

Pro intellectu huius legis, vide Benedict. Capr.*dicto loco concluſ.*63.

§.Quia ita.1.

Ad hunc §.ſcripſit Cuiac.*libro* 22.*obſeruat. cap.*12.

§ Si procuratori.2.

Vide Bened.Cap *ſupra dicto loco concluſ.*60. concordat autem cum hoc §.textus *in l.de pupillo,§.qui rem miſſi onem.D de nou. per.nuncia.*& textus *in l.ſi pupillus,§.defendere,inf. de priuileg. cred.*vbi vide quæ dixi.

l.Qui proprio nomine.46.

Vide Socin.*in reg.*83.

§.Ei qui defendit.1.

Qui ſponte defendit, poteſt vnam cauſam tantum defendere.

§.Qui alium.2.

Regulam hanc quod nemo ſit idoneus defenſor alterius, ſine ſatiſdatione ampliа & limita, vt per Iaſon.*in l.filiusfamil.*D.*qui ſatiſd. cog.*

§.Item quæritur.3.

Hic §.optimè explicatur, à Bald.

l.Qui duos.47.

In contrarium facit, l.*ſi plures de teſtam.tut.* ſolue vt per Bart.*in d.l.qui duos*, item oppoſitio de dictis omnium poſita in textu, quæ eſt vniuerſ.l.*Iul.de leg.*3.

l.Itaque.48.

Eadem inſcriptio legis.46.& huius oſtendit vtramque eſſe coniungendam, & addendum ex Iuliano.l.47. vt alter mandatariorũ ab altero petere poſſit, ei oportere ſpecialiter mendatum eſſe.

l.Ignorantis nomine.49.

Quot & quibus caſibus procurator, ignorantis domini conditionem deteriorem facere poſſit, declarat hic Gloſſa. Hanc autem legem optime explicat Cuiacius *lib.* 24.*obſ. cap.*15.

l. Quacunque ratione.50.

Repet.*6.fol.*153.*num.*48.

l.Minor

Digitized by Google

l.Minor.51.

Benedict.Capra.*in parerg.concluſ.61.*

¶Duo autem nota in hac lege,primo quod non eſt idoneus defenſor qui poteſt in integrum reſtitui, ſecundo quod reſtitutio principalis prodeſt fideiuſſori.

An minor poſſit eſſe procurator,vide Ioã. de Ana. *conſ.*30. declarat etiam optime hic gloſſa prima: an ſi minor non vult reſtitui, fideiuſſor reſtitui poſſit,*vide Bald.hic.*

Hinc conſtat procuratores quibus lites aut negotia noſtra mandamus vice noſtra fungi, vt hac lege & Marcus Tullius ſic in quadam oratione ait, quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus in iis procuratore opus eſt qui noſtra cauſa fidem ſuam iuratam interponat & vicem iuris noſtri ſumat.

§.Quoniam.1.

Nota hic quod defenſor repræſentat per omnia vicem eius quem defendit, quod ſanè quomodo intelligendum ſit, notat hic Bartol.

l.Neque fœmina.54.

Enumerantur hic quidam, qui idonei defenſores non ſunt, hoc eſt,perſonæ quædam inhabiles ad defendendum, & quæ officium procuratoris &defenſoris ſuſcipere non poſſunt: vt primo fœmina, licèt certis caſibus procurator eſſe poſſit.Secundò, miles armatæ militiæ.Tertiò,qui Reipublicæ cauſę abfuturus eſt.Quartò,qui morbo perpetuo tenetur. Quinto qui magiſtratum initurus eſt. Sexto & vltimo qui inuitus iudicium pati non poteſt.

§ Tutores.1.

Tutores eo loco defendi debent, quo adminiſtrauerunt.

l.Procuratore.55.

Tota hæc lex ad hęc duo verba refertur, quod ſcilicet actio vtilis pręferatur directa, vide de hoc per Bald. *in l.2. §.fina.* D. *de lege commiſ.*

l.Ad rem.56.

Qui vult conſequens, tenetur velle omne neceſſarium antecedens,quod procedit in his ſolum quæ dependent à mera voluntate diſponentis, ſecus in aliis, de quo vide Bartol. *in Authen.ſi quis in aliquo.* C.*de edend.* Crat. *conſ.134.numero* 45.Iaſ.*ad l.centurio.numero* 38. *D.de vulga.& pup.*Decius.*ad Rub.Cod.qui admitti.numero* 75. Bart.*ad leg.ex aduerſo.§.1.ff.de rei vind.* vide etiam Euerardum *in loco à conceſſione antecedentis, ad conceſſionem conſequentis,item in loco à conceſſione conſequentis,ad conceſſionem antecedentis*: & circa iſtam regulam, vide omnino quæ habes apud Barto.*in l.2.* D.*de iuriſd omn.iud.*quam limita,vt per Bald. *in l.ſi.in* 16.*opp.Cod.de hæred.inſt.* vt per Panor. *in cap.ex parte 3.ext.de dec.*& eam latè examinat Iaſ. *in l.2. ſupra de iuriſd.omnium iud.* Immo.*conſ.*33.

l.Qui procuratorem.57.

In hanc legem vide Menoch. *de arbit.iudic. lib.1.quæſt* 37. Benedict.Capra dicto loco *concluſ.64.* ad intellectum autem, & limitationem huius legis,vide Rom.*conſ.466.*

¶An ſi quis delegat cauſam iudici vt cognoſcat,poſſit ſententiari,& an cui committitur executio, videatur committi cognitio, declara vt per Bar.hic.

§.Si quis.1.

Nota hic quod ille qui renuntiat exceptioni,non poteſt poſtea ipſam opponere de nouo, nec perſequi eam oppoſitam, quoniam ſemel ſui iuri renuntiauit.

l.Procurator.58.

Tantum operatur generale mandatum cum libera,quantum ſpeciale,vide Iaſo.*ad l. ſi quis iniquum,§.ſi procurator,nu.13. D.quod cuiuſ.uu:.*Balb.*deciſ.52.* Cotta *in verbo procurator, cum libera.* vult autem hæc lex, quod procurator omnia facere poſſit,quæ ipſe dominus faceret, ſi liberam adminiſtrationem haberet.

l.Mandato.60.

Decidendi loco. Cuiacius legit *Deminuendi. in not. Inſt. de rerum diuiſion.ad finem,* Beroius *quæſt.33.*

Procurator cui rerum omnium adminiſtratio mandata eſt, tranſigere poteſt, *l.præſes, Cod.de tranſactio.* Sed ſine libera non poteſt.

¶ An habens generale mandatum cum libera,fideiubere poſsit, collige ex *l.ſeruus inſcio, D.de fideiuſſor.* & Bald. *in l.in perſonam,§. 1.ſupra de pactis.*

l.Plautius ait.61.

In hanc legem Cuiac.*lib.14.obſ.cap.30.*

¶Quid autem ſibi velit inſcriptio ad Plautium,vide Ant.Aug.*lib.1 cap.6.*

l.Ad legatum.62.

Ad limitationem huius legis, vide Roma. *conſ.461.*

l.Is cuius.64.

In hanc legem vide Cuiac. *libro 22.obſeru. cap.*10.

l.Si procuratorem.65.

De materia iſtius legis,vide Bart.*in l.1.C.de ſatiſdando.* optimè etiam explicauit hanc legem Bald.

Digitized by Google

An & quando literis procuratorium continentibus credatur, vide Paul. de Leazar. *in c. tertio loco. ex. de probat.* An mandatum poſſit probari per teſtes, vide per Bar. *in l. 1. ſup. eo.*

l. Si is qui. 66.

Electio per procuratorem facta valet, Bal. vnum adde quod etiam voluit Bart. hic, & *in l. ſi ita ſtipulatus fuero.* D. *de verb. oblig.* & Fulg. *in l. 1. ff. qui admit. ad bon. poſſeſſ.*

¶ An ſigillum apponens ſcripturæ alienæ, præſumatur illi conſentire, vide Antonium Gabrielium, *commun. opin. titul. de præſumpt. concluſ.* 4.

l. Procurator. 67.

Pro intellectu huius legis, vide Robertum *lib. 2. recept. ſent. cap.* 2. Molinæum *ad Rubricam,* D. *de verb. oblig. num.* 38.

¶ Nota autem hic quod finita negotiorum adminiſtratione, non ſoluitur obligatio procuratoris. Sed ſi quid eius nomine ſoluerit, contraria actione mandati recuperabit, *l. ſeruum,* D. *mand.* tutoris verò obligatio finito officio ſoluitur, quoniã finita tutela, ſi quid poſtea ſoluerit, experiri non poſſit, *l. vlt. ff. ſi quis caut.*

l. Pater filio. 70.

Nou. 72. *cap.* 1. vetitum eſt, ne creditores pupilli ad tutelam accedant.

l. Abſens. 71.

Iuſtificata legitima abſentia, ad hoc vt nõ poſſit procedi, quod tamẽ verificatur in Ciuilibus, in quibus procedit contra abſentes iure vulgato, *l. properandum, §. 1. & Authen. qui ſemel, & l. conſentaneum, C. quomodo & quando iudex.* Sed non verificatur in Criminalibus, in quibus quælibet abſentia impedit proceſſum ad pœnas, Doct. *l. abſentem.*

l. Si reus. 73.

Iudex ordinarius poteſt abſoluere reum ab obſeruantia iudicij, de quo vide Bald. *in l. conſentaneum, in 2. col. C. quom. & quan.* de quo vide, plenè interpretat hic Bolon. Ad hoc autem allegatur hæc lex, quod qui paratus eſt ſoluere, non cogitur iudicium ſuſcipere, optimè hanc legem emendauit Bald. hic.

Repet. 6. *fol.* 456. *num.* 129.

l. Qui abſentem. 75.

Repet. 5. *fol.* 10 *num.* 391.

l. Titius. 76.

Pileus *Quæſtione* 31.

l. Et ideo. 78.

Cuiacius 6. *ad Affrican.*

§. Ad duas res. 1.

Vide Cuiac. *ſupra dicto loco.* 6. *ad Affrican. cap.* 3.

Tit. 4. Quod cuiuſcunque vniuerſitatis nomine, vel contra eam agatur.

Tractatur hoc titulo, de actoribus ſeu Syndicis vniuerſitatum, qui vice procuratorum funguntur, *vt dicemus in l. 6. inf. eo.* De materia iſtius tit. vide *c. 1. ſupra ne ſede vacant.*

¶ Vniuerſitas dicitur hominum in ciuili ſocietate, viuentium ſocietas, qualis eſt in oppidis & pagis, & notant Ant. Faber. & alij in *§. vniuerſitatis, Inſt. de rer. diuiſ.* cuius tria genera facit Barto. *conſ* 189. *incip. primo quæritur. in princ.*

An ſtatutum loquens de perſona, verificetur in vniuerſitate, vide quæ habet in Bertach. *in verbo vniuerſitatis. in prin.*

l. Neque ſocietas. 1.

Collegium, ſocietatem, & huiuſmodi corpus paſſim habere, omnibus non conceditur.

¶ An & quæ ſit inter collegium, ſocietatẽ, & vniuerſitatem differentia, vide *hic Bar.* An & quæ collegia ſint approbata de iure.

¶ Collegia dicta eſſe Varro ſcribit à ſimul legendo, quia plures in vnum corpus colliguntur, nec enim vnus conſtituit collegium quamuis retineat, *l. ſi tut* 7. *h. t.* ſed plures & non pauciores quàm tres *l. Neratius* 85. D. *de verb. ſign.* diſtat autem ab vniuerſitate, quo pars à toto, nam non totius vniuerſitatis, ſed partis eſt.

Vniuerſitas per alium reſpondet, *vt can. qui manumittitur. cap.* 12. *q.* 1 *& in l. item eorum, §. actori* 6. *h. t.*

§. Quod ſi nemo. 2.

¶ An & quomodo collecta imponatur: An, quando, & quæ res acquirantur vniuerſitatis, & qualiter diuidantur inter ſingulos, vide hic Bald.

¶ An pro neceſſitatibus vniuerſitatis collecta imponi poſſit, vide Felin. *in c. cum omnes. ex. de conſt.* Alex. *conſ.* 124. *in prim. in* 4. *vol.* Abbas *conſ.* 61. *in* 2. *vol.* Bart. *conſ.* 175. An contra vniuerſitatem procedatur ad ſecundum decretum, vide *l. ſi finita, §. Iulia.* D. *de dam. inf.*

l. Si municipes. 2.

In ſumma nota in hac lege, ꝙ actor vniuerſitatis nõ dicitur actor ſingulorũ, & is præcipuè cogitur ciuitatẽ ſolã defendere, ſic etiam vaſallus vniuerſitatis, nõ dicitur vaſſallus ſingulorũ: quoniã vniuerſitas vna perſona cenſetur, *vt notat hic Bald.* nec habetur loco perſonarũ ſingulariũ. Bart. *in l. aut facta. §. fi. in* 1. *col.* D. *de pœn.* vnde notant, quod teſtis in cauſa vniuerſitatis, is etiam eſſe poſſit, qui eſt ex ipſa vniuerſitate, qua de re vide Lanfranc. *in praxi. c.* 8. *de teſtib. num.* 70. Socin. *reg.* 408.

l. Nulli.

Digitized by Google

l. Nulli. 3.

Concordat cum hac lege Gloſſ. *ſuper verbo non inuenitur, in cap. 2. ex. de tranſlat. epiſcop.*

Cum duæ partes, vt actus valeat, quot & quæ neceſſaria ſint, vide Cæpo. *in cautum* 2. 9. vide Felin *in cap. cum omni. ex. de conſt. & in c. eam te, verſ. actus, ex. de reſcrip.* & alia in materia, vide Bart. *in l. quod maior. D. ad municip.* Franciſcus Marcus *Penſion. quæſt. 367. folio 95. numero 3.*

¶ An agens contra communitatem, petere poſſit, vt ciuitati conſtituatur ſyndicus, & cogatur ad hoc, vt ſententia valeat, vide Bar. *in l. 1. Cod. libr. 11. de iure Reip.* An, quando, & qualiter Syndicus dicatur rectè conſtitutus, vide glo. *in l. aliud, §. refertur, D. de reg. iur.* an & cui æquiparetur vniuerſitas, vide *hic Bartolum.*

l. Planè vt. 4.

Collige ex hac lege, quòd electus numeratur in numero eligentium: atqui ſeipſum nemo eligere poteſt, vt optimè notat hic Gothof. Sed ad huius argementi ſolutionem, vide Bart *in l. ab omnibus, §. 1. D. de leg. 1.* Guil. de Cug. *in l. fin. ſupra de off. preſid.* Roma. *ſing. 44.* hanc etiam quæſtionem optimè Albericus explicat hic.

l. Illud notandum. 5.

Vocem interponere poteſt pater pro filio, & frater pro fratre. ratio eſt, quoniam patria poteſtas non attenditur.

¶ An etiam patronus poſſit ſeipſum præſentare, vel filium, vide Abbat. *conſ. 96.*

¶ Huius autem legis ratio eſt, quoniam in priuatis negotiis, pater filium, vel filius patrem iudicem habere poteſt, & ait l. *in priuatis 77. D. de iudic.* vbi dicemus.

¶ Suffragium dicitur illa ſcriptura, quam quis facit cum de aliquo eligendo conſentit, vt optimè notat hic. Accurſius, fiebat etiam voce ſuffragium, & hoc erat magnificentius. porro referátne ſuffragia, voce nuncupari, aut tabella occultari, diſputat plurimis iiſque elegantiſſimis verbis, Tull. *lib. 3. de legib.* quæ res fuit olim ſeditionibus popularibus iactata vexatáque.

¶ An præſtet electionem fieri ſorte, an ſuffragiis, diſputatur pluribus altercationibus inter N. Eprium & Heluidium Priſcum apud Cornelium Tacitum *lib. 20.*

¶ Et ſuffragiorum author quis fuerit, vide hiſtoriam fori Romani *lib. 5. cap. 8.*

l. Item eorum. 6.

¶ Municipij perpetua conſuetudo appellatur, id eſt conſuetudo ſpecialis, quæ vincit legem eo loci in quo recepta eſt, ſic etiam generalis, generalem vincit legem.

§. Si decuriones. 1.

Ait hoc. §. Paulus decuriones eligere poſſe, vel etiam alij electionem committere, vnde quod fit ab eo qui habet authoritatem, videtur factum ab eo qui conceſſit authoritatẽ, quod notat Ioan. Andr. *in cap. is cui. de praben. in 6.* adde quod voluit Roman. *conſ. 116.* an & qui ſint, qui poſſint committere, *vide hic Bart.*

¶ Perperam notat hic Accurſ. Duumviros minorem gerere honorem quàm decuriones. hoc enim falſum eſt. Nam duumviri in municipiis id erant quod Romæ conſules, Decuriones verò erant quaſi Senatores.

¶ Præterea in fine huius §. notabis paria eſſe per ſe facere, & alteri committere. & facit ad hoc *l. cum eſſent, §. fina. D. de ſeruit. ruſtic. præd.*

¶ An decretum iudicis cadere ſuper certo debeat, & quare actor dari non poſſit ad lites futuras, *vide hic Bald.*

¶ Actor conſtitutus ſimpliciter ad lites, intelligitur ad præſentes, non ad futuras.

§. Quid ſi actor. 2.

Decretum reuocari poteſt per contrarium decretum, ſiue per prohibitionem, vt notat *hic Bald.* ¶ Vnde notabis quod non ſufficit factum niſi duret factum. ¶ An autem actor conſtitutus à tutore cum conſenſu pupilli, poſſit per ſolum tutorem reuocari, vide Iul. *in l. ſi quis mancipiis, §. ſi impubes, D. de inſt.* hac de re plenè notat Bar. *in l. 1. D. rem rat. hab.*

¶ Comparatur autem decretum ſententiæ, non per omnia: *vt notat hic Albericus.*

¶ Differt etiam decretum principis à decreto magiſtratus. nam principis decretum cauſam quocumque tempore exortam dirimit at magiſtratus decretum eam tantum de qua agitur, ac interdum ne eam quidem ſi interceſſerit appellatio.

¶ Præterea decretum ſic definitur, vt ſit ſententia principis inter duas partes, de quarum ipſe cauſa cognoſcit, & iudicat pronuntiata.

§. Actor vniuerſitatis. 3.

¶ Dicitur autem hic, quod actor vniuerſitatis defendere tenetur: ſed non de rato cauere, niſi dubitetur de mandato: ratio eſt quoniam actor vniuerſitatis experitur tantum pro eo qui mandat, id eſt pro ipſa vniuerſitate: ſed actor tutoris experitur nomine eius à quo non habet mandatum, hoc eſt à nomine pupilli. ¶ An & quis iuret de calumnia. An actor cauere debeat iudicatum ſolui, præter hic dicta à Bartolo, vide Speculat.

Digitized by Google

in tit.de ſatiſdat.§. expedito, verſ.actor.& quod not. gloſſa *in §.ſin autem,in verbo quibuſdam, Inſt.de ſatiſdat.*

¶ Si contentio eſt inter vniuerſitatem, & rectorem, an & qualiter conſtituatur hic Syndicus.

¶ Et an nomina conſtituentium inſeri debeant in mandato, ſeu in inſtrumento Syndicatus,declarat hic Bart.

l.Sicut municipium.7.

Quid negotium publicum. Publicum impropriè dicitur, quod eſt alterius ciuitatis quàm Romanæ. qua de re vide l.*cum qui vectigal.6.& ſeq.D.de verb.ſig.*

¶An ſinguli de vniuerſitate conueniri poſſint,pro debito vniuerſitatis.vide Inno.*in ca. humilis,ex. de maior.& obed.*

¶An iuriſdictio in ſingulos poſſit exerceri,vide Innoc.*in c.dilectus,ex.de capel.*

¶ An ad mandata directa collegiis poſſint ſinguli compelli,vide *cap.eam te,ex.de reſcri.*

¶An vniuerſitas teneatur ex delicto præſidētiū, vel adminiſtratorū, not. Old.*conſ.06.*

§.Si quid.1.

Si quid debeatur vniuerſitati,ſingulis non debetur,ſic etiā quod debet vniuerſitas, ſinguli non debent.

¶An autem & quomodo vniuerſitas teneatur ex delicto ſingulorum, adde præter gloſſam hic Albericum *in l. metum,§. adminiſtratione, infra quod met.cau. Bart.in l.aut facta,D. de pœnis.*

¶Separata autem ſunt ea quæ vniuerſitatis ſunt à publicis,quamuis &hæc ipſa vniuerſitatis ſint, l.1. *D.de rer.diuiſ.*nimirum,quia publica non ſunt in patrimonio populi.*l.14.D. de adquir.rer. domin.* vniuerſitatis autem quæ ſunt in patrimonio populi habentur, vtraque tamen ſunt in vſu publico, & ſeparanda ſunt ab his quæ ſunt in patriminio fiſci, quæ non ſunt in vſu publico, l *pacta, §.vlt. D. de contrah.emp.*ac præterea publica communia ſunt, omnium hominum: vniuerſitatis verò communia tantum ciuitatium, illa iuregentium vſibus omnium, hæc iure ciuili vſibus ciuitati deſeruiunt,l.2.§.1. *D.ne quid in loco publi c.*& de his optimè Cuiac.*in initio tit.Inſt.de rer.diuiſ.*

§.In decurionibus.2.

Vniuerſitas ſemper remanet,licet perſonę mutentur,vt optimè notat.l.85.D. *de ver.ſig.* & quod magis eſt, ſi vnus ſolus ex vniuerſitate remaneat ius & nomen vniuerſitatis conſeruat: vniuerſitatis nomen in vno retinetur,licet per vnum ab initio conſtitui non potuerit:ſed per tres:Hinc conſtat vniuerſitatem ſolui, ſi nullus ex ea vniuerſitate remanſerit,ſecus ſi vnus.

¶*Cum ius omnium in vnum reciderit.*Facit ad hoc gloſſ.*in verbo pauciores,in cap.2.ext.de poſtul. prel.* quæ gloſſa ad hoc allegat hanc legem.

¶Ex quot conſtituatur populus,vide Gloſſam *in cap.1.ex.de elect.*

¶Quot homines gentem faciant.& an collegium remaneat in vno,vt vniuerſitas:prȩter hic dicta à Bar.vide Innoc. *in cap.cum in iuncto,D.de oper.nou.nunt.* & adde Barto.*in l.ſi grege,D.de leg* 1.

¶ An vnus ſolus qui remanſit, conſtituere poſſit Syndicum, & quid ſi nullus remanſit: declara vt per Bart.hic:facit *Inſt.§.ad quæſtiones,* de quibus per doctores in *l.ſi grege,D.de legat.*1.

l. An ciuitates.8.

¶ An quando quis vult citare vniuerſitatem,cogatur citare Syndicum, & qui ſint modi citandæ vniuerſitatis, declarat Bart.*in* l.*non poteſt,D.de reg.iur.*

¶ An cogi poſſit vniuerſitas ad reſtituendum Syndicum, vel procuratorem, *vide hic Bald.*

¶Nota hic,quòd ſi non reperiuntur res mobiles & immobiles, peruenitur ad nomina debitorum, hoc eſt, ad actiones debitorum, ſic etiam nomina debitorum omnium rerum quę vſu tolluntur, vel minuuntur appellatione veniunt, l.3. D.*de vſuf.ear.rer.quo vſu conſum.*

¶ Vniuerſitas quemadmodum & quo ordine cogatur iudicatum facere,vt in eam fiat ſententiæ executio, vide l.*à Diuo Pio,§.in vēditione.D.de re iudic.*

l. Si tibi.9.

Hoc vult hæc lex, quod contra ciuitatem, vel municipium agi poteſt diuiſorio iudicio,vt optimè notat hic Bald.

¶ Vnde collige hic quod vniuerſitas teneri poteſt iudicio familiæ erciſcundæ, communi diuidundo,& aquæ pluuiæ arcendæ.

¶*Cum municipibus.*Propriè municipes dicebantur, qui in ciuitatem Romanam recepti munerum participes fiebant. Municeps eſt, vt ait *Ælius Gallus* is qui in municipio liber natus eſt,item qui ex alieno genere hominū munus functus eſt, item qui in municipio à ſeruitute ſe liberauit à municipe.Municipes etiam erant, qui ex aliis ciuitatibus Romam veniſſent, quibus non licebat magiſtratum capere, ſed tantum muneris partem, dicuntur autem municipes quod munera ciuilia capiant, vnde dicti quod vna munus fungi debeant,vt teſtatur Varro *lib 5.de ling.Latin.* hine abuſiuè municipes dicimus, cuiuſcunque ciuitatis ciues, vt teſtatur Vlpian.*in* l.1.

D.*ad*

Digitized by Google

D. *ad municip.* vbi plura dicemus.

Tit. 5. De negotiis geſtis.

De materia iſtius textus & de forma libelli. vide Iaſo *in §. actionum. Inſtit. de action.*

¶ An ſi negotium ſit commune plurium, & negotiorum geſtor non gerat, niſi contemplatione aliquorum, an inquam, aliqua competat actio negotiorum geſtorum, vide Angel. *conſ.* 229. Rom. *conſ.* 436.

¶ Quod negotiorum geſtor repetat expenſas, licet in geſta ſortiat malum finem, modo fuerit bene cœpta. vide Barb. late *conſ.* 46. *vol.* 4 *in* 1. *dub. & conſ.* 71. *in* 4. *vol.* Harmo. *lib.* 5. *tit.* 11. Paul. 1 *ſentent. tit.* 4

l. Hoc edictum. 1.

In hanc legem Vitalis *lib.* 1. *Variar lect. c.* 10.

l. Si quis abſentis. 2.

¶ Vide Ioh. Fabr. aſſig ration. ad illum textum. *§. illud. Inſt. de ſociet.* Alex. *c.* 1. *ſ.* 8.

l. Ait prætor. 3.

¶ Actio negotiorum geſtorum eſt prætoria, licet quidam contradicant, qua de re *inſ. ſed iſta. Inſt. de action* Iohan. Andræas *in arbore actionum.* Roffredus *in libello*, ciuilem eſſe ait, Iacob. de Rauen. Pet. Cynus. *Ant. Fab. lib.* 4. *coniect. cap.* 7.

§. Negotia. 2.

Negotia accipe, ſiue vnum ſit negotium, ſiue ſint plura, pluralis enim ſermo reducitur ad ſingularem, qua de re plenius, vide hic Albericum, *cap. pluralis locutio* 40. *ex. de reg. iur. l. qui concubinam. §. ſi Stichus.* D. *de leg.* 2. adde Ange. Aret. *Inſt. de iure perſon. in prin. coll* 1. Felin. *late can. omnes leges.* 1. *diſtinct. in princip.*

¶ Nota autem hic quod quando aliquid per ſtatutum inducitur, propter legem, puta nouum delictum vel pœna, verificatur etiam in ficto, ita eleganter ait Iohan. And. *in ca. ſi. ex. de conſuetud.*

¶ Quod verba ſtatutorum intelligantur largè, & in propria ſignificatione, quando ſtatutum eſt fauorabile, licet ſit ſtricti iuris, vide Iaſ. *in l. qui ſe patris. C. vnde liberi*, vide eundem *in l. venia.* ff. *de in ius voc.* verum quando ſtatutum pœnale eſt, extendi etiam poteſt, quoniam fauorabile eſt, *vt in l.* 2. *§. parentes.* D. *de in ius voc.*

¶ Quod ſtatuta non trahantur ad caſum fictum, & quomodo, vide Aret. *in l. lege Cornelia. in* 2. *notab. infra de teſtam.*

¶ Vide aliquas quæſtiones circa hoc, *in l. Gallus. §. quid ſi is.* D. *de lib. & poſth.*

¶ Denique quod ſtatuta ſtrictè interpretari oporteat, vide Cæpo. *in conſ.* 24. *ad finem.* ſunt & aliæ plurimæ quæſtiones quæ hic paſſim à doctoribus explicantur, quas breuitatis cauſa omitto.

§. Alterius. 3.

In hunc §. vide Cuiac. *lib.* 12. *obſ. cap.* 7.

§. Pupillus. 4.

Ad intellectum huius §. vide Cuiac. 24. *obſer.* 7.

¶ Obiter autem notabis hic, quòd ſi pupillus negotia geſſerit poſt reſcriptum diui Pij, conueniri etiam poſſe in id quod factus eſt locupletior, & ſi quid dolo fecerit, in reſcripto hoc Diui Pij continetur *in l.* 3. D. *commodati.*

¶ An autem locupletari cum aliena iactura & dolum admittere paria ſint, quærit hoc loco gloſſa: ſed de hac re vide *l.* 1 *§. an in pupillum.* D. *depoſiti. l. reſcriptum.* 12. *§.* 1. *ſi aliena res.* D. *de diſtract. pignor.*

¶ De hac regula quod locupletari nemo debeat, videnda *lex locupletari.* 47. *ex. de reg. iur.* qua de re optimè Dynus in illa regula.

¶ Quod autem locupletari cum aliena iactura non videatur, qui cauſam lucratiuam habet, optimè Dynus *in l. Ratum* 9. *D. de reg. iur. num.* 12. & locupletiorem quem factum fuiſſe ex aliena iactura probare quis debet, vt optime notat Bald. *in l.* 1. *C. ſi aduerſus credit. & in l. prædiorum. Cod. de præd. minor.* ſic etiam locupletari proprietarius cum damno fructuarij non debet, vt ait *lex inutilium.* 69. D. *de vſufructu.*

§. Hæc verba. 6.

In hunc §, Vitalis *lib* 1. *varior. cap.* 1.

¶ Statuta verè & propriè ſumenda ſunt, nō autem fictè, ſeu impropriè, aut ad caſum fictum extendenda.

§. Hæc autem actio. 7.

Actio negotiorum geſtorum, cum ex negotio geſto oriatur, datur hæredi & in hæredem, *vt. Cod. h. t. l. curatorem.* 6.

§. Si executor. 8.

Vitalis *d. loco c.* 12. Executor tenetur in ratione doli in exequendo commiſſi.

¶ Executor an & quo caſu teneatur, vtili negotiorum geſtorum actione.

¶ An executores qui delinquunt in officio, puniri poſſint à iudice ex eius officio.

¶ An & quo caſu executor litem ſuam faciat, vide hic Bald.

§. Interdum. 9.

In negotiorum geſtorum actione, dolum ſolummodo verſari, optimè tractant Doctores noſtri *in l. Quod Nerua.* D. *depoſ. Paulus lib.* 1. *ſententiarum. Tit.* 4. *§.* 1.

§. Hac actione. 10.

Actione negotiorū geſtorum tenetur, nō ſolum is qui ſponte, & nulla neceſſitate cogente immiſcuit ſe negotiis alienis, & ea geſſit. verū etiā is qui aliqua neceſſitate vrgēte,

Digitized by Google

vel neceſsitatis ſuſpicione geſsit. vnde quęritur hic, vtrum hic qui putat ſe tutorem, & non eſt, gerendo tamen, teneatur actione negotiorum geſtorum, qua de re vide *l. armata, & ibi Gloſſ. Cod. qui dari tut. poſſ.*

§. Apud Marcellum. 11.

Huius §. quæſtio eſt, an actio negotiorum geſtorum, ſimul cum actione mandati concurrere poſsit, & reſpondet Marcellus nos vtraque actione vti poſſe, cui coniunge *l. ſi negotium. 16. C. h. t.* vbi eadem eſt quæſtio.

l. Sed videamus. 4.

¶ Fideiuſſor negotiorum geſtorum agere poteſt, niſi donandi animo fideiuſſerit. nota tamen hic fideiubere ſine mandato licere, quod debitoribus fraudi eſſe poteſt, quorũ intereſt non vexari ab huiuſmodi fideiuſsionibus.

l. Item ſi. 5.

Quia tam re quàm voluntate geritur negotium, error non omnino infirmat quod geritur vtiliter, *tit. de leg. Inſtit. §. ſi rem.* cùm alioqui quod ex ſolo animo pendet, falſa opinione vitietur, *l. is qui. D. de adquir. hæred.*

§. Sed et ſi. 1.

Si cum putaui Titij negotia eſſe, cum eſſent Sempronij, geſſi: ſolus Sempronius mihi actione negotiorum geſtorum tenetur, vnde nota hic quod negotium alicuius dicitur cura & ſolicitudine, vt optimè notat hic Gloſſ.* Vide Albericum hic.

l. Si pupilli. 6.

In hanc legem, vide *Repet. doctor. fol 77. nu. 54.* nota hic quod negotia gerens aliena mãdatu alterius, mandantem ſibi obligatum habet, non negotiorum geſtorum actione, ſed mandati.

§. Item ſi procuratori. 1.

An procurator qui per ſtipulationẽ promiſit, teneatur actione negotiorum geſtorum, an quando aliquis contrahit nomine alieno, vel ad alterius vtilitatem, obligetur ipſe contrahens tantum, an dominus tantum, an vterque.

§. Sed & ſi quis. 3.

In hunc §. vide Molineum *in conſuet. Pariſien. §. 1. in gloſſ. num. 89.*

§. Sed ſi ego. 6.

Ad intellectum huius §. videatur Benedict. Capr. *in reg. concluſ. 54.*

§. Item quæritur. 9.

Actio negotiorum geſtorum vnde oriatur quãdo, & quot eorum genera, vide hic apud Bart.

§. Idem ait. 10.

Ioan. Robert. *lib. 2. recept. ſenten cap 6.* Nota autem hic quod ſecundum leges actio proponenda eſt, quia nemo ſine actione experitur, *vt l. 1. D. de eden.*

l. Quia tantum. 7.

¶ Allegatur quotidie hæc lex, propterea quod ponitur ratio hic, quare veniant vſuræ ex mora.

l. Pomponius. 9.

Difficilis ſanè exiſtimatur hæc lex, ideò optimè eam explicat Bart. hic.* Ant. Fab. *lib. 6. coniect. cap. 10.*

l. Sed an vltro. 10.

Cuiac. *lib. 17 obſ. cap. 39.*

l. Si negotia. 11.

Gabriel Mudæus *in l. qui admittitur num. 9. D. pro ſocio.*

Quando procedat hæc lex, Cagnolus *de reg. iuris num. 2. fol. 7.*

l. Debitor. 13.

Curator datur hæreditati iacenti. cõcordat & facit textus *in l ſi quis inſtituatur. D. de hæredit. inſtit.* Datur etiam curator bonis abſentis.

l. Si filiusfamilias. 14.

In hanc legem, Cuia 13. *obſ. 7.* Contra iſtã legem oppo. *d. l. 3. §. ſed ſi alius. de pecul.* vbi Iuriſconſult. facit differentiam inter filium ex vna, & ſeruum ex altera, quando obligentur extra cauſam peculiarem: hic autem parificãtur. Secundo oppo. *d. l 1.* ponderando verba edicti *de peculio*, quæ non conueniunt legi noſtræ, quoniam is, cuius negotia geſta ſunt, non geſſit aliquis cum filio vel ſeruo.

l. Pomponius. 15.

Explicatur hæc lex à Bart. & Bald. hic.

l. Sed & cum. 16.

Vide Iaſ. *Inſtit. de act. §. omnium in 1. col. in ſ. cum ſeq.*

l. Eum actum. 17.

Vide ſimilem textum *ex. de ſpur. cap. ſacris*, vide etiam Innocent. *ext. de hæret. cap. fraternitatis.*

l. Atquin natura. 19.

Natura ſeruus obligatur, etiamſi nihil in peculio habeat.

§. Scæuola. 1.

Coniunge *l. 1. §. 12 infra de variis & extraord. cognit.*

§. Si libero. 2.

Congruit

Digitized by Google

Congruit cum hoc §.l. 54.§.3.D.*de acquir.rer. dom.*

§.Cum me abſente.3.

Ad hunc §.Cuiac.13 *obſer.cap.*16.ſingulare autem eſt, vt ad vſucapiendum non ſufficiat ab initio bona fides, niſi perſeueret, dũ compleatur longa poſſeſſio, *l.vnic.C.de vſuc.tranſ form.*quia vtiliter gerere non videtur, qui vſucapionem non impedit, vt qui à ſeipſo non exigit, *l.5.in fi ſupra e d.*

§.Non tantum.4.

Harmenopulus.*lib.*5.*ti* .11.§.64.

l.Sin autem.20.

Vitalis *lib.1.variar.lect o.cap.*13.

l.Nam & Seruius.21.

De obſidibus, vide glo.not.*extr.de iure iur. cip.ex reſcripto.** Anton.Faber.*lib.*11.*Coniecturarum cap.7.*

¶ Quomodo intell.*nu.* 110 *fol.* 117. Cagnol. *de reg.iuris.*

l.Nam & Seruius.21.

Vide *l 5.Cod.de poſthumis.*

§.Qui negotia.1.

Actio ſemel adquiſita contra hereditatem non mutatur, poſtea ob conditionem hæredis.

l Siue hæreditaria.22.

Culpa dicitur eſſe vitium, & ſic non ſolùm dolus eſt vitium, ſed & ipſa culpa: hoc audito, quod male facere eſt culpa, *l. fin.& ibi Bald.Cod.mand.*

l. Si quis negotia 23.

* Hermenopulus.*lib* 5.*tit.*11.§.63.

l.Si ego.24.

Gilbertus Regius *lib.*2. *ἐναντιοφ. cap.*20. vide Caſtrenſ.poſt groſſ.& Bart.*in l.qui mihi donatum de donat.*

l.Cum alicui.26.

Loriottus de tutelis *axioma*.35.*&* 39.

l.Ex duobus.27.

Coniũge *l.tres fratres.D.de pactis*, quod autem ſequitur *ſua ætatis*, deſignat maiorem 25.annis, pro quo tamen reponunt alij *iuſtæ ætatis*, vide Briſſon.*lib.3 ſ lect.antiq.cap.*2. Cuiac.*lib.6.obſer.cap.* 3. vide Bart.*in auth.hac ita. in 6.quæſt.in princ.*

§.Titium.1.

*Pietate erogata non repetuntur.

l.ſi quis mandata.28.

* Iunge *l.vlt. D.de contrariis tutelis.*

l.Ex facto.30.

Loriottus *de tutelis.axioma* 32.*Ant.Fab.*lib.* 11.*Coniecturarum.ca.7.*

l.Liberto 31.

¶ Pro intellectu huius legis, vide omnino quæ notat Innocent. *ex de fideiuſſor. cap. quod quibuſdam* Congruit autem cum hoc reſponſo, *l.vlt.Cod.de inſtit.actio.l.actori.C.de reb.cred. l.is cui.§.quar.D.vt in poſſ.lega.*

¶ Actio inſtitoria, vel quaſi inſtitoria dicitur adiectio, ſiue appellatio, quæ cuilibet accommodatur actioni legitimæ & honorariæ, vt inſtitoria actio mandati, inſtitoria actio ex empto, & in hoc propoſito actio vel quaſi inſtitoria negotiorum geſtorum *l.pen.in prin.* D.*de inſt.act.*

§.Inter negotia.1.

¶ Huius reſponſi ratio hæc eſt in gerendis negotiis, Sempronij etiam negotium Titij geſſi ignorans, quod forte permixtum erat rebus Sempronij, ſed putaui tãtum me gerere negotia Sẽpronij, cum partim eſſent Titij, quæritur hic an Sẽpronio tenear actione negotiorum geſtorum, non tantum ſui: ſed etiam Titiani negotij nomine? & ſanè Titio teneor, quamuis non eius cõtẽplatione negotium geſſerim, quoniam re ipſa negotium eius geſſi: teneor, inquã, Titio vtili actione, ne ſcilicet in damno Titius verſetur, & vice verſa etiam mihi tenetur Titius actione vtili negotiorum geſtorum, quia æquum eſt ne verſer in damno, qui reipſa negotium Titij geſſi: quod ſi Titio teneor, conſequens eſt & viciſſim, vbi cauſa ſubeſt Titium mihi teneri eadem actione, idem etiam eſt *in l. 6.§.ſi Titij ſeruum.h.t.*

§.Litem.2.

¶ Si reus litem conteſtatam deſerat, neque edictis, aut iudicis litteris vocatus ad iudiciũ adſit, peracto illo ordine edictorum, vel litterarum, vel denuntiationum, quibus denuntiatus & euocatus eſt, ſi non pareat, ſi non adſit iudicio, contumax dicitur, quod contemnat authoritatem iudicis, quem ſemel adierat, & apud quem litem inchoauerat, vt loquitur iuriſconſultus *in l. contumacia.* §. 1. *D de re iud.* qui fruſtrator hoc loco dicitur à Papiniano, id eſt contumax, quia fruſtrandi tantum actoris gratia iudicio abeſt, ne ſcilicet poſſit actor litem ad exitũ perducere, *l. vl. ſupra de procur.* putat enim litẽ nõ poſſe ad exitum perduci, niſi vtraque parte præſente vt cauetur lege duodecim tabularum, ne cuiquam lis addicatur niſi vtraque parte præſente.* Cuiacius *lib.* 9 *obſer.c.* 12.

§.Qui aliena.3.

¶.In hunc.§.Cuiac.*lib.* 11.*obſ.cap.*9.Ex hoc autem.§. tantum intelligimus, negotiorum geſtorum debere vſuras pecuniæ debitæ ob

Digitized by Google

cauſam adminiſtrationis, quas percepit, vel precipere potuit. Eam vero dumtaxat pecuniã deberi, ac proinde tantum eius pecuniæ vſuras præſtari, quæ deductis neceſſariis impẽſis ſupereſt, quos negotiorum geſtor fecit in rem alienam, quod ait Papinianus hoc loco, *purgatis neceſſariis ſumptibus*, id eſt purgatis rationibus, *vt in l. pẽ. Cod. de bon. proſcrip.* & apud Suetonium *in Caligula*, decimo quoque die ſe rationes purgare dicebat. verum addo purgari etiam debere ſumptuum vſuras, quoniam hę etiam veniunt in iudicium contrarium negotiorum geſtorum, *l. ob hoc negotium Cod. h. t.* Harmenop. *lib. 5. tit. 11. §. 65.*

§ libertos. 4.

¶Papinianus hoc §. ponit, libertos teſtatorem rogaſſe hæredem per fideicommiſſum dare ducenta libertis ſuis ad ſumptũ extruẽdum monumenti, libertos autem impẽdiſſe trecenta, quod fortè minori ſumma extrui non poſſet monumentum pro dignitate patroni. Quęritur nũc, an id quod amplius expenderunt, recuperare ab hærede poſſint actionę negotiorum geſtorum, veluti hæręditati negotio geſto: *vt l. hereditas in fi. D. de petit. hered*, & ait libertos neque iudicio negotiorũ geſtorum petere poſſe, quod amplius erogarunt in extruendo monumẽto, neque iure fideicommiſſi.

¶*De iure fideicommiſſi*. Omnes alij libri habẽt rectè. *Nec iure fideicommiſſi.* Florẽtini malè. *De iure fideicommiſſi*, cum dicat, ſi quid amplius fuerit erogatum, iudicio negotiorum geſtorum ab herede non rectè petetur, nec iure fideicommiſſi, rationemque addit quæ communis eſt, id eſt quæ vtramque actionem excludit, & negotiorum geſtorum, & fideicommiſſi, quoniam ſcilicet voluntas teſtatoris finem erogationis fecit.

§. Tutoris. 5.

Huius §. quæſtio eſt, tutor pupilli qui hæres extiterat patris qui quidem pater tutelã cuiuſdam pupilli cũ moreretur, adminiſtrabat, is inquam tutor non tantũm negotia pupilli ſui geſſit: ſed etiam eius negotia, cuius tutelam pater pupilli ſui cũ moreretur, adminiſtrabat. Quærítur an ex hoc facto tutoris pupillus, paterno pupillo teneatur, qua in re reſpõdet Papinianus eũ non teneri, ratio eſt, quoniã pupillus paterno pupillo nõ tenetur ſed ſolus tutor qui geſſit ſuo nomine, tenetur iudicio negotiorum geſtorum, nõn pupilli ſui nomine, quia pupillus ipſe nihil geſſit in rebus pupilli paterni, nec gerere quidquam potuit, aut debuit. atqui adeo nec explicare potuit, aut debuit, quæ pater inchoauerat in rebus pupilli ſui, *l. 1. ff. de fideic. lib.* quod pupillus ipſe explicare nõ debuit, ergo nec tutor eius nomine debet, vt cum non ſe obligauit.

§. Quamquam. 6.

Fœmina nec ſui filij impuberis tutor aut curator eſſe poteſt, niſi hoc ſpecialiter à principe impetrauit, *l. vlt. ff. de tutel.* vel niſi certis cõditionibus: hodie ex conſtitutione Valẽtiniani, *l. 2. Cod. quan. mul. tut. off. fun. poſſ.* at regulariter mater nec filij ſui tutor eſſe poteſt, negotia tamẽ eius adminiſtrare nõ prohibetur. negotia eius adminiſtrare poteſt, nõ tamẽ temerè aut paſſim, ſed ſi fortè pater ea ex teſtamento commẽdauerit, aut commiſe matri, vt fit plerumque pietatis materne fiducia, at tutorem aut curatorem teſtamento dare pater non poteſt. negotia tamẽ filij communis eis committere, & iniũgere potuit, alioqui mater non habet ius adminiſtrationis in reb⁹ filij ſui impuberis, *l. filia. in fi. D. de ſolut.* ſed ex ſuprema volũtate patris habet ius adminiſtrationis rerum filij, denique inter matrem & filium non poteſt eſſe iudicium tutelæ vel curationis.

§. Vno deffendente. 7.

Huius §. vltimi ſpecies hęc eſt, lis eſt de ſeruitute aquæ hauriendę, vel ducendæ, quę eſt communis mihi, & tibi quia debetur fundo communi mihi & tibi, tu eam litem deffendiſti ſolus aduerſus vicinum, & affinem qui negabat eam ſeruitutẽ deberi. & cauſam obtinuiſti, tu igitur negotium commune geſſiſti, quæritur an ſumptus in litem factos, neceſſario & probabiliter à me repetere poſſit, pro parte negotiorũ geſtorum iudicio. nam in hac actione veniunt tantum ſumptus neceſſarij & probabiles, vt vidimus ſupra *in §. qui aliena*, at videntur in hac ſpecie nõ venire ſumptus quos tu in eam litem feciſti, quia ſententia dicta eſt tibi, qui cum litem feciſti, id eſt deffendiſti, non mihi qui ceſſaui: ergo nõ videris geſſiſſe rem communem: ſed hoc Papinianus negat, quia non dicta eſt tibi ſententia: ſed fundo cõmuni, cui debebatur ſeruitus aquę, nõ tibi, vel mihi, & ratione fundi viciſti, non minus mihi quàm tibi viciſti, *l. eos §. ſi fund. D. ſi ſer. vin.* ergo ęquũ eſt litis ſumptus eſſe cõmunes, quia victoria eſt eorum.

l. Fideiuſſor. 32.

Libellus dicitur fruſtratorius, quando actio inepte eſt propoſita, & ex tali libello nõ rite concepto debet ſequi ſententia abſolutoria. adde *l. 3. C. de interd.*

§. Ignorante. 1.

Paulus *lib. 1. ſententiar. Tit. 4. §. 4.*

l. Neſennius. 34.

Is fuit Iuriſconſulto Paulo familiaris, *l. Neſennius. D. de re iud. Bal. Nouum tr. de dote. p. 6.*

Digitized by Google

l.Si liber homo.36.

Liber homo qui mihi bona fide ſeruiebat, cùm rem meam ageret, mutuam pecuniam ſumpſit ſuo nomine, eámque vertit in rem meam, quæritur cognita conditione ſua, ſtatu ſuo, ſi vindicauerit ſe in libertatem, qua actione eam pecuniam ei reddere debeam quam ipſe debet creditori: neq; enim teneri eo nomine videor actione contraria negotiorum geſtorum, quamuis eam verterit in negotia mea, quia non quaſi amici, vt ait, vt procurator voluntarius, qui & amicus voluntarius dicitur à Cicerone *pro Cecinna*, cui propriè competit actio negotiorũ geſtorũ, nõ inquam quaſi amici: ſed quaſi domini negotiũ geſſit, non ſua ſpõte omnino: ſed quaſi ex neceſſitate ſeruili, ideóque videbatur ei non eſſe dandã actionẽ negotiorũ geſtorum, at nihilominus Paulus cenſet dandam ei eſſe actionem negotiorum geſtorum, ſi non directam, attamen vtilem, vt rectè Odofredus ſentit hic, qua, ſcilicet eam pecuniã recipiat, cuius nomine obligatus eſt creditori, à quo mutuatus eſt non ſolui. Adde Bart. *in l. ſolutam verſ. venio. ff. de pignorat.*

Quaſi amici. Amici noſtri quidam plerumque ſunt, qui vltro nobis abſentibus, & ignorantibus ad negotia noſtra accedunt, eáque vtiliter, & fideliter adminiſtrant, *l. liberto.31. §. pen. h. t.*

l.Litis.37.

Coniunge *l.34. infrà de minoribus.*

§.Si pecunias.1.

Paulus *lib.1. ſententiarum Tit.4. §.3.*

§.Pater.2.

Hic §. ſumptus eſt ex Paulo *lib. 1. ſentent. Tit.4. §.7.*

l.Qui ſine.38.

Maximis vſuris. Vſuræ maximæ ſecundum Theophilum appellantur centeſimæ. *Inſt. de action. §. plus.*

l. Soluendo.39.

Inuitum & ignorantem ſoluendo eius creditori liberare poſſumus.

l.Si communes.40.

Ad not. per Bar. ibi, vide eum *in l. 4. §. Cato. in 12. & 13. col. de verb. oblig.* Ant. Fab. *lib.3. coniect. cap.2.*

l.Qui ſeruum.41.

Ratio huius legis eſt quia tale negotium tale verſatur circa perſonam ſerui.

l.Si ſerui.42.

De voce *Rogationis.* vide hic D. Godefredum.

l.Cum pecuniam 43.

Tractat hic I.C. de eo qui pro alio ſoluit, cui adde *l. vlt. in fin. infr. h. t.*

l.Is qui amicitia.44.

Si quis extraneus amicitia paterna ductus, quam, ſcilicet exercuit cum patre pupillorũ, aliquid impẽderit, in petendis tutoribus, vel curatoribus datis ſuſpectis poſtulandis. nam & hæc lis non agitur ſine ſumptibus, & ad hanc litem admittuntur quilibet extranei, qui ducũtur pietatis affectione, *l.6. C. de ſuſp. tuto.* & amici parentum defunctorũ: *vt ait l.2. D. qui pet. tuto.* an igitur, ſi quid extraneus amicus parentũ, vt pupillis de tutela proſpiceret aliquid impẽderit, an id ab eis repetet, quaſi negotio eorum geſto? minime, quia id geſſit non repetendi animo: ſed amicitiæ, & pietatis cauſa, & ita hæc lex debet declarari conſtitutione Diui Seueri, id eſt *d. l.1. C. eod.* ex quo apparet *in d. l.1.* affectionem domeſticam, accipi etiam pro ea quàm extranei habent erga familiam, vel domum aliquam.

l Quæ vtiliter.45.

Pro intellectu huius legis, iunge *l.41. infrà de don. inter. vir. & vxo.*

l.Mandaſti.46.

Cuiac. *lib.7 ad Africanum.*

l.Actio.47.

Ad ibi dicta per Gloſſam, vide aliam gloſſam ſimilem, & vide Bart. qui eas reprobat *in l. curatoris. C. de neg. geſt.* vbi gloſſ. *in l. ex legato nominis. C. de leg.* & per Iaſ. *Inſt. de action. in §. præiudiciales. in 12. col. num. 45.* Cuiacius.15. *obſer. cap.11.* Ant. Fab. *lib.5. coniect. cap.19.*

§.Nec refert.1.

Cuiacius *lib.15. obſer. cap.11.*

l.Si rem.49.

In hanc l. Cuiac. *lib.8. ad Africanum.*

Tit.6. De calumniatoribus.

In hunc titulum ſcripſit Turnebus *lib.8. aduerſ. cap.22.* de qua materia, vide Archidiaconum *1. q.1. cap. ſi.* Paul. *1. ſent.5.*

l.In eum.1.

Ant. Fab. *lib.6. coniect. cap.6.*

Pro his verbis CALVMNIAE CAVSA NEGOTIVM FACERET. Græci breuiter ita ſcripſerunt calumniandi cauſa, nam ſic Paulus 1. *ſententiarum* definit calumnioſum, quĩ ſciens prudens, negotium alicui comparat, hoc eſt, calumniator eſt, non tantum qui criminali: ſed etiam ciuili iudicio negotium alteri ſciens dolo malo comparat.

Digitized by Google

§. Hoc autem iudicium. 1.

Calumniator variis pœnis tenetur, hoc eſt, vel edicto de calumniatoribus, vel lege Iulia repetundarum, vel falſi, vel concuſſionis, vel lege Remmia.

§. Qui autem. 2.

Qui accepit pecuniam, ſiue ante iudicium, ſiue poſt iudicium acceptum, tenetur edicto de calumniatoribus.

§. Sed & conſtitutio. 3.

Huius meminit Vlpi. *in l. 2. D. de condict. ob turp. cau.* vult. autem hic §. quod qui corrumpit iudicem, vel aduerſarium, litem perdere debeat, quod tamen fallit ſi bona fide tranſigat.

Imperatoris noſtri. Antonini ſcilicet *in l. 1. C. de pœna iudicis, qui male iudicauit*, cuius inſcriptio hinc emendanda eſt.

Pecuniam dare. Si quis pecuniam, vel quid aliud iudici offerat, perdit litẽ ex ſupradicta conſtitutione Iuſtiniani, qua de re, vide Immol. *in l. Diuus. D. de re iud.* An autem liceat mihi aduerſarium meum corrumpere, vide Barto. *in l. 1. C. de pedaneis iudic.* An quando quis dedit iudici pecuniam verum lis perdatur ipſo iure, vel ſit neceſſaria ſententia: An quãdo procurator fuit corruptus, ſuccurratur domino etiam cõtra ipſum procuratorem, & quid in corrumpente aduocatum, dicẽdum ſit, vide hic Bart. An in cauſis criminalibus, liceat corrumpere aduerſarium, & an pecuniæ poſſint repeti, patet hic dicta à Bar. vid. Bal. *in l. 2. C. de abol. & in l. ſerui. C. de adul.*

§. Pecuniam autem. 4.

De pecuniæ verbo, & an latiſſimum ſit, prę ter hic ab Accurſio dicta, adde Gloſſam *in l. 1. in verbis* TVTELAM OCCVPASSE. *ſ. de offic. præf. vrb. & in §. ſed ſi quis. in verbo* REMITTITVR. *Inſt. de ſuſpect. tutor.* vide Bal. *in l. 1. Cod. de pœn. iud. qui male iud.*

l. Quinetiam. 2.

Nota hic quod ille qui liberat aliquem gratis, videtur donare, ita vt hęc donatio debeat inſinuari, facit *l. ſi quis obligatus. D. de reg. iur.*

§. Si igitur. 1.

Vide Forcatulum *dialog. 57. num. 4.*

¶ Iudex qui recipit pecuniam, vt barataret, (ita enim loquuntur barbarè barbari interpretes) punitur, etiamſi pœniteat, & vera baratatria eſt, quãdo aliquid datur iudici ne fiat iuſtitia, de quo vide Romanum *ſing. 328.*

¶ *Siue non fecit.* Conſtat ex hoc loco puniri propoſitum, licet non ſequatur effectus, hoc eſt voluntatem etiam ſine effectu puniri, quod verum eſt quando lex ſolum affectum ſine effectu cõſiderat, vide Bar. *in l. ſi quis leg. tũ. inf. de falſ.* vnde & illud optimè quæritur, an qui occidendi animo hominem vulnerauit damnandus ſit, lege Cornelia pro ſicariis, dãnandũ ſane ſcripſit Adrianus *in l. 1. §. diuus* * *illo titulo.* quod ratione quadã nititur, nimirũ quia res eſt ad actũ conſummationi proximũ deducta eſt, præterea qui vulnerauit, occidẽdi animo id feciſſe præſumitur, & delictũ præſertim in atrocioribus pro completo haberi debet, vt notat Bald. *in l. 1. num. 3. Cod. de adul.* Quãuis autẽ Salicetus exiſtimet, quod quãdo lex aliquẽ conatũ, punit ſicut effectum, tunc poſſe iudicem ex poteſtate ſibi à lege cõceſſa mitigare pœnam: ſed ad id non compelli. tamen in hac ſpecie ſemper in ea fui ſententia, & ſecundum quã ſæpiſſime iudicatum ſcio, vt exiſtimẽ non eſſe boni prouidique hominis, aut iudicis eum qui tantũ vulnerauit pro homicida dãnare.

§. Hoc edicto. 2.

Depectus is dicitur, qui turpiter pactus eſt, quaſi diceret, tenetur edicto de calumniatoribus, is qui depectus eſt.

§. Illud erit notandum. 3.

Sed ei dabitur petitio. Alias repetitio, quod cõfirmatur libro *Baſil.* vbi interpretatur Græc interpres actionem in factũ, *vt l. 7. infra. eo.*

l. In hæredem. 5.

Pro intellectu huius legis vide Ioannem Aurpachum, *lib. 2. epiſt. cap. 5.* collige autẽ ex hac lege quod actio de calumniatoribus datur contra heredem quatenus ad eũm peruenit, conſtitutum etenim eſt turpia lucra hæredibus extorqueri, licet crimina extinguantur: cõcordat cũ hac lege, *l. Gaius. D. ad S. C. Syllan.* in ſumma vult hęc lex, quod ex turpitudine, defuncti hęres lucrari non debet, & ſicut hæres non obligatur ad pœnam ex delicto defuncti ita pariter ex delicto defũcti lucrari non debet, & ideo tenetur de eo quod ad eũ peruenit: *vt h. tit. & l. hæredẽ. infra. de dolo.* idẽ ait textus *in l. quod diximus. §. fina. in l. quod aut. D. quod met. cauſ.* idẽ etiam in pupillo dicere poſſumus, qui ſicut non obligatur abſq. authoritate tutoris: ita pariter lucrari non debet, vnde etiã tenetur de eo, quod ad eũ peruenit, l. 1. §. 1. D. *de author. tut. l. ſi. C. de vſucap. pro emp. §. ſin autẽ. Inſti. quib. alie. lic.* idem eſt etiam in eccleſia & in bonæ fidei poſſeſſore, & quã plurimis aliis. * Ant. Fab. *li. 1. Coniect. cap. 12. & lib. 4. cap. 1.*

§. Sed etiam. 1.

In hunc §. vide Ioann. Aurpachum *lib. 2. epiſt. cap. 5.* ad cuius §. intellectum, ſciendũ eſt actionem de calumniatoribus, quantum ad ſimplum concurrere, cum condictione ob turpem cauſam, & vnam per aliam tolli, vnde no-

Digitized by Google

de notabis, quòd interdum cõdictio ob turpem cauſam competit cum actione in factũ ex hoc edicto, & tũc quæritur vtrum ob con dictionẽ ob cauſam tollatur actio in factum, hoc eſt, an tollatur in totũ, an in parte, an in ſimplo, an in nihilo, vt in furto.

l. Annus autem. 6.

In hanc legem Grammaticus *deciſion* 52.

¶ Diſcendũ ex hac lege, quod annus in actione de calumniatoribus cõputatur à die ſcientiæ, actionis autem quod metus cauſa annus ab initio vtilis eſt (vnde nõ currit ignoranti, qui experiundi poteſtatem nõ habet,) in ædiliciis vero actionibus ſex mẽſes omnino & paſſim vtiles, vt notãt hic Cynus & Raimundus, immo & hic & illic annus in totũ vtilis, vt Iacobus de Rauẽna exiſtimat.

Quia qui neſcit. Nota hic, quod donationes inſinuãdæ ſunt intra certum tempus, facit etiam hæc lex ad ſtatutum de Syndicis, vt maleficia intra certum terminum denuntient, de quo per Bald. hic, quod ſi donatio facta fuerit præſenti, ſtatim currit tempus: ſed ab ſenti al quo recipiente pro eo, currit à die ſcientiæ. idem etiam in inſinuatione teſtamẽtorum dicemus: vt ſupra dixi, vide de hac materia *can. anterioru*m. *c.* 2. *q.* 6.

l. Si quis. 7.

Actio de calumniatoribus competit danti non turpiter, & ei etiam ob cuius negotium datum eſt, licet ipſe non dederit.

¶ *Licet miſericordiæ cauſa*. Notandum, hic eſt aliquãdo repeti, quod pietatis cauſa datum eſt, ſi vel delictum, vel nulla beneficij ratio in accipiente fuit, l. 6. C. *de nuptiis*.

§. Si ſi vt filio familias. 1.

Huius §. ſpecies eſt. Dedi Seio decem, vt Semproniũ filiumfamilias accuſaret, dicitur hic quod patri Sempronij datur actio in factum in Seium, dicit etiam quod ſi Titius filiusfamilias accipiat pecuniam, vt alij negotium faciat, quod ipſe filiusfamilias tenetur.

§. Cum publicanus. 2.

Publicanus is dicitur qui publico fruitur hoc eſt, qui tributa, vel pedagia publica colligit emptores gabellarum publicanos appellat hic Bal.

l. Si ab eo. 8.

Actione de calũniatoribus tenetur, qui pecuniã accipit, vt deſiſtat ab accuſatione calũ ni oſa crimine non probato, vnde notat hic Bart. quod iudex qui cognoſcit de crimine, ciuiliter eo cõperto poteſt ex officio ſuo punire criminaliter, facit pro hoc, *l. diuus. D. de re iud. & ſimil.*

l. De ſeruo. 8. & vltima.

Ad hoc allegatur quotidie hæc lex, quod ſeparatorum ſeparata debeat eſſe ratio, qua de re vide Euciardũ *in loco à ſeparatis*. Limita autem hanc legem non habere locum in ſeparatis correlatiuis, ita Franc. Areti. *in l. certi condicti. §. quoniam in fi. D. ſi cer. pet.* ſic in *l. ſi maritus. C. de d. na. inter vir.*

Hactenus liber tertius.

LIBER IIII.

De reſtitutionibus in integrum tractat hic liber, quæ competũt vel iure actionis, vel officio iudicis, vel ex edicto iure actionis, vt titulo de eo quod metus cauſa geſtũ eſſe dicetur, & titulo de dolo malo: Officio iudicis, vt reſtitutio quæ datur ratione ætatis, qua de re datur titulus, de minoribus vigintiquinque annis, & de capitis deminutione: Ex edicto, vt edicto de alienatione iudicij mutandæ cauſa facta.

Tit. 1. De in integrũ reſtitutionib.

IN hunc titulum ſcripſit elegantiſſime Cuiacius: in vulgata autẽ editione legitur *de reſtitutione in integrum*: Reſtitutio aũt in integrũ eſt prioris ſtatus mutatio, qua de re vide gl. *in c. quia* ext. de elect.* reſtituere enim eſt aliquid reddere, & in priſtinũ ſtatũ reponere, *l. 75. reſtituere. D. de verb. ſig. l. præterea. 10. l. qui reſtituere. 58. D. de rei vin dic. l. 2. §. 27. D. ne quid in loco pub.* Paul. *li. 1. ſententiæ. cap. 7.* Dinus *in c. peccatum. ex. de reg. iur.* An autem reſtitutio in integrũ concedi poſſit motu proprio iudicis vide Rom. *ſing.* 465. & vide etiã quę notat Bar. *in Rub. D. de minor.*

¶ Reſtituere tamẽn aliquando ſumitur pro exhibere: *vt Inſt. de off. iudic. §. ſi ad exhibẽdum.* & eſt apud Paul. *l. de eo. §. ſi iuſta. D. ad exhib.* reſtitutionis autem & reſtituendi verbo quid contineatur, vide Harmenop. *lib. 1. tit. 12. §. 78. l. non ſolũ. 6. D. de reſt. in integ. l. vlt. §. vlt. D. de verb. & rer. ſignif. l. reſtituere 30. §. 1. & inf. eod. tit.* Emanuel. Coſta.* hic.

Digitized by Google

l. Vtilitas. 1.

¶ Commendatur hic vtilitas huius edicti, quæ multifaria eſt, prætor enim hoc edicto ſubuenit hominibus, vel lapſis, vel circũſcriptis, ſiue metu, ſiue calliditate, ſiue ætate, ſiue abſentia inciderunt in captionem.

Circumſcriptis. Circunſcriptio adoleſcentiũ lege Lætoria puniebatur, qua de re Cic. 3. *offic.*

¶ Quæritur autem hic, an ratione erroris cõpetat hæc in integrũ reſtitutio, qua in re diſtinguendum eſt, aut enim error eſt cõmunis aut ſingularis: ſi ſit communis, ſine dubio conceditur in integrũ reſtitutio, *l. quæſitum. D. quando actio de pecul. eſt ann* Sed ſi ſit error ſingularis, tunc iterum diſtinguendum eſt. nã aut eſt error partis, aut iudicis. Si ſit error partis, tunc non conceditur in integrum reſtitutio: ſed ſi ſit iudicis error, tũc refert, aut enim error eſt affectatus, & conceditur in integrum reſtitutio, aut non eſt affectatus error, & tunc non conceditur in integrum reſtitutio: ſed læſus appellat ſi vult, alias ſtabitur ſententiæ. Paulus *lib. 1. ſent. tit. 7. §. 2.* Harmenopulus *lib. 1. tit. 12. §. 69.*

l. Siue per ſtatus. 2.

Reſtitutio quandoque fit per ſtatus mutationem, aut iuſtum errorem. reſtitutio autẽ ex iuſto errore quando detur, vide exemplũ *in l. 7. in fi. inf eo. & in l. pen. inf. de confeſſ* quaſi diceret hoc loco Paulus, reſtitui eos qui per ſtatus mutationem, vel iuſtũ errorem capti frautiue ſunt.

Status mutationem. ¶ Status mutatio eſt capitis minutio, *l. 1. D. de cap. min.* at per cauſam ſolius capitis minutionis, non is qui capite minutus eſt reſtituitur: ſed creditori in debitorem capite deminutũ actio reſtituitur, videlicet ſi minima fuerit capitis minutio. *h. l.* nec enim in eos qui maximam, aut mediam capitis deminutionẽ paſſi ſunt, actiones reſtitui poſſunt: verum ob iuſtum errorem datæ reſtitutionis exemplum eſt in *§. ſi quis agens. Inſt. de action.* ¶ An autem reſtitutio locum habeat aduerſus libertatẽ, pluribus declarat hic Gloſſa dum tandem concludit non habere locum, ratio eſt, quoniam cũ res mutat ſtatum, nullus reſtitutioni locus eſt: *vt & in l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. D. de minorib.*

l. Omnes in 3.

Reſtitutio in integrum conceditur cognita cauſa, an iuſta ſit & vera: hinc igitur colligere poſſumus, reſtitutionis cauſam iuſtam, ac veram eſſe debere.

Cauſa cognita. ¶ His verbis oſtendit Iuriſcõſultus, neceſſariam eſſe partis præſentiã, vel vt ſit cõtumax: *vt in l. in cauſa. §. cauſa cognita. D. de minor.* dicitur autem hic, quod reſtitutionis concedendæ cauſa debet eſſe vera & iuſta copulatiuè non diſiunctiuè, vt hic poſt Butrigarium ſcribit Albericus aduerſus hanc Gloſſ.

¶ An cauſa vera poſſit eſſe non iuſta, quærit hic Gloſſ. & Bar. An qui reſtitutionem petit cauſam allegare & probare debeat, declarat hic Bal. ſed de his plura vide apud Socin. *conſ. 247.*

¶ An in poſſeſſorio lis conteſtari debeat, Bald. hic.

A prætore. ¶ Quoniam magiſtratibus municipalibus ſuo iure non competit ſine ipſo mandato præſidis, *l. 26. §. 1* D. *ad municipal.* Paulus *lib. 1. ſent. tit. 7. §. 3. in fin.*

l. Scio. 4.

In hanc legem Forcatulus *auiarij cap. 21.* Dicitur autem hic reſtitutionem propter minimum non dari, *l. ſcio, D. de in integr. reſtitut. folio 193. numero 88 repetit. 5. & folio 253. numero 60. repet. 2.*

¶ *Pro modica læſione non datur reſtitutio.* De intellectu huius textus, latè contra communem per Dec. *ad capit. de appellationibus. col. pe. ex de appellat.* Gomeſi. *Inſt. de action. ad §. pœnales. 2. col. in fi.* Annibal. de Cano. *ad l. poſt contractum, num. 8. D. de donation.* Corraſ. *ad l. qui liberos. 1. parte. numero 60. D. de ritu nup.* Port. Imno. *lib. 3. concluſ. & reg. vtr. iur. concluſ. 30.*

l. Nemo videtur. 5.

Hoc vult hęc lex, quod nemo videatur excluſus quem prætor in integrum reſtituturum polliceatur, qua in re conuenit, *l. Labeo 14 §. 1. rem amiſiſſe, D. de verb. ſig.* rem enim nõ amiſit qui actionem habet ad eam recuperandam, vel vt hic dicitur, cui actio à prætore reſtitui poteſt.

¶ An in integrum reſtitutio concedi poſſit motu proprio iudicis, vide Roman. *ſingu. 465.* quædam etiam notat Barto. *in Rubr. infrà de minor.*

l. Non ſolum. 6.

Vide Bart. *in l. 1. de conſtit. princip.* ibi, Spec. ad hanc ſolutionem *col. 2.* ex illo habes pulchram doctrinam. *in verſi. priuilegia.* Nota hic quod beneficium reſtitutionis ad hæredes, & cæteros vniuerſales ſucceſſores tranſit, quod tamen declara vt per Bar. in *l. paterfamilias. inf. de priuileg. cred.* Hæc tamen lex fallit in caſu ſingulari *legis primæ. C. de ſent. aduerſ. fiſ. lat.* & ad intellectum huius legis, vide Ang. *in §. ſi quis, verſ fi. Inſt. de action.* Paulum de Caſtro. *in l. Pantonius, D. de acquir. hæred. & in l ſi infanti, C. de iur. delib.* vnde notat Dynus quod

vbique

Digitized by Google

vbicunque quis iuris ſucceſſor efficitur, ibi beneficium reſtitutionis in integrum in eum tranſeat.

Verſ. Iulianus lib.3. Aliàs citatur. *l. 2. Iulianus.* vt Bart. hic, Obiter autem notabis hic minorem ætatem ingratitudinis vitium non excuſare.

¶ An conſenſus in principali ad acceſſorium porrigatur: An omnis terminus legalis officium ſuum operetur, An iura ſint tranſmiſſibilia: Fiſcus ſuccedens ex delicto, an & quare non teneatur vltra vires bonorum. An ex priuilegio oriatur actio, vide Bal. hic. Roman. *ſing.* 98. Cuiacius hic.

l. Diuus Antoninus. 7.

Vide Duarenum *lib. 1. diſput. cap.* 7. Ræuardum *pro tribunali cap.* 1. Hæc autē lex ſingularis ſanè eſt, quæ interpretes noſtros in varias partes traxit, circa quam vide quæ notat Angelus hic. Maſuer. *in pract. for. tit.* 3. *de contum. num.* 1.

Comparens poſt ſententiam latam, an & quomodo reſtituatur: An comparēs per dolum aduerſarij appellare poſſit, vide hic Bal. An ſolemnitatis omiſſio vitiet actum: An cū petitur reſtitutio in integrum neceſſarius ſit libellus, litis conteſtatio, & ſimilia: ſignanter notat Bar. hic. In fine tandem notabis (quoniam hic de contumace loquitur) duplicem eſſe contumacem, verum aut fictum. verus contumax dicitur, qui nuntio extra iudicium dixit ſe nolle venire. fictus vero qui non inuentus fuit cui opponitur veriſſimus, qui inuentus negat ſe venturum. Quis autem contumax reſtitui poſſit, dubitatur. Ioannes enim putat verum, at Azo fictum & malè, vt optimè notat hic Bar. Ant. Fab. *lib. 2. coniect. cap.* 12.

§. Nec intra has. 1.

Deceptis ſine culpa, maximè ſi fraus ab aduerſario interuenerit, ſuccurri oportet. nota præterea quod boni prętoris eſt, litem reſtituere potius, vt & ratio & æquitas poſtulat quam actionem famoſam inſtituere, ad quā ſanè tunc demum deſcendendum eſt, cum remedio locus eſſe non poteſt.

¶ *Actionem famoſam conſtituere.* Vide Cicero. *pro Quintio*, veriſimile eſt omnes alias actiones prius moturū fuiſſe quàm ad actionem famoſam peruenturum.

l. Inter minores. 8.

¶ Pro intellectu huius legis vide Goueanum *lib. 1. variarum lect cap.* 43. *&* 44. melius Ræuardus *lib. 5. varior cap.* 8. Ad ibi dicta *per gloſſ. in fi. in verb. rerum contumacem.* vide Aret. *in l. qui Romæ, in prin.* in 1. *not. ff. de verb. oblig.*

¶ Notatur autem hic differentia inter minores viginti quinque annis, & eos qui Reipublicæ cauſa abſunt, quam vide.

¶ An & quot ſint abſentiarum genera, notatur hic à Bart. qua de re vide Felin. *in c. cum Berthaldus, ex. de re iud.* An & qualiter ſubuenіatur abſenti ex cauſa probabili ac neceſſaria, plene vide Innoc. & Doct. *in c.* 1. *extr. de probat.*

Tit. 2. Quod metus cauſa geſtum erit.

Vulgatæ editiones habent. *De eo quod metus cauſa.*

Per actionem quod metus cauſa fit reſtitutio in priſtinum ſtatum, & ad reſtituendum inferens metum compellitur.

§. Cum autem. 8.

Quoniam actio quod metus cauſa in rem ſcripta eſt, ideo ea proponitur contra quemlibet, qui aliquod remedium ex metu illatũ directè, vel per obliquũ conſequitur, quod autem dixi actionem, quod metus cauſa in rem ſcriptam eſſe, hoc non intelligendum eſt in rem ſimpliciter, quoniam hæc actio vi ipſa in perſonam, ſcriptura in rem eſt: quippe in edicto verba in id quod geſtum eſt reſcindendum concepta ſunt, non in perſonam eius qui metum intulit.

l. Illud verum. 10.

Vide quæ notauit D. Gothofredus *ad l.* 45. §. 2. *ff. mandati.*

§. Si metu. 1.

Vel alios non minus idoneos. Nota hic quod fideiuſſoris certi dandi reus, ſi eum dare non poſſit, libéretur dando alium æquè idoneum ac ſufficientem.

l. Si quis. 11.

In ſumma vult hæc lex, quod non teneatur, quis ex metu illato per alium niſi quatenus commodum ad eum perueniat.

l. Sed & partus. 12.

In actione negotiorum geſtorum, veniunt acceſſiones perceptæ, & quæ à petitore percipi potuerunt.* Paulus *lib.* 1. *ſent. tit.* 7. §. 6.

§. Quæri poterit. 1.

Huius §. quæſtio eſt, an actio quod metus cauſa competat, ei qui ex metu damnificatus non eſt, & ſanè conſtat non cõpetere. Cuiac. hic.

§. Iulianus. 2.

Hic textus ad hoc quotidiè allegatur, quod compulſus ad debitum conſoluendũ, nõ habet actionem quod metus cauſa, ſed cõpellens per vim cadit à iure ſuo.

l. extat. 13.

In hanc legem vide Pileum *quæſt.* 86. *&* 87. vide ad hunc textum Marcel. de Angel. *conſ.* 83. *numer.* 3. *inter conſ. diuer. ad cau. vlt. volunt. volum.* 1.

¶ Creditor accipiens rem ſibi debitam propria auctoritate ſine volũtate debitoris vel iudicis, perdit ré & omne ius quod habet in re. Rip. *ad. cap. ſæpe, nu.* 90. *ex. de reſtit. ſpol.* Iaſ. *ad l. non dubiũ, Cod. de legib.* Rip. *ad l.* 1. *nu.* 20. D. *quor. lega.* Cotta *in memoralibus in verſ. creditor faciẽs*, Dec. *conſ.* 75. *in princ.* Socin. *regu.* 34. Picus *ad leg. in quartam*, D. *ad l. Falci. nu.* 198. *f. l.* 341. *numer.* 179. *Repetiotinum* 7. Hãc etiam legẽ optimè repetierũt Bar. & Bal. Alex. *conſ.* 406. Pau. de Caſt. *conſ.* 35.

¶ Si creditor priuetur iure ſuo vtrum per ſententiã, an ipſo iure priuetur: An authoritas iudicis incompetẽs, excuſet à pœna huius legis: An promiſſio iudicis excuſet: oẽs hæ quęſtiones fuſiſſimè tractantur hic à Baldo.

l. item ſi cum. 14.

Hæc lex in vulgatis editionibus incipit *ſi cum.* Vult auté actionem quod metus cauſa, non competere ei qui damnũ paſſus non eſt: hinc notabis paria eſſe aliqué per exceptionem non teneri, vel ipſo iure.

Digitized by Google

§. In hac actione. 3.

Pro intellectu huius §. vide Ferrandum *lib. 1. explicat. cap.* 14.

§. Hæc autem actio. 4.

Vſque, dictio, accipitur excluſiuè, quidquid Gloſſa & Barto. hac diſtinguant, quandoque etiam ponitur incluſiuè: *vt l. patronus.* 35. *D. de legat.* 3.

¶ An quando feruntur duę ſententiæ, vtraque ſit definitiua, vide Bar. hic: definitiua autem ſententia dicitur ea quæ definit cauſam, quæ tamen dupliciter ſumitur, vt optimè notat Bart. *in l. Titia, D. de accuſ.* An appellari poſſit ab vtraque ſententia, vide Bald. in *l. ab executore, in prin. D. de appellat.* An in cauſa appellationis locum habeat pœnitentia, vide Gloſſ. *in l.* 1. *D. de act. emp.* facit etiam *l. creditor, §. iuſſus, D. de appel.*

Verſ. Pedius.

Vide Prateium, *capit.* 18. *Inuerſionum*. cōcordat textus *in l. & poſt rem. §. 1. ſupra de tranſac.*

§. Labeo ait. 6.

In hunc §. Auguſtinus *lib. 1. emendat. cap.* 2. Ioan. Robert. *lib.* 1. *recept. lect. cap.* 23. Goucan. *variar. lect. lib.* 1. *cap.* 11. vult autem hic. §. quod reſciſſo principali, reſcindatur etiam acceſſorium.

¶ An & qualiter liberetur fideiuſſor, declarat hic Bart.

Verſ. Labeo autem.

In hunc verſiculum Goueanus *lib.* 1. *lectionum variarum cap.* 11. Ioan. Robert. *lib.* 1. *ſent. cap.* 23.

§. Quatenus. 10.

Hic §. eſt vnus ex difficillimis, qui ſint in toto iure, ideò optimè explicatur hic à Bart. & Bald. De huius §. ſententia & emendatione vide Ant. Fab. *lib.* 16. *coniect. cap.* 19.

§. Quid ſi homo. 11.

Loriottus *de mora axiom.* 16. Bellonus *lib.* 3. *ſupputat. cap.* 11. Goueanus *lib.* 1. *lectionum, c.* 12. Henric. à Suer. *repet. iur. ciuil. lect. cap.* 16. *pag.* 98.

§. Eum qui. 13.

Dicit hic §. actionem quod metus cauſa, & actionem de dolo concurrere ſimul in origine, non in executione.

§. Iulianus ait. 14.

Concordat cum hoc §. *l. quidam exiſtimauerunt. D. ſi cert. pet.* ſecundum Bald. hic.

l. Aut in. 15.

Cuiacius optimè in hāc legē in poſthumis.

l. Quod diximns. 16.

Iunge *l.* 3. *in prin. C. h. t.*

§. Sed ſi ſerui. 1.

Vide hic Accurſium.

§. Hæc actio. 2. & vlt.

Ant. Fab. *lib.* 4. *coniect. cap.* 1. *& lib.* 1. *c.* 12.

l. Videamus. 17.

Hæc lex eſt ſingularis, & non eſt alibi ſecundum Bar. & Bald. poſt eum hic.

l. Si ipſa res. 18.

Debitor ſpeciei licet liberetur per interitum antequam ſit in mora, *vt in l. ſi ex legati.* cum ibi plenè notatis. *D. de verb. oblig.* tamen non liberatur ſi loco illius perempta, ſubrogatur alia ſpecies facto debitoris, vt illa ſecunda pereat Bald.

l. Quod autem. 19.

Quid ſibi velit, quod Caius proconſulis mentionem faciat, cum de edicto prætoris agatur, pulchre Anton. Auguſt. *lib.* 1. *emendat. cap.* 5. verùm proconſul is erat qui in conſulari prouincia edicta proponebat, quæ prouincialia appellabantur. Antonius Auguſtinus *lib.* 1. *Emend. c.* 5.

l. Si mulier. 21.

Concordat cum hoc textu, quod notatur in *can. ad eius* 5. *diſtinct.* vide ad intellectum huius legis Alex. *cōſ.* 47. *in print.* 4. *vol.* Felin. *in c. cum inter, extra de except.*

§. Si dos. 3.

Ex dote metu promiſſa non naſci obligationem, ait hoc loco Paulus, verum ex ſtipulatione per vim extorta naſcitur obligatio, *l. pen. C. de inutil. ſtip.*

§. Si metu. 4.

Pro intellectu huius §. vide Cuiacium *lib.* 16. *obſ. cap.* 40.

¶ Ad regulam huius legis. vide Gloſſam *in c.* 2. *in verbo coactus, ext. eod. tit.*

l. Qui carcere. 22.

In hanc legem Guterius *parte prima reſolutionum, cap.* 57. Vult autem hæc lex, quod qui in carcerem quem detruſit, vt aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc cauſam factum eſt nullius eſſe momenti, ratio duplex, quoniam vel vltra quantitatem debitæ pecuniæ extorſit, *vt l. ſequent.* vel debitorem in priuatum carcerem idque iniuria, & dolo malo per vim coniecit. *l.* 5. *D. de vi publi.*

¶ An autē teſtamentum in carceribus fieri poſſit, quærit hic Gloſſa, quam vide, ſecus autē ſi iuſtè in carcerē coniectus promiſit. Exiſtimant tamē quidā tranſactionē, promiſſionē, cōuentionē, & traditionē in carcere factā nō valere, quoniā is qui in carcere detinetur, omnia metu facere præſumitur, & carcer iuſtus metus appellatur. Pau. *li.* 1. *ſent. tit.* 7. §. 10.

Digitized by Google

l.Non eſt.23.

Pro intellectu huius legis, vide quod notat Zoaqnetus *rerum quotidianarum,cap*.47.

§.Si iuſto metu.1.

De lectione huius §.vide hic Cuiacium.

§.Si fœnerator.2.

Ad huius §. faciliorem intellectum, vide *fol*.232.*num*.28 *Repetitionum*. 7. Paulus *lib*.1. *ſentent.Tit*.7.§.8.

§.Si quis.3.

Ad hunc §. Vide Romanum *ſingulari* 513. Guterium *reſolutio*.3 *par.cap*.19. *à num*.7.Briſſonium *lib*. 4.*ſelect.cap*.2.

Tit.3.De dolo malo.

Cuiacius ſcripſit in hunc titulum. Dolus eſt vbi factum eſt, quod legi dolet Petronius *apud Iſidorum cap.cap*.26. *lib*.3.vide etiam veteres grammaticos, *pag*.1356.Paulus 1.*ſent*.8. Differt autẽ hic titulus à titulo,de doli mali, & metus exceptione, quoniã in actione doli mali,dolus actione in factũ vindicatur, nõ reſtitutione in integrũ.Nota tamẽ hic dolũ nũquã operari, niſi ſit talis qui cadere poſſit in cõſtantẽ virũ,vt optimè declarat *c.cum d lect° ex.quod metus cau*.& ibi expreſſ.Innoc.& Abba. Dicit autem de dolo malo, ad differentiam doli boni.Paulus *lib*.1.*ſent.Tit*.8.

l.Hoc edicto.1.

Ant Fab.*lib*.4.*conſect.cap*.7.

Edicti de dolo malo origo, Caio Aquilio tribuitur,vt teſtatur Cicero *tertio officiorum*.& 3.*de natura deorum*. & ante eum ad leges duodecim tabularum.Cuiacius hic.

§.Verba autem.1.

In hoc §. edicti de dolo malo verba recitantur:videlicet. Quo dolo malo facta eſſe dicentur, ſi de his alia actio non erit, & iuſta cauſa eſſe videbitur iudicium dabo.

§.Dolum malum.2.

De doli mali definitione, vide Petrum Velleium, Gueuarram qui ſcripſit librũ integrũ de doli mali definitione.Prateiũ *inuerſion.cap*. 20.Paul 1 *ſ ntent*.8.& Cicero 3.*Officiorũ* nõ obſtat autem *l*.7.*dolus.D.de pactis*.quoniam definitur ibi pactum dolo malo factum,hic definitur dolus malus vniuerſaliter acceptus. Cagnolus,*de regul.iur.ſub num*.42.*fol*.307.

De doli definitione vide Bal.*in l.pignus*, D. *de pign.act*. & quod notat Bar.*in l.quod Nerua*, *De depoſiti*.eadẽ etiã fuit definitio Aquilij Seruij,Pedij. Hotoman.1.*obſ*.19.& *lib*.3.*cap*.27.

§.Non fuit.3.

Propoſita doli mali definitione iam quæritur,an aliquis ſit dolus bonus, & qui çapiatur in bonam partem:vt ait Ouidius *epiſto*.1.*ſ.Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos*,id eſt ſtratagemata, de quo vide Boſſium *in examinibus reorum*. *num*.10.& *ſeq*.Marc.Mãt. *ſing*.305 *nu*.1.*fol*.887.

¶ Quo caſu fides hoſti ſeruanda ſit,vide Zaſium *in apolog.ad Iohan.Eckium*. Barto *in l.conuentionum, De pactis*,quæ notant Bar.& Bald. *in l*.1.*Cod.ſi à non compe.iudic*.Vtrum iudex qui fraudulenter,& cum promiſſionibus extrahit malefactorem de eccleſia,teneatur pacta ſeruare:an ſuper hoc poſſit ab eccleſia conueniri, vide hic per Cy.*in addit*.Præterea dolo non facit,qui fraudẽ excludit.*l*.77.§.*antep.D.de leg*.2.

¶ Nota autem hic eſſe dolum bonum, quod ſcilicet committitur aduerſus hoſtes publicos, vide §.*præterea,Inſt.de action*.

§.Ait prętor.4.

De actione famoſa, vide Ciceronem *libr*.3. *de natura deorum*.meritò ergo prætor hanc de dolo malo actionem pollicetur ſi alia nõn ſit, ratio eſt quoniam famoſa actio non temerè debuit à prætore decerni: ſi ciuilis vel honoraria ſit, qua poſſit experiri.

¶ Quæritur autem hic,an actio de dolo concurrat cum interdicto vnde vi, qua de re vide Gloſſ.& Bart.hic.

§.Idem Pomponius.5.

Daturus ſit ex ea actionem. Nota hic turpem ſtipulationem,nullius eſſe momenti, ideoque nullam parere actionem, qua de re vide *l*.26. *D.de verb.oblig*.

§.Idem Pomponius.6.

Actio de dolo malo, non competit ei qui tutus eſt ipſo iure, vel per in integrum reſtitutionem. Ant. Fab.*lib*.2.*conſect.cap*.12.

§.Si quis cum.7.

Repetitionum 7.*fol*.224.*num*.17.

l.Nam is nullam.6.

Is nullam actionem habere videtur,cui propter inopiam aduerſarij inanis actio eſt.

Inopiam aduerſary.De exceptione paupertatis,vide Sebaſtianũ Medicem *parte* 2.*q*.4.*de fortuitis caſibus*.

l.Et eleganter.7.

Ad intellectum huius legis, vide Bart.*in l*.1. §.*ſicut.in fin.verſ*. & *ibi*.Aretin. *colum.penult.ff. de acquirend.poſſeſſ.limita.per glo*.in verb.non poſſumus. *D.de praſcript. verb*. & per gloſ. *in l*.1. *de æſtim.action.in prin*. Bald.*in l*.1.*C. ne ex delict.defunc*. Vbi dicit huius legis principium habere locum,quando dolus oritur in ipſo contractu.

Pro princip.iſtius l.not.etiam quæ dicit Bar. *in Rub.ſi quis aliquem teſtamen.prohib*. *folio* 581. *num* 110.*Repet*.6.

Optimè etiã hanc legẽ explicant Bart.& Bal.

§. Pomponius 1.

Actionem de dolo malo ceſſare Pompo-

Digitized by Google

mi⁹ ait, ſi actio popularis ſit: vtputa pecuniaria vel albi corrupti, *l.7.in prin. ſupra de iuriſdict.* ſepulchri violati, deiecti vel effuſi, apertarũ tabularum ante quæſtionem familiæ. ;

§. Non ſolum. 3.

Labeo ait ſi dubitetur, an alia actio ſit de dolo dandam eſſe actionem.

¶ Doli actio an competat, ſi dubitetur aliã cõpetere: An & quæ ſit differentia inter contractus bonę fidei, & ſtricti iuris: An quis cogatur recipere rem deterioratam, vide Doctores hic.

§. Si ſeruum. 4.

Hic §. in ſumma vult, quod actio legis Aquiliæ & ad exhibendum, item ex teſtamento actionem de dolo excludit.

§. Si quadrupes. 6.

Actionem de dolo malo excludit actio de pauperie, licet non ſolutio: ſed deditio ſubſequatur.

§. Idem Labeo. 7.

*Gaius *lib. Inſt. Tit. 1. §. 4.* Sueto. *de claris oratoribus.*

§. Seruus pactionis. 8.

Hic §. eſt difficilis, pro cuius intellectu, vide Bereng. Ferrand. *ad l. pacta conuenta, D. de contrah. empt. in 3. cap. numer. 30.* Præpoſ. Sen. *in ſuis quæſtio. 4. caſ. q. 6. princip.* Moder. Hiſp. *ad §. in perſonam. ad fi. Inſt. de action.* Dec. *ad cap. 1. col. 2 ante fi. ex. de probat. fol. 306. num. 30. Repetitionum 2.* Vult autem hic §. actione de dolo teneri, eum qui pactũ non obſeruat, ad quod naturaliter non ciuiliter erat obligatus.

§. Idem Pomponius. 10.

Facit ad hunc §. *gl. 2. in ca. recte de renunt. ex.*

l. Quod ſi. 8.

Vide *l. 20. infra hoc Titulo.*

l. Si quis adfirmauit. 9.

Actio de dolo malo datur contra mentientem de ſubſtantia hæreditatis.

§. Labeo. 3.

In vulgata editione eſt lex *ſi oleum.*

¶ Sequeſtrata re quę ſeruando ſeruari non poteſt, res vendi debet eiuſque pretium ſequeſtri cauſa teneri. adde *l. vlt. infra de requir. reis, l. is cui, infra vt in poſſ. legat. l. litibus, C. de agricol. & cenſitis.*

§. Et ſi ſeruum 4.

Pro intellectu huius §. vide Ræuardum *lib. 3. varior. cap. 7.* *Cuiacium *hic.*

l. id eſt vſque ad. 10.

De auri æſtimatione, vide Cuiac. *li. 19. obſ. cap. 21.* Hanc etiam legem explicat idem Cuiacius in poſthumis.

l. Non debet dari. 11.

Bar. ad *l. infamem. de pub. iud. num. 4.* Cæpol. *caut. 107. & 162.* Rip. *ad l. is cui bonis, num. 6. ante finem, D. de verb. oblig.* Felin. *ad cap. cæterum, num. 5. de iu. iu.* Gomeſius *Inſt. de action. in prin. in gloſſ. in verb. actio. num. 24. & ibi* Iaſon. *nu. 2.* & moderni noſtri *nu. 171.* & ſeq. vbi ampliat hunc textum multis modis.

§. Quibuſdam. 1.

Vide Forcat. *in cupid. iuriſperit. ca. 19.* *Ant. Fab. *lib. 3. coniect. cap. 13.*

l. Nec ex dolo. 12.

*Vide Cuiacium *in poſthu mis.*

l. Hęredibus. 13.

Actio de dolo hæredibus & aduerſus hęredes dari poteſt.

§. Item ſi quid. 2.

Quod procurator eiuſque dominus actione de dolo teneantur, ait hic. §. & concordat quod ait Paul. *1. ſen 8. §. vl.* Hoc eſt ſi procurator dolo fecerit, vt res ad dominum perueniret, ſane vterque de dolo tenetur, dominus, ſcilicet in quantum ad eum peruenit, & procurator inſolidum, *l. ſed & dolo, §. penult. D. de dolo.*

l. Quid enim 14.

*Pro explicatione huius legis, vide Cuiacium in lectionibus.

l. Sed ex dolo 15.

*Vide *l. 4 in principio D. quando ex facto tutor.*

§. Sed an. 1.

*Coniunge *l. 1. §. vlt. D. de acquir. poſſ.*

§. Item ſi quis. 2.

*Paulus *li. 1 ſenten. tit. 8. §. 2.*

l. Item exigit. 16.

*Cuiacius *in lectionibus.*

l. Si plures. 17.

*Ant. Fab. *cap. lib. 4. Coniect. cap. 1.*

l. Arbitrio. 18.

Actio de dolo, an arbitraria ſit, vide Menochiũ *1. de arbit. iud. q. 5.* *Ant. Fab. *l. 3. cõiect. c. 3.*

§. Non tamen. 1.

Vide Menochium *de arbit. iud. caſ. 207.*

§. Si dominus. 2.

Goueanus *lib. 1. lection. variar. cap. 38.*

§. De eo qui ſciens. 3.

In eos qui falſis ponderibus merces appendunt, eſt comminatio. *Amos cap. 8.*

§. Dolo cuius. 4.

De dolo dandum iudicium. Nota hic teneri quem de fraudulento conſilio. concor. tex. *in c. recto. glo. 2. ex. de renunt.*

l. Si

l. Si fideiuſſor. 19.

* Ant. Fab. *lib. 2 coniect. cap 8 pag. 63 & c. 11. eod. lib. pag. 70. & 72.*

l. ſeruus tuus. 20.

Actione de dolo tenetur dominus, cuius hortatu ſeruus accipit pecuniam, vt ſibi ſoluatur.

¶ Notanda hic differentia hortandi & iubendi, qua de re Gloſ. hic.

l. Nam ſufficit. 22.

Ioan. Robert. *lib. 2. recept. ſent. cap. 20.*

¶ Periurij pœna quæ ſit, ait Cicero 2. *de legib.* eſt enim diuina exitium & humana dedecus *l. 1. C. de reb. cred.* à Deo etiam expectanda, vt ait *Auth. decernit, C. de recept. arb.*

l. Cùm à te. 25.

Vide Alex. *in l admonendi. in 2. not. de iureiur.* & ibi Caſtr. & poteſt etiam eſſe ratio, quare ibi ſententia retractatur ipſo iure. licet ſecus ſit *in l. diuus. D. de re iu.* & cũ prędicti doct. quia *l. cum à te fuit*, circumuentus iudex & pars. Sed in contrario fuit circumuentus iudex, pro quo facit dictũ Barto in *l. ſi inſulam, num. 1 de v rb. oblig.* & vide Iaſon. *in l. Iulianus, verum arbitrorem in an e .. . ... cond. indeb.*

l. In hæredem. 26.

Variè actio de dolo in hæredem datur ex dolo defuncti. nam ex dolo defuncti extra contractum habito, hæres conuenitur quatenus ad eum peruenit, ex dolo defuncti contractus adhibito etiam, de eo quod ad eum non peruenit, *eod. l. 1. C. ne ex delict. defunct. per Bar. & Bald.* * Ant. Fab. *lib. 4. coniect. cap 1.*

l. Dolóve. 27.

In hac lege dicitur actionem, de dolo non dari in hæredem eius qui dolum commiſit, niſi de eo quod ad eum peruenit ex dolo defuncti, id eſt, quatenus ex dolo defuncti hæreditas ad eum locupletior peruenit, *vt h. l.*

l itaque. 28.

* Vide *l. 38. D. de regul. iur.*

l. Sabinus. 29.

* Ant. Fab *lib 4. coniect cap. 1.*

l. Neque cauſæ. 30.

Cauſæ cognitio in hęredis perſona non eſt neceſſaria.

l. Si duo. 36.

Compenſatio doli fit cum dolo, ſaltem in re eadem admiſſa à pluribus, ita vt vnus aduerſus alium agere non poſſit, verum in rebus diuerſis admiſſi doli non fit compenſatio, vt ait Gloſſ. & Barto. *in l. 4. ſupra ne quis eũ qui in ius vocat. l. ſi duorũ. 42. de action. emp.*

¶ Limita, vt per Soc. *in reg. 36.*

l. Quod venditor. 37.

Agitur hic de commendatione, qua de re *vide Bar. hic.* * Harmenopulus. *lib. 3. tit. 3. §. 25.*

l. Quidam. 38.

¶ Actione de dolo an teneatur qui prætextu falſarum literarum liberatus eſt, præter dicta hic ab Accurſio, adde Romanum *ſingul. 286.* & an procurator de dolo actione teneatur, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, ib. * Ant. Fab. *lib. 2. coniect. cap. 11.*

l. Si te Titio. 39.

Hæc lex deſumpta eſt ex tractatu de prætoriis ſtipulationibus.

Tit. 4. De minoribus * viginti quinque annis.

Paul. 1. *ſent. tit. 9* Harmenop. 1. *tit. 12.* In hunc titulum ſcripſit Prateius *libr. 1. catapodiſmata.* Circa hanc materiam in integr. reſtitut. quid probandum ſit, & quomodo principaliter, vel incidenter, peti poſſit. vide quæ notat Bart. *in l. nam & poſtea. §. ſi minor D. de iureiur. & in Rub. ſupra de in integr. reſt.* Prætoris autem edictum eſt eiuſmodi. Quod cum minore quam viginti quinque annorum, natu geſtum eſſe dicetur, vtique quæ ea res erit animaduertam: & ſi iuſta cauſa mihi videbitur, etiam maiorem iam factum intra annum quo primum experiundi poteſtas erit in integrum reſtituam, hæredi aliive ſucceſſori legitimæ ætatis quod reliquum erit temporis conſtituti ad petendam reſtitutionẽ dabo.

l. Hoc edictum. 1.

Initio huius legis commendat Vlpianus edictum de reſtitutionibus in integrum. Ius gentium ſæpiſſimè pro iure naturali ſumitur. Hotom. 1. *Inſt. tit. 2. §. 2.* * Ant. Fab. *lib. 4. coniect. cap. 7. pag. 160*

§. Et ideo. 3.

Vide Capitolinum *in D. Marci vita.* Sarmientum *lib. 3. Select. cap. 12.* * *Cuiacius hic.*

l. Nec per. 2.

Adultus licet habeat multos filios, non ideo deſinit eſſe ſub cura ſui maioris concordat. *l. fin. D. de legit. tutor.* coniunge *l. 6. D. de vſucap. l. 8. D. de muneribus & honorib.*

¶ *Ad honores pertinere.* Lege Papia & Iulia, qui quinque liberos habebat anno viceſimo autem qui tres habebat, viceſimo ſecundo ad honores ſane admitti poterant, * Vide hic Albericum.

l. Denique. 3.

Ambitioſa decreta reſcindenda eſſe colligitur ex hoc loco cui iunge *l. ambitioſi, D. de*

Digitized by Google

re vidę *l.Lab.19.in fin. D.de verb.ſign.&* Soz. *in reg.*202.

¶ An reſtituatur minor, ſi dolo inductus fuerit ad teſtificandum, vide Barto.&Docto. *in l.1.§. fuit quæſitum, D.ad Trebellian.& in l. ſi frater. Cod.qui teſtamen.facere poſſ.&* Rom. *conſ.9.*

§.Proinde.1.

Succurritur minori quando emit.*l.27.patri.§.ſi pecuniā.inf.h.t.*vedit. *vt l.vnica,C.ſi aduerſ.vend.*ſocietatem contrahit,*l.in cauſa.16. §.item relatum,infrà h. t.* mutuam pecuniam accipit,*l.vnic.C.ſi aduerſ.credit.*quando denique captus eſt.

¶An & quare fideiuſſor quis dicatur, ſi minor petat reſtitutionem cõtra fideiuſſorem, an probare debeat ſe eſſe læſum: an minor aduerſus pœnę incurſionem reſtituatur, vide hic Bar.& Bal.*Soci.*Reg.*202.

§.Sed in.4.

Minoribus ſubuenitur in iudiciis, ſiue dum agunt, ſiue dum conueniuntur capti ſint.

§.Hodie certo.6.

Nota hic ſuccurri minoribus deceptis in eo quod non ſunt lucrati, quod tamen locũ non habet in lucro in quo læditur ius commune, vt optime notat Eancelot.poſt Ang.*in l.2.§.1.D.de iudic.*

¶ An reſtitutio detur aduerſus fortunam, vide Bal.hic.

§.Pomponius quoque.7.

In vulgatis editionibus eſt lex *octaua,& ſi ſine.*

¶*Legatum repudiauerit.* Melius dixit legatũ quàm hæreditatem, quoniam legatum non poteſt non eſſe lucroſum, at hereditas damnoſa eſſe poteſt,*l.32.*D.*mand.*

§.Quæſitum eſt.8.

¶ An res minorum vendi poſſint ſine ſubhaſtatione, notat hic Bald.

§.Reſtitutus.9.

¶ An reſtitutione conceſſa iterum poſſit peti, vide Bald. *in l.2.*Cod.*ſi ſæp. in integrum reſtit.*

§.Sed quod Papinianus.10.

Hic §.fortis eſt& difficilis, ideoque pro eius intellectu, vide Goueanũ *lib.2.electıon.variar.cap.13.& lib.2.cap.25.*vide Bart.*in l.quam diu.in.3.oppoſ.de acquir.hered.* Repetitionum. 8.*fol.136.num.45.**Ant.Fab.*lib.3. Coniect.cap. 4.& li.5.cap.7.*Faquineum *controuerſiarum.iuris.lib.4.cap.73.*

§.Idem ſi non.11.

Si minor non appellauerit reſtitui poteſt, vt appellet.

¶ An minor videatur læſ° eo ipſo ꝙ nõ appellauit. minor quãdo petit ſe reſt tui ad appellãdũ corã quo iudice petat. vide hic Bart.

§.Item & in.12.

Quid ſit cremodicium, vide Cottam in *voce cremodicium* & Goueanum *lib.1.lect.variar.cap.*40. Verum cremodicium litis deſertiõ eſt, idque verbum ipſum ſonat, nõ autem deſertum vadimonium (vt quidam exiſtimant) deſertum etenim vadimonium eſt deſerta promiſſio ſiſtendi,*l.ſed & ſi quis.§.quaſitum,* D. *ſi quis cautio.* quodque Galli vocant *peromption diſtance,*verum quomodo contrahatur, declarat hic D.Gotof.vide Budæum *in l.vl.. D.de orig.iur.**Harmenopulus *li.1.b.. . it. 12.§.72.*

l.Minor.8.

¶An & quomodo minor condemnatus, vt cõtumax reſtituatur, declarat hic D.Gothof. an & qualiter minor aduerſus dolum reſtituatur, & ſic quando fuerit contumax, vide hic Bart.

l.Si ex cauſa.9.

Quemadmodum reſtitui poteſt minor cõtra ſententiam, ita etiam reſtitui poteſt contra executionem ſententiæ, ſi læſus ſit enormiter.

§.In dotis.1.

Subuenitur mulieri aduerſus dotis conſtitutionem.

§.Non videndum.2.

Minor quomodo reſtituatur aduerſus pignoris venditionem, præter hic dicta ab Accurſio, adde Gloſ.*in l.2.C.ſi aduer.vend.in verbo,verſatus eſt.*

¶An poſſit minor trãſigere cum aduerſario. An negans haberi poſſit pro confitente. An poſſit bannitus reſtitui contra bannum, vide hic Bald.*Paulus.*lib.1.ſent.tit.9.§.3.*

§.Si mulier.3.

Minor non reſtituitur aduerſus latam culpam.

§.Si in commiſſum.5.

Minor reſtitui debet aduerſus commiſſum vectigal.Bald.*in l.in minoribus,in fi.C.in quib. cau.in integ.reſt.*

§.Aduerſus.6.

Minori aduerſus libertatem ſubuenire, impoſſibile eſt à prætore, qua de re eſt *tit.Cod. ſi aduer.liber.*

l.Niſi ex.10.

Nota hic ſolum principem diſpenſare contra libertatem.*Cuiacius hic.

§.Ex facto.2.

Digitized by Google

In hunc §. *vide Innoc. de off deleg. in cap. cum contingat. in fin. magna Gloſſ. in c. conſtitutus. de in integ. reſtit.* Menoch. *de arbit. iud. q. 7. à n. 69.*

¶ An ſententia in præiudicium minoris non citati ſit nulla, vide hic Bald.

§. Sciendum. 3.

Paſſim hoc edicto minoribus non ſubuenitur, ſed cauſa cognita ſi capti eſſe proponantur.

§. Si locupleti. 5.

¶ Cotta *in voce Caſma.* *Cuiacius *ad Nouel. 7.*

§. Item. 6.

¶ An & quando priuilegiatus vti poſſit priuilegio, contra priuilegiatum. An ætatis priuilegium ſit potentius, quam priuilegium, quod cõceditur filiofamilias. *declarant hic Doctores.

l. Si apud. 12.

¶ Vide Abb. *in c. in præſentia, col. 1. num. 39. de probat. extr.*

l. In cauſæ. 13.

¶ *Non eſt æquum.* Reſtitutio rei principalis, fideiuſſorem non liberat, videlicet ſi ſciens reum minorem eſſe hoc conſilio fideiuſſerit vt quãdoque reſtituto reo, & ipſe liberetur, *l. 7. §. vlt. D. de excuſ* aliud tamen dicendũeſt, ſi ignorans eum eſſe minorem fideiuſſerit, *arg. l. ſi Titius. §. Seia. D. de fideiuſſ.* Item ſi non in re, ſed dolo creditoris minor deceptus fuerit, *l. 2. Cod. de fideiuſſ. minor.* vide Gloſ. *in cap. exhibita. 19. extr. de iud.* *Paulus *lib. 1. ſentent. Tit. 9. §. 6.*

§. Interdum. 1.

¶ Goueanus *lib. 1. lection. Variar. cap. 13.* Gilbertus Regius *lib. 21. enantiophanôn cap. 20.* Gouarr. *Reſolut. pag. 360.*

¶ An quando petitur in integrum reſtitutio citandus ſit tertius rei poſſeſſor, vide hic Bald.

l. In cauſæ. 16.

¶ Vualtherum *lib. 1. Miſcellanea. cap. 31.* Auxilium extraordinarium, in ſubſidium introductum non concurrit cum ordinario. Iaſ. *ad l. 1. §. hoc autẽ. nume. 20. D. de nou. oper. nuncia.* Doct. *ad l. cum filiusfam. D. ſi cert. pet.* Bart. *ad l. 3. §. 1. D. de nou. oper. nuntiat.* Nicaſ. *inſtit. tit. de bon. poſſ. §. 1. ad fin.* moder. genuen. *ad leg. diffamari. in lim. nu. 97. cum ſequen. C. de ingen. & manumiſſ.* vide ad iſtam regulam quatuor limitationes quas ponit Panorm. *in cap. ex parte. in fin. extr. de reſcript.* *Socin. *Reg. 4.*

§. Item. 1.

¶ In hunc §. Forcat. *dialog. 99. num. 4.*

§. Pomponius. 2.

¶ In integrum reſtitutionem non impedit condictio indebiti, vel ſine cauſa, Paul. de Caſt. *in l. Titia cũ teſtamẽto. §. Titia. D. de leg. 2.*

§. Idem Pomponius. 4.

Couarruuias *lib. 2. Reſolution. cap. 3.* Roſcius *lib. 2. memorabil. cap. 7. & 8.* Padilla. *in l. 2. Cod. de reſcind. vẽdit.* licitum eſt contrahentibus ſe inuicem decipere, dic non habere locum in foro conſcientiæ, & per Dec. *in conſil. 3.* cõtrariatur ſibi idẽ Dec. *ad l. ſemper in contractibus. in fi. D. de reg. iur. ad l. 1. C. de eden. ad l. pen. C. de pact. ad c. 1. in prima lectur. num. 67. extr. de conſtit.* Iaſ. *ad l. Quoties C. de rei vind. nu. 19.* Cępol. *caut. 4.* facit Marſ. *ſing. 441.* idem Cæpol. *in tract. de prima contract.* Fel. *ad cap. cum cauſa. in fin. extra de teſtib.* Gerard. *not. 22.* Iaſ. *ad l. ſi quis in conſcribendo. nu. 5. C. de pact.* Tiraq. *de ll. connub. l. 9. num. 9.* doct. *ad l. 2. C. de. reſcind. vend.* vbi Cagn. *nu. 11.* cum ſequen. Ancon. *in tract. de mora num. 6. & in tit. de ſponſ. 4. p. nu. 3. verſ. item quæro.* Tiraquel. poſt ll. connub. *glo. 5 par. 9. n. 18.* Pont. Cami. *in tract. de vlt. ſi. iur. cano. & ciuil. num. 277.* Iaſ. *ad. §. ſed ipſe. nu. 104. inſt. de actio.* Pet. Duen. *in reg. 148. contrahentibus.* Didac. Couarr. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 3. num. 2.*

*§. Nunc videndum. 5.

¶ Pag. *396.* Couarr. Reſolut.

l. Præfecti. 17.

¶ Vide ad quid eam alleget Bart. *in l. 1. in 3. coll. verſ. quæro. D. de iuriſdict. omnium iudic.*

l. Minor. 18.

¶ Minor magiſtratus reſtituere non poteſt contra ſententiam maiorum, ratio eſt, quoniam inferior factũ ſuperioris non retractat.

¶ An poſſit reſtituere par cõtra ſententiam paris. An inferior cognoſcere poſſit de nullitate ſententiæ, vide hic Bald.

§. Sin autem. 1.

¶ In hunc §. Forcatul. *dialog. 81. num. 3.*

§. Sed. 2.

¶ Nota hic quod princeps indulget in integrum reſtitutionem, cõtra res bis iudicatas.

§. Non ſolum. 5.

*Paulus *lib. 1. ſentent. tit. 9. §. 4.*

l. Interdum. 19.

¶ Briſſonius *lib. 3 ſelect. cap. 2.*

¶ An reſtitutio in integrum tranſeat ad hæredes: an & quando hęres melioris ſit conditionis, quàm defunctus, vide hic Bart.

l. Papinianus. 20.

¶ Non reſtituitur abſens ex cauſa neceſſaria, tantum ſi potuit procuratorem mittere.

l. Deſtitiſſe. 21.

¶ Deſtitiſſe videtur, non qui diſtulit, ſed qui liti renuntiauit in totum.

l. cum

Digitized by Google

l.Cum mandatu. 23.

¶An reſtitutio opituletur maioribus,notat hic Bart.*Ant.Fab.*lib.4.coniect.ca.*18.

l.Quod ſi minor.24.

¶ Vide Aret.*in l.1.de lig.1.*Ad quid citet hãc *l.coll.2.circa med.**Paul.*li.1.ſent.Tit.9.§.1.in fi.*

§.Scæuola.2.

¶Couarruuias *lib.1.reſolution capit.5.*Valla *tract.6.**Harmenop.*lib.1 tit.12.§.60.*

§.Reſtitutio.4.

Gilbertus Regius *lib.2.enantioph. cap 6.*Pileus *quæſt 63.*

l.Illud nullam.25.

*Coniunge hic *l.2.Cod.ſi aduerſ.ſolut.*

l.Patri.27.

Couarruuias *lib.1.reſolut.cap.6.* * Ant.Fab. *lib 4.coniect.cap.5.*

§.Si pecuniam.1.

*Harmenopulus *lib.1.tit.12.§.8.*Paul.1.*ſent.9.§.7.*

l.Etiamſi.29.

Menochius *de arbit.iudic.libro 2.caſ.95.*

§.Si hæreditate.2.

Reſtitutio in integrum non officit non citato,vnde nota partia eſſe aliquem eſſe præſentem aut citatum.

l. si filius.30.

Cõcordat cum hoc textu *cap.gratia de reſcrip. in clementin.*

Liti renunciare videtur. Tacite qui reſtitutioni in integrum renunciare videtur actu contrario.

l.Si mulier.31.

Factum rectè reuocari non debet.

l.Minor.25.annis.32.

In hanc legem vide Menochium *de arbitra.iud.caſ.*171.

¶An & quomodo probetur ætas minoris, vide hic Bart.& de probatione ex aſpectu.vide Bal.*in l Deo nobis Cop.de epiſc.& cle.*Bald. & Salic.*in l.ſi minorem.Cod.de in integ.reſt.* An decretum iudicis tollat reſtitutionem in integrũ,vide *l.2.Cod.de fideiuſ.mil.*probatur autem ætas ex natalibus,profeſſionibus,*l.2.D.de excuſ.tut.*ex cẽſualib⁹ libris,*l.3.D.de cenſ.* teſtibus etiam vt puta obſtetricibus & propinquis vicinis,vt optime notat Cuiaci⁹ hic.

l.si minor.33.

Minor reſtituitur aduerſus legatum onerosum,dummodo paratus ſit reſtituere quod accepit.at è contra minor non reſtituitur cõtra compromiſſum.

l.Si minor.34.

¶Minor qualiter & quomodo reſtituatur aduerſus arbitrium,vide Bald.*in l.cũ hi. §.ſed cum lis. D de tranſaction.*Rom.*conſ.*50 Baldus *conſ.33.*

§.Minores.1.

Ex ipſo quod minor contrahit,læſus videtur.Panor.*conſ.30.*

¶An autem quando,qualiter,&quomodo minor compromittere poſſit,vide hic Bar.

l.Si in emptione.35.

Minor reſtituitur aduerſus additionem ab alio factam,in ea quæ maiorum eius fuiſſet, adde late per Tiraquel. *in præf. tract. de retract.num.34.& ſeq.*ratio hui⁹ textus eſt,quia minor fingitur enormiter læſus,propter intereſſe mirabile,vt per Bal.hic adde Igne. *a l l.dudum.Cod.de cõtemp.num.31.*Seb.Sap.*ad l. vnic.Cod.de ſent.quæ pro eo quod num.36. et in l.1.4.col. de reb.dub fol.440.nu.36.*Repet.8. *& fol.469.num.21.repet.7.*

l.Minor.36.

Reſtituitur minor quando ius ſuum probare,vel proponere omiſit.

l.Auxilium.37.

Minor non reſtituitur aduerſus lucrum otioſum,adde Tiraquel.*in præf.tract.in vtroque ret act.num.57.glo.4.§ 35 gl'eſſ.2.num.10.& ſeq.* vbi ſubdit idem eſſe in eccleſia quæ non reſtituitur ad lucrũ cum iniuria alterius, vide Ruin.*ad l.1.§.nunciatio.num 219.& 2.0. D.de nou.op.nunc.*

¶An mulier aduerſus calumniam de furto reſtituatur. An & quę tempora currant minorib⁹,ſine ope reſtitutionis,notat hic Bald.

§.Sed & in.1.

In hunc §. vide Corraſium *lib. 2. miſcell. cap. 14.num 4.*Matheſil.*not.164.* Rom.*ſingul.*816. Marſil.*ſing.*628.Hippol.in.*conſ*135.*nu* 10.

l.Æmilius.38.

In hãc legem vide Anton. Rub.*ad l.non ſolũ.§.morte.D.de oper.nou.nun.nu.*37. Annibal. de can. *ad l.1.§.ſi quis ita.num 43.* D.*de verb. oblig.*Ant Rub.*ad l.vinum.D.ſi cer.pet.nu.*181. *&* 103.Sarmient.*lib.1.ſelect.cap.14.fol 354.nu. 354.& num.*150 Repetitionum 4 *fol.107.num.* 378.Repetitionũ 5 *fol.392.num.181.& 1 3. & ſeq.*55.Repetitionum 2.*fol.115.num.43.**notãter limitat Curt.Sen.*in conſ.58.lib.1.*

l.intra.39.

Appellari ab interlocutoria,quæ vim habet definitiuę poteſt, qua de re vide Lanfrã. *in prax cap.10.num. 67.*Ioãnes Robertus *lib.*

Digitized by Google

1.*ſent.cap.*12.Menochius *de arbit.iudic.caſ.*167.

l.Minor annis.40.

Cagnolus *de reg.iur.ſub.num.*8 *fol.*61.Marc. Mant *ſing* 645.*num.*1.*fol.*934.

l.Si iudex.41.

Vide Iaſ.*in.l.ſi arrogator.in* 2.*coll.* D.*de adop.* vbi not. etiam adiecta per Bartolum *in hac l. ſi iudex.*538.*&* 539.*num* 24 & multis ſequent. Tiraquellus,*de retractu.** Quod vnicuique liceat pro ſe introducta contemnere vide *l. pactum inter* 5.*de pact.* licere ſui iuris perſecutionem aut ſpem futuræ perceptionis deteriorem conſtituere.

l.Preſes.42.

Oroſcius *col.*41. Menoc.*de retinend.*poſſeſſione remed.* 3.*à num* 854.

l.De ætate.43.

Vide quæ notantur in cap.*literas.in gloſ pœna.de reſcr.in clem.* Hæc lex optime explicatur à Bartolo hic. & circa materiam probationis ætatis,vide omnino Bart.*conſ.*110.Paulus de Caſtr.*conſ* 140.*&* 141.

¶ An & quis ætatem probare debeat, vide Feli.*in c.in præſentia.ext.de probat.* Alex.*conſ.* 21.Im.*conſ.*13.Socin *conſ* 89. An & cui onus probandi ætatem incumbat,Bart.hic.

l.Non omnia.44

Minores non reſtituuntur niſi cum læduntur.

¶ Quæritur autem hic, nunquid filius emancipatus à patre, reſtitui poſſit aduerſus emancipationem,qua de re vide Bald.hic.

l.Etiam ei.45.

Loriottus *de concep.io.axioma* 9.

¶ An aduerſus vſucapionem reſtituatur minor. Vide quæ notauit doctiſſimus Gothof.*in l.vnic.Cod.ſi aduerſ.vſucap.*

§.Imperator.1.

Minor poteſt prius agere cum tutore, quàm cum contrahente

l.Eum qui.46.

Reſtitutio in integrum non tranſit ad defenſorem,ſine mandato.

l.Tutor.47.

Tutoris bona fides, non priuat minorem beneficio reſtitutionis, & matris proteſtatio.

§.Curator.1.

Molinæus *ad Labirinthum de diuiduo & in diuiduo.parte* c,*num.*609.

Tit.5.De capite minutis.

Alias *de capite deminutis*, alias *de capitis diminutione.*vtraque lectio tolleratur: nam apud Ciceronem legitur *in Topicis*, *de capite minutis*,apud Liui.*lib.*1.*Belli punici.*2.*in fine,de capite deminutis.*apud Feſtum *de capitis deminutione.* Nonius *lib.*1.*miſcell.cap.fin.* Hotoman.*lib.*1.*obſer.in D.cap.*12. Guillielmus Fornerius *ſelect.lib.*1.*cap.*26.

¶ Conſiſtit autem caput, ſiue ſtatus in libertate, ciuitate & familia, & capite minuitur,qui in huiuſmodi ſtatu non manet,datur itaque hæc reſtitutio iis qui propter minimam capitis diminutionem debitoris actiones ſuas amiſerunt, reſciſſa capitis diminutione.

l.Pertinet.2.

Ad quos bona peruenerunt eorum. Ita interpretatur edictum Iuriſconſultus Vlpianus, quaſi ad eos duntaxat pertineat,qui adoptione vel emancipatione ſtatum mutarunt,non vt his ſubueniatur:ſed aduerſus hos Paulus tamen & Caius ita producũt,vt emancipatis etiam reſtituatur actio, vel adrogatis qui in re caſtrenſi contraxerint *infra l.*7.8.*&*9.

§.Ait prætor.1

*Ant.Fab.*lib.*4.*coniect.cap.*7.

§.Hi qui capite.2.

Cuiacius *lib.*7.*obſ.cap.*11.

§.Emancipatio.1.

(Niſi in imaginariam.) Quamuis hæc hodie ſit ſublata,tamen adhuc hodie qui emancipantur,capite minuuntur, iuxta Salomonium *in l.Gallus.§.quod ſi nepos.D.de lib.& poſt.*. Briſſon *lib.*1.*ſelect.cap.*11.

§.Qui deficiunt.1.

*(Vel lege lata.)*Hanc lectionem probat Cuiacius *ad tit.de excuſat.pag.*29.

l.Tutelas.7.

In hanc legem vide Anton. Auguſt.*lib.*1.*emendat.cap.*2.,Gouean.*lib.*2.*variar.lect.cap.*12. Emanuel Zoares *lib.* 1.*obſ.cap.*36.quem refellit Cuiac.*lib.*9.*obſ.cap.*17. Hotom. *lib.* 3.*obſ. cap.*9.

§.Item cum.3.

Ioannes Aurpachus *lib.*2.*allegat.cap.*21.

l. Eas.8.

Loriottus *de iure axiom.*13 *&* 18.

Tit.6. Ex quibus cauſis maiores *vigintiquinque annis in integrum reſtituantur.

Tractat hic titulus de actione reſciſſoria, quæ &

Digitized by Google

quæ & reſtitutoria dicitur, *l. 3. ſup. de eo per quem fac. erit.*

l. Huius edicti. 1.

Ioannes Robertus *lib. 1. ſent. cap.* 1. Hotom. *lib. 7. obſ. cap. 12.*

l. Item hi. 4.

Reuocatur ab iſto priuilegio. ¶ Priuilegiũ hic intellige extraordinariũ auxilium, quod eſt cauſæ non perſonæ, nec omnibus iure communi competit, ſed abſentibus *l. 157. de reg. iur.* Sunt enim & alia priuilegia de ſingulis perſonis lata, quæ non niſi comitiis centuriatis ferre potuēre olim, *l. 8. §. de leg. & l. 1. de conſt. prin.*

l. Et qui data. 5.

Couarruuias *lib. 4. reſolut. variar. c. 8.*

l. Legatis. 8.

Ex verbis edicti non ſuccurritur his legatis, quod Reip. cauſa non abſint, quæ per excellentiam Romana intelligitur, non etiam municipij, *l. 7. §. hac clauſula. inf. arg. l. ſed ius qui dem. l. vlt. de iur. nat. gent. & ciui.* vide Couarruuiam *reſolu. lib. 4. c.* 8

l. ſuccurritur autem ei. 9.

(*Latumiis.*) alij legunt, *Lautumiis*, verùm Latumiæ inquit Aſconius *in Verrem* lapidicinæ dicuntur, & loca cæſis lapidibus electa, vt carcer Syracuſanus, de quibus vide Cottam *in memorabilibus in voce Latumiæ.* Ferand. *lib. 1. explic. cap.* 15. De carceris effractoribus multa Menoch. *de arbitr. iud. caſ.* 301 Seneca. 9. *declam.* & 5. *controuerſ.* & Cuiac. *6. obſ. 7.*

l. Ab hoſtibus. 15.

Alciat. *lib. 1. parerg. c. 35.* Auguſt. 4. *emendat.* 10.

§. Eum quoque. 1.

¶ Emanuel à Coſta. 2. *ſelect. c.* 18.* Pract. for. Maſuer. *t. 2. de dilation. num.* 4.

§. Non minus. 1.

*Cuiac. *ad l. iuriſgentium.* 7. *§. pactorum.* 8. *ff. depo.*

l. Denique. 19.

¶ Forcat. *dialog.* 78. *num.* 2. Vaconius *lib. 2. declar. cap.* 33. Gilber. Regius *lib. 2. ἐναντιοφανῶν. c.* 20. nouiter contra doctores *ad l. 1. D. de adquir. poſſ.*

¶ Vide Bart. *in l. fi. in 3. oppo. primæ partis, D. de vſucap.* Aret. *in l. 1. gloſſ. 1. in prin. de acquir. poſſ.* & ibi à Ruin. & per eum aliquid *in d. l. ſi is qui. in 4. char.* vide Gomeſ. *inſtit. de act. in prin. ſuper gloſſ. in verb. actio. in 2. par. nu. 23. tit. Inſtit. quib. mod. ius patr. pot. ſoluit. in §. ſi ab hoſtibus, in 3. col.*

l. Nec vtilem. 20.

*Vide hic Bartolum.

l. Ergo. 22.

¶ Ræuard. *pro trib. c. 3.*

l. ſed & ad. 24.

Qui conuenti fruſtrantur. ¶ Pauli tempore conuentio iudiciaria non interrumpebat ſilentium longi temporis, ſic nec conteſtatio vſucapionem, *l. ſi poſt. inf. de rei vind.* cui rei medetur, *l. 3. & 7. C. de praſcrip. 30. vel 40. anno. & l. 1. C. de annal. excep.*

¶ Fruſtrantur, id eſt, morantur, *l. ſi calnitur, D. de verb. ſign.*

l. Quod quidem. 25.

*Refer ad hunc locum *l. 19. infra de teſtib.*

*l. ſed etſi. 26.

§. Ait prætor. 4.

¶ Ioannes Robertus *lib. 4. recep. ſententia. cap. 21.*

§. ſi feriæ. 7.

¶ Ræuard. *lib. 5. varior. cap.* 10.

Caius Caſſius nominatim edicebat. ¶ Alij *dicebat*, ſed malè, quis enim neſcit hoc prætorium eſſe verbum, ſimilis tamen error eſt *in l. Barbarius* Philippus. D. *de off. præt.* nec tamen ſoli prætores edicebant, ſed omnes omnino magiſtratus: ſic enim edicunt Piſo, & Labinius conſ. vt ſenatus qui veſtem propter Ciceronem mutarat, ad veſtitum rediret. Edicunt Conſ. apud Gell. *lib. 15. ca. 2.* ſibi Latinorum Rhetorum ſcholas non placere, edicunt trib. pleb. apud Ciceron. *Verrin.* 4. ne quis Romæ eſſet, qui rei capitalis damnatus eſſet.

§. Quotiens. 8.

Siue habuit procuratorem, ſiue non. ¶ Cõtra facere videtur, *l. 39. inf. eo.* Sed quidam reiecta Duareni opinione exiſtimãt reſtitui, cũ qui procuratorem reliquit, ſi per eum non eſt deffenſus, vbi has leges inter ſe conciliare videtur, Equinarius Baro.

§. Item inquit. 9.

Ioannes Robert. *lib 3. recep. ſent. c. 1.*

§. Quod eius. 2.

*Ant. Fab. *lib. 3. coniect. c. 9.*

§. ſi cum. 4.

*Ant. Fab. *lib. 4. coniect. cap. 3.*

l. Necnon. 28.

§. exemplo. 5.

¶ Vt actio reſciſſoria datur ei, cuius res vſucapta eſt, cum abeſſet Reipublicæ cauſa, ita etiam ſi eius poſſeſſionem nactus fuerit, & ab eo vindicetur, datur ei exceptio, vnde falli videtur Goueanus, *variar. lect. lib. 1. cap.* 46.

Digitized by Google

§.in actione.6.

¶ Goucanus *lib 3.lect.varia.cap.*45. Rævar. *lib.4.vario.cap.*5 Cuiac.*lib.7.obſ.cap.*31.

l. Videlicet.29.

Cuiac.1.*lib.7.ad Africanum.*

§.Si is qui.1.& vlt.

* Ant.Fab.*lib.2.coniect.cap.*1.

l. Abeſſe.32.

Ad hanc legem ſcripſit Leodega.à quercu. item Cuiac.*lib.12 obſ.cap* 33.Sigonius *lib 1.de iur.ciui.*Briſſonius *lib.4 ſelect.c.*14.

l.inter eos.33.

Cotta in voce *commentarienſes.* Briſſ.*lib.4. ſel.cit.c.*21.

l.Hi qui.37.

Briſſonius *lib.1 ſelect.cap.*12.

l.Is qui.39.

¶ Volens reſtitui non auditur.Hoc pertinet ad poſterius caput edicti,& hoc modo interpretabimur. Volens reſtitui contra eum qui Reipub.cau.abſuit,& procuratorem reliquit non audietur,*l.i em ait prætor.§.hac autem reſtitutis.ſup.eod.*

Ad gloſſ.ibi vide Iaſ. *Inſt.de actio.§.rurſus. in prin.in 1.not.*

l.si quis.41.

Repet.7.*fol.*152.*nu.*179.

Tit.7.De alienatione iudicij mutandi cauſa facta.

Ad hunc titulũ ſcripſit Adrianus Puluęus multa,Cuiac.*obſer.lib.*10.*ca* 3. vide *l.24.in fin. inf.com.diuid.* Ex qua dictio iſtius elicitur à Cuiac.in paratitl *pag.*28. Ludouicus Vitalis, *lib.1.variar.lect.c.*17.

l.Omnibus.1.

*Ant.Fab.*lib.4.coniect.c* 7.

l.item ſi res.4.

Ad hanc legem vide quæ notat Innocent. *in cap.epiſcop.ext.de reb.ecc.non alien.*Curtius Brugenſis *ad fratrem ſuum lib.1.cap.*46.de illa phraſi tanti habuit.

§.Pedius libro nono.2.

In vulgatis editionibus,eſt *lex non ſolum.*

§.Hæc actio 5.& vlt.

* Ant.Fab.*lib.4.coniect.c.*1.

l.Et poſt annum.6.

*Cuiacius ad *l.14.ſup. Quod metus cauſa.*

l.Ex hoc.8.

*Vide hic Bartolum & Zaſium.

§.Sed hæredem.3.

*Conſule hic Bartolum.

§.Si quis alienauerit.4.

Alienandi verbum quomodo accipiendũ. Declarat hic Bart.

§.Qui venditori.5.

*Iunge *l.67.infra de verb.ſig.*

Tit.8. De receptis* qui arbitrium receperat vt ſententiam dicat.

In hunc titulum Corraſius *lib.4.miſcell.cap.*18.*&* 5.*cap.*11.vide Cuiac.*lib.*10.*obſ.cap.*38.*& in paratit.pag.*29. Ludouicus Vital.*lib.1.var. lect.cap.*4.

¶ Receptum hic appellat receptationem arbitri, & conſenſum, & quaſi pactum iudicandi.

l.Compromiſſum.1.

¶Compromiſſum eſt ſtipulatio inter litigatores vltro citróque interpoſita.Hũc locum etiam explicat Cicero *in oratione pro Roſcio Comœdo.*dictum eſt etiam cõpromiſſum, quòd vltro citróq. litigãtes promittũt pœnam ſi non ſteterint ſententiæ arbitri, quæ promiſſio cum per ſtipulationem fieret Pauli ſeculo condici non potuit:ſed pacti exceptio cõpetit,*l.11.inf.*§ *eo.l.vlt. C.eod.* vocatur autem receptũ,quod à compromiſſario iudice compromiſſum,litigatorum recipiatur, *l. rem non nouã.Cod.de iudic.*vide Corraſ.*miſcel. lib.4 cap* 18.*&* *lib.5.cap.*11.Cuiac.*obſ.lib.*10.*ca.*38.Ludouic. Vitalem *lib.1. variar.lect. cap.*4. Socinus Regul. 27.

Labeo ait.3.

*Minor reſtituitur aduerſus cõpromiſſum.

l.Nam magiſtratus.4.

Huc pertinet quod de Nonio Quęſtore refert Suetonius *in Iulio.*

l. Pedius.7.

¶Vide Ruin.*in.l.1.§.ſi vir vxori.in 1.no.de acq.poſſ.*vbi limit.*reg.* quæ per illum tex.in fi. traditur.

§.Vnde.1.

¶ Fornerius *lib.1.ſelect.cap.*7.

l.Sed ſi.9.

¶ In vulgat.editionibus eſt,lex,*ſed & ſi.*

§.Si quis iudex.2.

¶ Concordat textus *in ca.infames.3.q.7.*vbi ſunt verba iſtius §. ex quo nota quod nullus poteſt eſſe arbiter in ea cauſa, in qua eſt iudex.

¶ In hunc

Digitized by Google

¶ In hunc §. vide Briſſonium *lib.* 4. *ſelect. cap.7 fol.*478.*num.*61.*Repet.*1.

§.Idem Pomponius.1.

¶ In vulgatis eſt lex, *idem Pomponius.*

§.Inde Pomponius.3.

¶ Vitalis dicto *lib.*4 *cap.*9.

l. Qualem autem.19.

¶ Ex hoc textu ſumpta eſt, *l. ſi pus. D. de oper. nou. nunt.* vbi Vlpianus hæc ſic diſſeruit de ſententia verborum, quę tamen verba interpretatur Balſamon.

l.Quid tamen.21.

Cuiac.*lib.*12.*obſerua.cap.*2.

§.Si arbiter.1.

Ræuardus *pro tribunal.cap.*21.

§.Si cuius.5.

Num. 6 *coll.*3.*fol.*4 Couarr.*cap.quamuis.fol.* 4[illegible]3 *num.*78.*Repet.*6.

§. Si quis ex. 9.

¶ Ioannes Robert.*lib.*2.*recept.ſentent.ca.*1[illegible].

§.Intra quantum.12.

¶ Agi ex ſtipulatu non poterit. Modò nihil inteſuerit citius paritum eſſe, arbitrio. §. *vlt. Inſt. de ſociet.*

¶ Porro ad hunc §. vide Menoch. *de arbit. iud.lib.*2.*cap.*8 vide Bart.*in l.ita ſtipulatus.in* 5. *col.de verb.oblig.* & ibi Alex. *in* 13.*&* 14. *coll.* & ad hunc text. cum l. ſeq & ad gloſſ. in verb. med. vide Iaſ. *in l.ſi arrogato. in penult.col.de adopt.*& gloſſ. 1. *in l.Celſ.e*. ibi autem. Igitur declarat Bart.*in l.amplius non petan* 2 *col.verſ. Item.de leg.* 1. *D. rem ratam haberi.* de quo per Iaſ. *in l. qui Romæ.in princ in primo.not. de verb. oblig.* per Iaſ. *Inſt. de act.*§ *penul. in* 2. *collat.poſt med.*

l.Vtique.22.

*Ant Fab.*lib.*6.*coniect.cap.*7.

l.Celſus.23.

¶ Ioannes Robert. *l.*2.*ſentent.iur.cap.*18.ad reg. quam tradit ibi gloſſ.1. per illum text. vide Alciat.*lib.*4.*parad.cap.*20.& vide Iaſ.*Inſt.de act.*§. *itē in* 2.*col.& ad* §. *fin.cum l.ſequent.* vide Bar.*in l.ſi inſula.in.pen.col.verſ.*9 *quæro. de verb. ſig.* vide etiam Alciat. *lib.*5.*cap.*3.*parad.* *Ant. Fab.*lib* 6.*Coniect.cap.*7.

l.Labeo ait.25.

¶ *Col.*4.*fol.*5.Couarr.*cap.quamuis.* Exemplo iudicis dati, arbiter etiam & compromiſſor ſiue compromiſſarius plerumque eligitur, vt iudicet intra certum tempus quòd fit hodie ſemper, ſed nonnunquam additur hæc clauſula, vt poſſit proferre diem compromiſſi, id eſt poſſit producere, prorogare, prodere diē vt ex Lucilio notauit Nonius & Donatus in Andria, atque nuptiis filiæ prodat diem, id eſt differat, proroget, & arbitrium ita ſumptum vt poſſit proferre diem compromiſſi, poſſe proferre ſine nouo conſenſu partium, plura hac de re vide *l. arbiter* 33.*ī.h.t.*

l.Idem proferre.27.

¶ *Numer.*6.*c l.*3.*fol.*4.Couarr.*cap.quamuis.*

§.Si plures.3.

¶ Alciat. *lib.* 9 *parer. cap.* 14. Molinæus *in co ſuetudin.Pariſ. tit.* 3 §. 12.*gloſ.* 3. *item ad l.* 1.§.*ſi ſtipulanti. D. de ver.oblig. num.* 13. Couarr. *lib.* 1.*reſolution.variar. cap* 2 & Cuiacius *lib.*12. *obſeruat. cap.* 26.*pag.*5.*num.*6. Couarr. *reſol.*

l. Aduerſus.29.

Alciatus lib.1.diſpunct.

l.si quis.30.

Molinæus *in Labirint. de diuid. & indiuid. parte* 2.*num.* 574.*&* 576.*& de eo quod inter ſt. num.*18[illegible].

¶ Ad id quod ibi dicit gloſſ.fi.tu dic eſſe verum, vt declarat Bar.*in l.ita ſtipulatus.in* 5.*col. D. de verb. oblig.f*ol.438.*num.*245.*Repet.*6.

l.Ita demum.31.

Vide Iaſ.*in l.item quæritur.in fi.prin.*1.*fol.*3[illegible]8. *num.*28.*& num.ſequen.&* 31.*Repet.*

l.Non diſtinguemus.32.

Declaratur & ornatur *ſub nu.*7.*fol.*.196.*Cagnol.de reg.iur.*

§.Non cogetur.1.

Si pœna commiſſa ſit. Nam ſemel commiſſa pœna ſoluitur compromiſſum ait Paulus *in l.ſi duo rei.*§.*vlt.ī.eo.* vnde ſumenda eſt interpretatio huius loci. Fallūtur ergo qui hic legunt *ſi pœna compromiſſa ſit* Accurſius interpolat, *niſi pœna compromiſſa ſit.* Vide l.11. §.1. ī.*eod.* Guillielm. Forner. *ſelect. lib.*1.*cap.*23. rurſuſque contra eum Cuiac. *obſ.lib.*3.*cap.*37.

§.Item non.5.

*Harmenopulus *lib.*1.*tit.*4.§.77.

§.De liberali cauſa.7.

Maiores iudices. Guil e. Forne *lib. ſelect.cap.* 13. quem reprehendit Cuiacius *lib.*1.*obſeruat. cap.*17.

§.si is faciat.10.

Ræuardus *de præiudiciis lib.*2.*cap.*5.

§.Dies.11.

Poteſt non cum ex conuentione hæc vera le-

Digitized by Google

ctio eſt, aliàs legitur, *poteſt non ex conuentione*, aliàs *poteſt non ex conuentione*.

§. Cum quidam. 14.

Pro intellectu huius textus ſubtiliter Hieronym. Hipp. *in additio. ad Deci. ad rub. extr. de appel. 4. q. princ. circa fi. in litera* D. Lamſion. *in tract. de arbi. vlt. Pau. 22. quaſt. 3. vol. tract.* Anchara. *inter conſ.* Cal *le. C. de arbitr.*

§. De officio. 15.

Arbiter nihil poteſt, vltra illud, quod eſt ſibi in compromiſſo conceſſum, Adde Boer. *deciſ. 583. nu* 15. Corn. *conſ. 245. lib. 2.* Fel. *ad cap. ſicut. num. 33. de re iud.* Alex. *ad Auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.* Rom. *conſ.* 141. *nu.* 50. Alciat. *reg. 3. præſumpt. 12. nu. 5.*

§. Quæſitum. 16.

Prateius *in verſio. cap. 29. & 30.*

l. Arbiter. 33.

Cuiacius *lib. 3. obſeru. cap 7* Proferre diem eſt producere, prorogare, prodere referre autem eſt anteferre. anteuertere diem iubédo, vt partes adſint in illam diem, & Feſtus ait referri diem prædictam id eſt præferri, etſi partes iuſſerint referri & non affuerint non committitur pœna, ratio eſt quia nondum creſcit dies compromiſſi, quia nō poteſt ceſſum iri aut ipſum producere diem, & vt Græci [illegible]. Latini proferre diem, plura hac de re notaui *in l. Labeo. §. 2. Autem h. t.*

l. ſi duo. 35.

*Optimè emendatur hæc lex ab Antonio Fabro *lib* 11. *coniecturarum lib.* 18.

l. Si feriatis. 36.

Vitalis *lib.* 1 *variar. lection. cap.* 18.

l. Cum pœna. 38.

Molinæus *in labyrinth. de diuid. & indiuid. parte 2. num.* 577. Ludouicus Vitalis *lib. 1. varia. teſt. cap. 7.*

l. Non ex. 39.

Ioannes Robertus *lib. 9. ſent. iur. cap. 21* Menochius *de arbit. iud. lib. 1. q. 74.*

l. Arbiter. 40.

* Vide Sebaſtianum Medicum *tractatu de morte. par. 2 conc. l. 2.*

l. Cum lege. 41.

Briſſonius *lib. 4 ſelectar. cap. 7* Benedict. Capra. *in regul. concluſ. 31.* * Cuiacius ad *l. 1. Cod. qui ætate ſe excuſa.*

l. Inter. 44.

Molinæus *in nouis intellectibus. fol. 472. num. 61. Tracta: num. 5.*

l. De his. 46.

*Ferrarienſis *in forma compromiſſi in verbo tunc vertentur.*

l. Si de re ſua 51.

Ad id, quod dicit Gloſſa ibi: item quid ſi promiſero in aliquem. vide Ruin. *in l. ſi quis arbitratu. in 1. char. de verb. oblig.* poſt Socin. & ibi Caſtrenſis *in l. centeſimis. §. fin. verſ. adde quarto. eod. tit.*

Tit. 19. Nautæ Caupones ſtabularij, vt recepta reſtituant.

* Scribit Petrus Peckius in Titulos iuris ad rem nauticam pertinentes.

l. Ait prætor. 1.

Ludouicus Vitalis *il. 1. variar. reſti. cap. 2* & Alciat. *lib. 3 diſpunct. cap. vlt. lib. 1 parerg. ca* 43. vide quæ dicunt Doct. *in Rub. D. de noui oper. nuntia.* quod verba illa edicti: quod nuſquam ſaluum fore receperit, referuntur non ad rem, ſed ad perſonam: & eſt ſenſus, id eſt, quodcunque etiam ſaluanda à quocunque receperit, & ſic ſiue à Domino, ſiue ab alio: verificantur illa verba *f. l. 3. num. 17. Repetitionum 5*

§. Maxima. 1.

Alciatus *lib. 3. diſpunct. cap. vlt. lib. 1. parerg. cap. 43. item Cotta.*

§. Qui ſunt. 2.

Alciatus *lib. 1. parerg. cap. 44.*

§. Ait prætor. 1.

Molinæus *de eo quod intereſt num. 207.*

§. Hæc autem. 4.

Gilbert. Regius *lib. 2. enantiophanon cap. 7.*

§. Poſſumus. 4.

Loriottus *de tutelis axiom. 71.*

l. Debet. 7.

Hic agitur de actione, quaſi ex maleficio ſupra actum fuit de actione ex contractu. Cuiacius *in paratitl. fol. 30.* Alciatus *lib. 1. parerg. cap. 43.*

§. Hæc iudicia. 6.

Gilbertus Regius *lib. 2. enantiophanon cap. 7.*

Finis τῶν πρώτων.

LIBER V.

Digitized by Google

LIB. V.

Tit.1. De iudiciis, & vbi quiſque agere, vel conueniri debeat.

AGitur hoc titulo de Iudiciis, quibus ſc. res noſtras petimus, & quidem ciuilibus & realibus. In iis enim propter rem mouemus cõtrouerſiam aduerſus eũ qui nullo nobis contractu eſt obligatus, ſic dicta quia à mero iudicis officio proueniunt.

¶Agitur etiam hoc titulo, de foro competenti & ordinario.

¶Hunc autem titulum non eſſe generalẽ, docet Cuiac. *lib. 7. obſ. cap. 32.*

¶De hac inſcriptione Prateius *in verſ. c. 3.* Reinald. Corſ. *lib. 3. Indagat. cap. 1.* Ræuard. *pro trib. cap. 5.* In hunc titulũ ſcripſit Equinarius Baro.

l. ſi ſe. 1.

Prateius *ſentent. cap. 4.*

l. Conſenſiſſe. 2.

Hęc quę dicuntur deſumpta ſunt ex tractatu de iuriſdictione vt notat Duarenus.

§. si & iudex. 2.

Hoc loco notandum eſt iudicem dari plerũque à magiſtratu, vt iudicent intra certum tempus, quo finito iam non poteſt iudicare niſi prorogauerint tempus partes, vt hoc §. videre eſt.

§. Legata. 3.

*Socinus *regula. 102.*

§. sed & ſi dubitetur. 6.

Gloſſ. in verbo, *Accipere*, vide quæ dicit Iaſon, & poſt eum alij *in l. 2. 5. coll. D. de iuriſd. omn. iudic. numer. 51.* Ant. Auguſt. *lib. 3. emend. cap. 8.*

§. His datur. 8.

Repet. 1. *fol. 308. num. 1. fol. 319. num. 163.* Briſſon. *lib. 3. ſelect. cap. 4.* Cuiac. *lib. 11. obſer. cap. 9.* Menoch. *de arbit. iudic. lib. 1. q. 74.** Delegatus mulctam inferre non poteſt, vide Socin. *pag. 85. delegatis.* Iuuen. *ad l. Imperiũ. ff. de iuriſ. om. iud. num. 11. & 161. & ibid. & Longeual. num. 163.*

l. Lis nulla. 4.

Cuiac. *lib. 9. obſ. ca. 13.* Vacon. *lib. 1. declar. 9. lib. 4. declar. 57.* Vide Bart. *in . ſi conſtãte D. ſolut. matrim. in 10. q.* & ibi Iaſon. Limita vt per Socin. *in reg. 244.** Socinus *Regula. 244.*

l. Si quis ex aliena. 5.

Antonius Corſetus *in ſing. in verbo iuriſdictio 1. num. 1 fol. 601.*

l. Cæcus. 6.

Ioan. Robert. *lib. 1. ſent. iur. cap. 13.* Duar. *lib. 1. diſput. cap. 23.*

l. Si quis poſteaquam. 7.

Franciſcus Hotom. *lib. 9. obſ. ca. 7.** Harmenopulus *lib. 1. tit. 1.*

l. Si quis in legatione. 8.

Cuiacius *lib. 13. obſ. cap. 17.*

l. Inſulæ. 9.

Ferandus *lib 1. explic. cap. 16.*

l. Si à me. 11.

Hoc deſumptum eſt *ex tit. de cap. minut.*

l. Cum prætor. 12.

Ioan. Robert. *lib. 3. ſent. iur. cap. 23* Bellõ. *lib. 3. ſuppu. ca. 10.* Gillotus *de iuriſdictio. lib. 2. cap. 21. & 23.* Quomodo intelligatur regula hac lege vide Bart. *in repe. l. 1. Cod. de ſacr. ſ. eccleſ. in 1. oppoſ.** Ant. Fab. *l. coni. c. 7.* Incluſio vnius eſt excluſio alterius, limita vt per Iaſ. *ad l. 1. n 32. Cod. de ſacroſ. ec cl. & ad l. 2. nu. 12. de vulg. & pup. ad l. 1. §. 1. num. 4. ff. de acquir. poſ.* Corſet. *ſing. in verbo argumentum.* Bello. *conſ. 52. n. 7.* Declara vt per Dec. *conſ. 99. verſ. 3. non obſtat.* Rip. *lib. 3. cap. 3. reſponſ.* Rim. *ad princ. Inſt. de donat. num. 309. & ſeq.* Ceph. *conſ. 257. nu. 45. lib. 1. & conſ. 257. nu. 21 & 25. lib. 2.* Iacob. Menoc. *in tract. de arbit. iud. lib. 1. q. 37. num. 22.*

§. Non autem. 2.

Moribus fœminæ. Ariſtot *1. politic. cap. 8.* hinc factum eſt vt vetuerit Iuſtinianus mulieres cuiuſquam negotij arbitratu conſtitui, *l. vlt. Cod. de arbit.* contrarium tamen ſcripſit Innocentius *in capite dilecti de arbit.** Harmenopulus *lib. 1. Tit. 4. §. 4.*

l. In tribus. 13.

Math. *in not. 114.* poſt Abb. *in cap. ex literis. in gloſſ. magna extr. de probat.** Maſ. *in pract. for. tit. 3. de conium. num. 1.*

l. Filiusfamilias. 15.

Cuiac *lib. 13. obſ cap. 18. & li. 8. cap. 9.* Zaſ. *parte. 1. antinom. 22.* Turneb. *lib. 19. aduerſ. cap. 16.* Gilbertus Regius Noſorenus *lib. 1. enantioph. capite. 14.*

l. Iulianus. 16.

Hæres iudicis qui litem ſuam fecit iure ciuili non tenetur, niſi in quantum ad eum peruenit.

l. Si longius. 18.

Cuiac. *lib. 5. obſ. cap. 33.*

§. Si filiusfamilias. 1.

Ant. Guibertus *lib. quaſt. iur. cap.* 10.

l. Hæres abſens. 19.

Prateius Gemination. *cap.* 130.

§. Si quis tutelam. 1.

*Vide Socinum. *Regula* 160.

§. Proinde. 2.

Cuiacius *lib.* 11. *obſ. cap.* 13. *Socin. *Reg* 159.

l. Omnem obligationem. 20.

Ant. Auguſt. *lib. 2. emend. cap.* 17.

l. Si debitori. 21.

* Pro intellectu huius legis, vide Petrum Rebuffum, qui hanc legem optimè explicauit.

l. Non poteſt. 23.

Vaconius *lib. 6. declaration.* 89. Vide Socin. *in reg.* 206. & Iaſ. *Inſt. de act. in princ. in coll pen. & in §. ſi minus. in antepen. col. ante fin. eod. tit.* & ibi per Aret qui etiam ſe remittit ad dicta ibi per eum in *princ. Inſt. de action* concordat quod notatur. *in ca ſignificantibus, de lib. & cap. ablatum. de re iud. in 6.*

l. Non alias. 24.

Sacræ euocationis formula extat apud Caſſiodorum *lib. 7. var.*

l. De eo. 26.

Legatus quaſi contrahens in legatione aut delinquens vel quaſi contrahens conueniri poteſt vt ſatiſdet.

l. Sed & ſi. 28.

Coniunge, *l. 3. ſi pars hæred. petat.*

l. Qui appellat. 29.

Forcatu *dialog. 58. nu. 6.* Alij legũt *qui prior.* Sed rectiùs Florentini.* Duarenus hic.

l. Vbi acceptum. 30.

Iudicium vbi cœptum eſt, ibi terminandũ. De hoc textu latè Rot. Neap. *deciſ 354. in cauſ. coll 1. 3. & ſeq.* & vide Felin. pluribus modis in *c. ex tenore. ex. de reſcript.* Diaz. *ad reg.* 382. Corſet. *in ſing. in verb. iudicium.* Abba. *ad cap. vt debitus, de appel.* adde per Philip. Port. *lib. 3. concluſ. & reg. concluſ.* 22.

¶ Limita hanc legem pluribus modis, vt per Corn. *in addit. ad cap. poſtulaſti de homicid.* quæ addit in repet. Abb. *in verb. iudicium.*

¶ Adde quod hæc lex locum habet parte reſiſtente, ſecus ſi conſentiente, Abb. in *cap. vt debitus, de appel. coll. fin.* vide multas limitationes per Felin. in *cap. ex tenore de reſcript. verſ. lex vbi acceptum.*

l. Non videtur. 33.

In iudicem conſentire non videtur, qui petit ſibi edi copiam libelli: at è contrà qui exceptione apud iudicem vtitur, is in iudicem conſentit.

l. Non quemadmodum. 35.

Arius Pinel. *Cod. de bon. mater. folio* 507. *& ſequent.*

l. Interdum. 36.

*Vide Bartolum *in l. 2. §. confeſtim ff. ad Trebellianum.*

l. Si de vi. 37.

Cuiac. *lib. 5. obſer. cap. 15. & lib. 2. cap. 35.* Cõſtantius Landus *prætermiſ. cap.* 5. Ad ibi not. per gloſ. vide Socin. *reg.* 124. Et ad not. per gloſ. in *l. tu non dic.* vide Iaſ *Inſt. de actio. §. à quo, ſup. gl. in verb. neget.** Faquineus *Controuerſiarum iuris lib 8. cap* 8.

l. Quod legatur. 38.

Limit. vt per Caſtr. per illum tex. *l. cum ſeruus ad leg.* 1. Hotoman. *lib. 3. obſ. cap.* 7.

l. Non quidquid. 40.

Vide Dec. *ad l. 1. nu. 14. D. de iuriſd. omn. iud. & ad cap. ad hæc. 3. de appell mou. ad l. uſſamuri, C. de ingen. & manu. in 99. nu. 103. & ſeq.* Iacob. Menoch. *in tract. de arbit. iud. libr. 1. qu.* 41. *num. 2.* vide Dec. *in l. 1. ſuper gl. in ver. poteſt. de iuriſdict. omn. iud. num.* 12.

l. In omnibus. 41.

Qui tenentur ad diem, vel ſub conditione, poſſunt conueniri ad præſtandam cautionẽ, adde Rap. ad *l. 1. num. 34. & ſeq. D. ſol. matrim.* Afflict. *deciſ* 108 Bart. *ad l dedi tibi, D. de cond. cau. dat ſing* 646. *l. 1. in omnibus* Anconi *in trac. de mercat 2 part. num 32* Crot. *ad l. 2. num 55* & ibidem alij *D. ſol. matri* Cuiac. *lib 17 obſer. cap.* 37. vide Bar. *in l. ſi conſtante in 6. quæſt. ſecunda partis, D. ſol. matri.* vbi dicit hanc l. habere locum in iudic. ſtricti iur. vide Bar. *in l. vniuerſa, Cod. de precib. Imperat. offer.* pro qua ipſe dicit in *l. creditores, de priuileg. cred. ſ. l.* 136. *num.* 108. *Repetitionum* 3.

l. Si vxor. 42.

Phanuccius, *de lucro dotis, nu. 15. fol.* 390. * vide hic Afonem.

l. Eum qui. 43.

Vide Dec. *in l. 24. num. 4. ff. de reg. iur.*

l. Non idcirco. 44.

Ad hanc legem ſciendum eſt, regulariter non valere ſententiam, quæ dicta eſt nõ præſente vtraque parte, non præſentibus omnibus, quos cauſa contigit: vt ait, *lex de vnoquoque. C. de re iud.* quod locum habet, non tantùm in ſententia iudicis: ſed etiam in ſententia arbitri compromiſſarij, *l. inter, ſupra de recept. arb.* quod tamen petitum eſt ex legibus duode-

Digitized by Google

duodecim tabularum,in quibus ita ſcriptum eſt,*præſentib.ambobus litem addicito.*

§.Cum poſtea.1.

Certiſſimum eſt cum ſeruo, nullum conſiſtere iudicium, nullam litem,ac proinde ſeruum non poſſe habere procuratorem lit.s, *l.ſeruum quoque.de procur.* Vide ſi eum qui agit per procuratorem de pecunia debita,tanquã de pecunia ſibi debita,aut ſuo nomine,celans ſe eſſe ſeruum: nam ſi palàm ſciuiſſet in ingreſſu iudicij eum eſſe ſeruum repulſus ſtatim fuiſſet à iudice,eum inquam qui per procuratorem egit de pecunia debita, ſi poſtea ſeru⁹ appareat hoc caſu debitor abſoluitur, cum quo egerat,creditori autem ſuo obligatus manet qui abſoluitur tantum ab obſeruatione iudicij,& hæc eſt ſententia huius §.

l.Argentarium.45.

Sententia Romæ dicta interdum in prouinciis executioni mandari poterat.

l. iudex.46.

Iudex dictus ſi furere cœperit non deſinit eſſe iudex,furor enim ſuperueniens prætori, vel præſidi,ei non abrogat magiſtratũ, quia mens ei redire poteſt, *l.nec mandante,§.1 D. de tut.& curat.dat.*furor quoq.ſuperueniens, iudici dato ei non abrogat iudicium, ratio eſt,quoniam rectè ab initio iudex datus eſt.

¶ *iudicandi neceſſitatem.* Quia regulariter inuitus iudicare iubetur:ſed ei morbus ſonticus hanc neceſſitatem remittit.

¶ *Morbus ſonticus.* De morbo ſontico dicetur alibi.*fol.477.num.43.Rep.1.*

l.Obſeruandum.47.

Ræuard.*pro tribun.cap* 10.

l.Pars litterarum.48.

Alciat.*lib 4.diſpunct.cap. 6.* & melius Auguſtinus *ad Modeſtinum* vide Alcia.*li.4 diſpunct. cap.6.* * Praxim huius legis vide *in l.38.in fin. D.de adulter.*

l.Venditor.49.

Couarr.*practicar.quæſt.cap.8.numer.3.col.2. fol.47.*

l.Si fideicommiſſum.50.

Zoannetus *rerum quotidianar.cap.* 5.

l.Sed & ſi.52.

Turneb.*lib.19.aduer.26.*Briſſon *lib.4.ſelect. antiq.cap.19.**vide hic Bartolum de exceptione doli, Socinus *Regul.25.*

§.Si libertis.1.

Briſſon.*dict.lib.ſelect.cap.19.*

l.Vix certis.53.

Auguſtin.*lib.2.emend.cap.9.* Ioann.Rober. *lib.3 ſent.iur.cap.26.* Ræuardus *lib.3. variar. cap.7.* vide Gl. *in cap.cũ deputati. 6.ex.de iud.*

l.Per minorem.54.

Ioann.Robert.*lib.1.ſentent.13.*Ræuard.*lib. 2. de præiudi .cap.7.*

l.Edictum.55.

Ludouicus Romanus *ſing.* 200.

l.Licet.56.

Idem Robert. *lib.2.ſent.iur.cap.6.* Limita, vt per Socin.*in regu.165.*& per Alex. *in l.cum fundum,§.ſeruum tuum imprudens.in 4.col.in fin. D.ſi cer.pet.* vide per Salicet. *in. c.ſedes. verſ. ſunt & alij.3.& 4.col.de reſcript.*

l.Tam ex.57.

Pet.Fab.*1.ſemeſt.12.& 13.*Hotom.*libr. 7 obſ. cap.20.*vide Socinum *Regula* 4.

l.Iudicium.58.

Bellon.*lib.3.ſupput.cap.* 10. Faber. *1.ſemeſt. 12.& 13.**Ant.Fab.*lib.4.coniect.cap.7.*

l.Si locus.59.

Coniunge *l.eum qui,ff.de iuriſ.l.iudex,de re iud.l.nemo 38.D.de reg.iur.*

l.Solemus.61.

Ornatur poſt *nu 7.fol.73.*à Cagnolo *de reg. iur.*Limit. per tex in *l.interdum, §.qui furem, de furt.*& ibi per Barto. qui dixit illum text. eſſe valde notabilem : de quo dic vt dicit Dec.in *l.2.antep.coll.de iuriſd.omn.iud.*

§.Latrunculator.1.

Iudex maleficiorum non poteſt cognoſcere de cauſis pecuniariis ciuilibus, Felin. *ad cap.cum oporteat,de accuſat. num.7.* Dec. *ad l. non debet* 111. *D.de regul.iur.*& ibi Cagnol.*nu. 8.& ſeq.*adde quod hæc regula habet locũ in feud.Caccialup.*in tract.de feud.cog.ar.6.n.10.*

l.Inter.62.

Cuiac.19. *obſ.cap.11.*

l.Exigere.65.

Mulier debet dotem ſuam exigere vbi maritus domicilium habuit, non vbi dotale inſtrumentum conſcriptum eſt: vide Dec.*conſ.* 284.Iaſon *ad l.1.num. 60. cum ſeq. C.de ſum. trin.*Felin.*ad Rub.& ad cap.1.num. 23.extra de ſponſ.*Bald.*conſ.471.quæritur,lib.1.conſ.31.libro* 3.Cotta *in memoralib.in verb Dos repet.* Tiraquel.*in ll.connubia.gl ſſ.5.num.28.& ſeq.& nu. 32.& 47.& poſt ll.connub gloſ.5.nu. 8.& glo.8. nu.241.& 229.*Caccialup. *ad l.cunctos populos, nu.114.& ſeq.*Ant.Rub.*ad l.vnum, D.ſi cert. pet.num.136.* Cremen *ſing 63.*Dec. *conſ. 9.& 402.*Cagnol.*ad l.cum quædam puella, nu.3.& ſeq.D.de iuriſd.om iud.*Didac.*de teſt.2.par.c.7. nu.6.*Phan.*in tract.de lucro dot.glo.9.nu.3. cum ſeq.*Rol. à Vall.*in eo.tra q.2.in.ſi.nu.15. & 16 num.5.& q.21.nu.28.*Ioan.Rob.*libr.1.ſent iur.*

Digitized by Google

cap.4. Auguſt.Beroius *q.108.* Zoannet.poſt al legat.*in l.1.num.41.* * & Conſtant.Rogerius *de dote.q.20.*

l.Si quis.66.

Ambigua oratio interpretatur ſecundum intentionem proferẽtis, declara vt per Dec. *conſ.77.* & ad Rub.*Cod.de eden.in fi.* Alex.*ad l.ſi finita.§.Iulia.D.de dam.infect. ad l.naturaliter,§.nihil commune,D.de acqui.poſſ.n.15.* vbi Fab. Acoramb.*num.93.* Rub. *num. 256.* Contra *in memorab.in verb.libellus dubius.* Socin.*reg.237.* Alex.*ad l.diuortio.in princ. D.ſolu.matr.* And. Barb.*conſ.93.num.37 vol.1.*

l.Qui ſe.67.

Repet.5.*fo.175.num.198.*

l. Ad peremptorium.68.

In hanc legem Duaren 1.*diſp. cap.7.* Ioan. Rober.*libr.3. ſent.iur. cap. 17.* Ræuard.*pro tribun.cap.3.** Cuiacius 20.*obſ.11.*

¶Loquitur autem ille textus ante definitiuam ſententiam,ita Bar.*in tract.ſuo de action. iudic.caſ.130.* Repet.5.*fol.164.num.77.*

l.Per interuallum.69.

Coniunge *l.59.de re iud.*

l.In peremptorio 71.

Concordat *cap.cauſam quæ,in fin. extra de reſcrip.** Naſ.*in pract.for.tit.3.de contum.*

l.Nonnunquam.72.

Limita vt per Soz.*in reg.51. per Imol.in cap. fi.in 3.not.extra de vit.& honeſt. cler.* vbi limit. non habere locum in pœnalib vbi in his trinam acquiſitionem requireret,Alleg.*gloſſ.in clem.1.in verſ.30.eod.tit. de vit.& honeſt.cleric.* & dicit hoc eſſe menti tenẽdum.*Maſuer. *in pract.for.tit.2. de dicat.num.22.* Socinus.*Reg.51.*

l.Et poſt edictum.73.

Duaren.1.*diſput.7.* Ræuardus *pro tribun. cap. 3.* Contumax fictus appellans auditur, vt hic & *l.Labeo, C.quom. & quand.iud.* vide Socin. *in reg.74.contumax,* Fel.*ad cap.quo ad conſultationem,de re iud.* Marant.*de ord.iud.6.par.verſ. & appel.num.275.*

§.Circumducto.2.

* Circumducere edictum,c'eſt en françois rabattre vn defaut.

§.Sciendum.3.

Limit.Socin.*in reg.73.74.*

l.De qua re.74.

Menoch.*de arbit.iud.cap.167.folio. 314.numero 30.* *Repetitionum.5.** Socin.*Reg.195.*

l.Si prætor.75.

Menoch.*de arbit.iud.libro 1.cap.38.*

§.Marcellus.1.

Sententia ex falſis allegationibus contra abſentem lata, ipſo iure nulla eſt. De intellectu poſt ſcrib.hic latè per Alex.*ad l.qui Romæ,§.duo fratres,D.de ver.obl.nu.41.& ſeq.* Matheſ.*not.15.quod ſententia,* Dec.*ad cap.ſi duobus extra de appell.* Fel.*ad cap.ſicut,num. 23.de re iud.* Pariſ.*ad cap.cum venerabilis,num. 74.extr. de excep.* Menoch. *in tracta.de arbitr.iud.libro 1.q.38.numero 16.* Ioann. Robert. *libro 3.ſent. iur.cap.2.* Briſſon.*libro 4.ſelect.cap.12.* in addit. ad Math *ſing 18.numero 4.folio.194.*

l.Proponebatur.76.

Alciat.*libro 6.parerg.cap.17* Ferrand.*libro 1.explic.cap.17.* Repetitionum.7.*folio 510.numer.127.** Plato *in Timæo.* Ariſtoteles.3.*Politic.* 2.Alex.ab Alexan.*Gen.dier.lib.3.cap.10.*

l.In priuatis.77.

Corraſ. *libro 4.miſcell. cap.9.* Duar.*libro 1.diſput.cap.5.* Cuiac.3.*ad Africa.* Repetitionum 1.*folio 338.num.3.* Vide *l.apud filiũfam. 1.cap.1. D.de off.præ.*

l.Quippe.78.

Vide *l.apud proconſ.,de manum.vind.*

l.Cum quem.79.

Vide Gloſſam finalem *cap.reprehenſibilis 26. extra de appell.*

l.Si in iudiciis.80.

Prius conueniri debet principalis, & poſtea fideiuſſor. Vide in materia Socin.*reg.134.excuſſio* Iaſ. *ad §. item ſi quis num. 67.* & quæ ibi ad eum *Inſt.de action.* Limita vt per Bart.& Iaſ.*ad l.decem.num.27 D.de verb.oblig.* Iaſ.*ad l.2.num.20.D.ſolu.matr.* Rip. ad *l.obligatione num 26.D.de pignor.* vbi dicit poſſe renuntiari beneficio huius Aut Guid. Pap. *deciſ.520. 94.26.*& 432.Bart.Paul.de Caſt. & Dec.*ad l. fin.coll.1.& 2.1.lect. D.ſi cer.pet.* Afflict.*deciſ. 318.* Vbi de fideiuſſore indemnitatis. Marſ. *ſing.230.* Bart *ad l.non iuſta Cod.de iure fiſci lib. 10.* Et quid de fideiuſſore qui promiſit ſoluere liberè ſine aliqua exceptione,an videatur renuntiaſſe beneficio huius legis. Marſ.*ſing. 132.*&de fideiuſſore qui proteſtatur coram iudice ſe nolle eſſe obligatum pro tali , etiam quod fideiubeat, an valeat talis proteſtatio. Gerard.*ſing.52.* Vide alias notabiles limitationes quas ponit,Dec.conſ.27 ad fi. in materia. Tiraq.*in præfat. ad l.ſi vnquam num. 152. C.de reuoc.don.* Ferret.*conſ.129.& ſeq.* Rip.*ad l. ita ſtipulatus num.5.de verbor.oblig.* Ro.*conſ. 211.* la e *Por.lib.1.conclu.*14.vbi ponit 25 ampliationes & 45. limitationes quid in patre promittente quouis modo pro filio quod non poſſit gaudere beneficio huius legis de communi Viu. *lib.1.comm. opin. in verbo. pater interueniens.*

Digitized by Google

l.Si in iudiciis.80.

Error in nomine, vel cognomine iudicis non vitiat iudicium.

Tit.2. De inofficoſo teſtamento.

In hunc titulum ſcripſit Equinarius Baro. *tom.*3.& Pratcius *catapodiſmat.lib.*2.Ioan.Ręuard.*de auctori.prud.cap.*13. Hac petitione ex lege Glaucia, reſcinduntur teſtamēta, in quibus, vel pater à filio, vel filius à patre exhęredatus eſt: in iis enim vtrique videntur ſui officij eſſe obliti, eáque reſciſſio poſtulatur à iudice. *Paulus *lib.*4.*ſent.tit.*5.§.9.

l.Sciendum.1.

Connanus, *folio* 7-8. *Paulus *lib.* 4.*ſent.tit.* 5.§.1.

l.Hoc colore.2.

Contra iſtam legem opponitur, quia videtur, quòd prauus ſit hic color, quoniam ſi agit querela inofficioſi teſtamenti, de ſe iudicat illud teſtamentum factum contra officium S.pietatis, vt verb. *inoficioſum* ſonat, vel ſe adducere poſtea quaſi à demente, &c. non videtur quod operetur, quando intelligatur factum contra pietatis officium, quod vitium videtur velle cooperire, illo colore quæſito. Potes pro ſolutione dicere, *q.l.* non vult cooperire illud vitium, quod videlicet ſit factum contra pietatem. Sed quomodo illud non videbatur legi ſufficiens vitium ad impugnandum teſtamentum, quod aliter erat ritè confectum, quoniam nullus cogi videtur, vti pietatis officio. Ideò volens prætor, quod impugnaretur, adinuenit colorem, ſeu quandam cauſam imaginariam, ſeu vitium, quod quando verè interuenit, facit teſtamentum nullum, fuit itaque illud factum à quaſi demente. Vel dic, quòd fortè non debet fieri mentio in libello ſeu petitione de verb. hoc *inofficioſum.*

¶ Sed inſtatur ſecundò, Fictio idem operatur in caſu ficto; quòd veritas in caſu vero, *l.filio quem pater.de liberis & poſthum.* Si igitur eſt vera furioſitas, teſtamentum eſt penitus nullum. Ergo, &c. Quarè fingitur. Reſpond. quod placuit legi ſtatuere, attento, quòd alia iuris ſolemnia fuerunt obſeruata, quę ex aduerſo inuenit eſſe mente ſanum. In tali itaque caſu media via intelligitur, vt valeat, ſed vt reſcindi poſſit.

¶ Tertiò, non debet defunctus iniuria affici, *Inſt.quib. ex cauſis manumit.non licet,* §.1.*ibi*, ne defunctus iniuria afficiatur, & multo magis contra id, quod eſt in veritate.

l.non eſt enim.4.

Cuiac.*libro* 2.*obſer.cap.*21.& *lib.*14.*cap.*14.

l.Nam & his.5.

Probatio incumbit ei qui dicit ſe eſſe exhæredatum, *vt l.liberi, C.de inoff.teſtam.* quod tamen correctum eſt *Nouel.*115.

l.Poſthumus.6.

Aug.*libro* 4.*emend.cap.*17. Corſetus in *ſing. in ver.ſenten.*15.*numero* 1.*folio* 635. vide Socin. *in l.ſed & quæſitum, in fi. verb. D.de lib. & poſth.* & Ruin.in *l.placet, in prin.de liberis & poſth.* & ibi Soc.in 1.*not.*

§.Si quis inſtituta.2.

*Paulus *lib.*1.*ſent.tit.*13.§.*vlt.*

l.Papinianus.8.

Cuiac.*libro* 9.*obſer.cap.*14. Cont.*libro* 1.*lect. ſubſecut.cap.*2. Gilber.Regius *libro* 1.*enantiophanôn c.*27.Briſſon.*libro* 4.*cap.*19.Repet.3.*folio* 468.*numero* 25.

§.Papinianus lib.2.

Corraſ.*libro* 6.*miſcel.c.*11.

§.Sed nec.5.

Repetitionum 8.*folio* 320.*numero* 173.& *folio* 283.*numero* 46.

§.Si quis mortis.6.

Forcat.*dial.*3, *num.*4.

§.Quarta autem.9.

De quarta legitima ſcripſit doctiſſimus Hotomanus *vol.*1.*diſput. cap.* 2. & Martreſius *in notis cap.*5.Repetitionum 7 *folio* 388.*numero* 120 *Paulus *l.* 4.*ſent.tit.*5. Tiraquellus in tractatu piæ cauſæ.

§.Meminiſſe.14.

Menoch.*de arbit.iud.cap.*7. Arius Pinellus, *Cod.de bon.mat. folio* 13. Gloſſa *in cap.quamuis* 35.*extra de ſent.& re iud.* *Paulus *lib.*4.*ſent.tit.* 5.§.9.

l.Si pars.10.

Cuiac. *libro* 10.*obſ.cap.*20.& *libro* 12.*cap.*16. Ræuard.*pro tribun.cap.*20.

l.etiamſi.11.

Curtius Brugenſis *libro* 3. *coniect. ad fratrem cap.*34. Auguſt.*libro* 4.*emend.c.*17.

l.Nihil intereſt.12.

Ræuardus *libro* 1.*de praiud.cap.*8.

l.Titia.13.

Valla *quæſt.in iure controuerſ.tract.*2.Ræuar. *pro tribun.cap.*17.& 20.

l.Pater filium.14.

Vvaltherus *libro* 1.*Miſcell.* .17. hanc legem vtiliter repetiit Ioannes Guterius Goz.*ad l. quæ ſe patris, C.vnde lib.num.*228.& 237.& 239. & Viglius *Inſt.de inoff.teſt.ad prin.numero* 5.nouiſſ.vide Ferran.Vaſq. *de ſucceſſ.creat.*§.30.*nu.*

138. *& ſeq.* Vide Ruin. *in l. ſi quis, pen. col. de lib. & poſthu.* Et ad gloſſ. ibi poſit. vide Barto. eã reprobant. *in l. in ſuis, de liberis & poſthu.* circa fi. & omnino vide, quia nouiter intelligit illam, Repet. 8. *fol.* 151. *&* 152. *num.* 228 237. *&* 239.* Harmenopulus *lib.* 1. *tit.* 9. §. 17.

l. Nam & ſi. 15.

Cuiac. *lib.* 8. *obſ. c.* 23 *fol.* 355. *num.* 270.

Repetitionum 5. vide Aret. *in conſ.* 75. 1. *vol.* 3. *coll. verſ. & reſpondetur,* Et Ruin. *in l.* 1. *in* 20. *char.* D. *ſoluto matrim.* poſt alios Docto. Repetitionum 8 *fol.* 390. *num.* 62 Mar. Mant. *ſingul.* 511. *num.* 1 *fol.* 919 *& ſing.* 512 H. I. Connanus, *fo.* 891. *&* 706.* Gellius *lib.* 5. Valco. *lib.* 9.

l. Filio qui. 16.

Repetitionum 1. *f.* 151. *num.* 231. Proponitur autem hic caſus, quo per querelam inofficioſi teſtamenti quæ liberis aut parentibus exhæredatis datur, teſtamentum reſcinditur pro parte tantum, id eſt teſtator ſit inteſtatus pro parte tantum, & pro altera parte manet teſtatus quod videtur eſſe abſonũ, nec ab initio fieri poteſt, vt quis ſit partim teſtatus, partim inteſtatus, niſi ſit teſtator miles, & poſt facto fieri poteſt, veluti per querelam inofficioſi teſtamenti, vt in caſu huius reſponſi.

l. Qui repudiantis. 17.

Ad intellectum huius legis ſciendum eſt, querelam inofficioſi teſtamenti dari liberis exhæredatis teſtamento patris, vel matris dicentibus ſe immeritò, & contra officium pietatis eſſe exhæredatos, & hac actione ag apud centumuiros, *l. vlt. Cod. de lib. præter* vt & verba huius legis demonſtrant, Plin. *libro* 5. *epiſt.* 1. vis autem & poteſtas huius querelæ eſt, vt teſtamentum reſcindat, vt parentem inteſtatum faciat, vt hæreditatem quam adierant, euincat hæredibus ſcriptis, ſi liberi exhæredati rectè probauerint immeritò fuiſſe exhæredatos, *l.* 6. §. *ſi quis, & l. nam & ſi,* §. *vlt. ſupra hoc tit.* l. *vt liberis,* C. *de colla.* Repetitionum 1. *f.* 499. *num.* 69.

§. Cum contra. 1.

Ex ſententia iudicis fieri. ¶ Quotieſcunq. cõtumax quis condẽnatur de iure eius, non de iure teſtamenti pronuntiatum eſſe intelligitur: vt igitur ſententia contra inofficioſum teſtamentum lata ius inter omnes faciat, neceſſe eſt hærede præſente pronuntiari.

l. De qua re. 18.

Teſtamentum inofficioſum non reſcinditur eo ipſo quod ſit inofficioſum, niſi præſente aduerſario pro inofficioſo iudicetur. * vide hic Baronem.

l. Mater. 19.

Hæc lex eſt de matre, quæ cũ duas haberet filias, vnã præteriit, omiſit, vel exhæredauit: quæ tria verba idẽ poſſunt in teſtamento matris, ſecus in teſtamento patris, longe enim aliud eſt præterire filium, aliud exhæredare.

l. Qui de. 20.

Carboniana cur non detur, impuberi exhæredato: An filius contradicens melioris conditionis eſſe debeat, quàm qui certus eſt de filiatione, declarat Bart. hic. An intentata querela, videatur intentata hęreditatis petitio, vide l. 1. C. *h. t.* & Bald. *in l.* 1. C. *de inoffic. donat.* An quærela inofficioſi teſtamenti & petitio hæreditatis ſimul in eodem libello proponi poſſint, notat hic Bar. qua de re Bart in *l. non abs re,* C. *vnde li.* & not. Bald. in *l. ſi quis in ſuo. C. h. t.* * vide quæ notat Zaſius hic.

l. Eum qui. 21.

Deſtitiſſe non videtur, qui in fraudem hęredis ſcripti deſtitit, hinc notabis renuntiationem per fraudem extortam non valere: an autem legata debeantur non adita hæreditate, notat hic Bald.

§. Item quæſitum. 1.

Qui ſciens indebitũ ſoluit, is non repetit.

§. Item reſpondet. 2.

In hunc §. Cuiac. *lib.* 15. *obſ. cap* 2. Dicitur autem hic quod querela inofficioſi teſtamenti inducit rem ad cauſam inteſtati, & reſtituit iura hæredi ſcripto quæ non haberet, ſi non adiiſſet, l. *& non tantum.* §. 1. *tit. ſeq.*

l. Filius non. 22.

Bellon. *lib* 4. *ſupput. ca.* 4. Alciat. *lib.* 4. *parad. c.* 3 Iaſon, *ad l.* 1. C. *qui admit. n.* 5. & ibi Iac. Nig. *nu.* 44. *& ſeq.* & Sebaſtian. Sapia. *num.* 49. 52 53. *&* 56. Zuccar. *num.* 76. *&* 78. Socin. Iun. *ad l. cum filiusfam. de leg.* 1. *num.* 2. latiſſimè Ari. Pinel. in *repet. ad l.* 1. *Cod. de bon. mater. in* 1. *par. f.* 20. *n.* 21. Politi. in *tract. ſubſtit. in mater. vulg. nu* 12 vide Bart. in *l. ſi quis hæres,* §. *fin. in* 2 *coll. cum ſeq. de acqui. hæred.* & quod ibi dicũt Doct. vide Doct. *in l.* 1. *ſuper gloſſ. in verb. emolumentum, C. qui admitt.* Et vide ibi D. Vnguin Bon. Cãpeg. qui dat verã intelligentiã iſtius text. vid. Nig. omninò in ſua Repet. *dict. l.* 1. *C. qui admitt.* Et D. Maria. Soc. *in l. filiusfam. de leg.* 1.

§. Et quærebatur. 1.

Repetitionum 8 *fo.* 72. *nu.* 44. *&* 45 *cum ſeq.*

§. Multo. 2.

Repetitionum 8. *f* 84. *num.* 44. 76. *&* 78.

§. Item ſi. 3.

Repetitionum 4. *fol* 87. *num* 1.

l. Si ponas. 23.

Hinc nota ſublatam eſſe ſuorum, & emancipatorum differentiam, emancipatus enim liberos ſuos excludit, vt in *c.* 1. *Nou.* 118.

Digitized by Google

¶ Emãcipatus an hodie ſit ſuus hęres: An fili[9] in poteſtate ſit neceſſarius hęres: An & cur ſucceſſoriũ edictũ locũ habeat in ſuis: An hæredis nomẽ nudũ ſucceſſoriũ caput impediat, deniq. an ſucceſſio ſit ĩ ipſa ſuitate, v. Bal. hic.

§. Si hæreditatem. 1.

Agnoſcere videntur. ¶ A querela inofficioſi teſtamenti excluditur is, qui aliquo medio defuncti voluntatem approbauit, *l. 8. C. eod.*

§. si duo. 2.

Nota hic quod renuntiatio litis inducit ius accreſcendi, quaſi diceret in querela inofficioſi teſtamenti, locus eſt iuri accreſcendi.

l. Circa. 24.

Quod quis ex parte teſtatus, & ex parte inteſta.[9] decedere poſſit, diſce hac lege, quod euenit quãdo in querela inofficioſi teſtamẽti contrariæ iudicium ſententiæ latę fuerũt.

l. si non. 25.

Inofficioſi teſtamenti querela ceſſat, quando mortis cauſa quarta datur.

Aut ſi minus habeat. ¶ Hæc incluſa addita videtur per Tribonianũ, vt teſtatur hic Accur.

§. si quis. 1.

Teſtamentum rumpitur eo quod non intereſt agenti.

l. si ſub hac. 26.

Ad intellectum huius l. vide quod notat Archidia. *in can. talia. cau. 8. q. 3.*

l. si inſtituta. 27.

Tranſactio non ſeruata fide, non officit tranſigenti.

§. Ei qui ſe. 1.

¶ An negotia teſtatoris filiationem tollat, quærit hic Bal. quem conſule.

§. De inofficioſo. 2.

¶ An filius fratris de iure dicatur nepos, quærit hic Bar. qua de re vide Fel. *in cap. per tuas. in vlt. not. ext. de prob.* Bal. *in l. vxor. C. qui accuſ non poſſ.* contrarium vide *in c. tua nos, ex. de conſang. & affin.* Pau. de Caſt. *in l. fi. C. de ſucceſſ. edict.* & Alex. Imol. *in l. ſi dotali 1. ſol. matr.* Alex. *conſ. 31. 4 part.*

§. De inofficioſo teſtamento nepos. 3.

In hunc §. Couar. *prac. q. c. 6. nu 6. col. 3. f. 38.* Couarr. *Deciſ. 11. poſt n. 2.* Deciſionũ Affl. *f. 25.*

§. De teſtamento. 4.

Matris præteritio habetur ꝓ exheredatione.

l. Cum mater. 28.

Curtius Brugenſis *libro 1. eina r. ad fratrem f. 35.* Forner *lib. 2. ſelect. cap. 16.*

l. si ſuſpecta. 29.

In hanc legem Couarruuias pract. *quæſt. c. 13. numero 3. col. 1.* Couarr. *quæſt. folio 85.*

§. De inofficioſo. 1.

De ſpuriis vide quæ no. Gothof. *in Nou. 74. & 89.*

§. Quamuis. 2.

In ſumma vult hic textus, quod tranſactio ſuper querela inofficioſi teſtamenti, facit teſtamentum in ſuis viribus remanere, & legata deberi, *l. 3. D. de tranſact.*

§. Quoniam. 3.

Fœmina non adoptare filiũ, abſq. licentia principis poteſt, vt traditur in *l 5. C. de trãſac.*

§. In ea. 4.

Nota hic quo loco inofficioſi querela peti poſſit, nempe in ea prouincia agi poſſe, in qua ſcripti hæredes domicilium habent.

l. Aduerſus. 30.

Pater naturalis de inofficioſo teſtamento rectè agere poteſt, aduerſus teſtamentum filij in adoptionem dati.

§. Tutoribus. 1.

Qui nomine alterius agit de inofficioſo teſtamento, non eſt indignus legato.

l. Si is qui. 31.

In querela inofficioſi teſtamenti locum eſſe ſucceſſorio edicto, notat hic Bal. qua de re vide *l. 1. D. quis ordo in bon. poſſ. ſeruet.* vide quæ notat Bar. *in l. pater filium, ſupra h. t.*

§. si hæres. 2.

¶ An & quæ ſit ratio differentiæ inter hęreditatẽ & legatũ, quærit hic Bar. quem vide.

l. si exhæredatus. 32.

Nota hic quod aduocatus pro hærede videtur approbare teſtamentũ, vnde quæritur an executor teſtamẽti exercẽte officiũ, teſtamẽtum quoque probare videatur, vide Ioann. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de inſtrum. edit.*

§. si legatario. 1.

Qui legatum petit, hęreſque eſt teſtatoris, teſtamentum eius approbare videtur, vnde legatarij hæres legatum petens, querelę inofficioſi teſtamenti, proponendę poteſtatem ac facultatem ſibi eripit.

Tit. 3. De hæreditatis petitione.

Eſt generalis & aſſis vindicatio, qua petim[9] nos hæredes declarari, & hæreditatẽ nobis reſtitui ab eo qui pro hærede vel pro poſſeſſore eam poſſidet. De materia petitionis hæreditatis multa Bald. hic, quem vide.

l. Hæreditas. 1.

¶ An autem hæredis appellatione ſimpliciter contineatur hęres inſtitutus in re certa, vide Bald. hic.

l. siue ſuo. 2.

Suo nomine & per ſe heredem fieri an & quę differentia ſit, notat hic Gloſſa.

Digitized by Google

l. Veluti. 3.

Ad intellectum huius legis, vide tex. *in l. qui in aliena, §. interdum, D. de acq. hæred.* & ibi doctores præſert. Bart. Imo *in l. ex filio, D. de vulgar. & pup.* & in *l. & an eadem, D. actiones in fin. D. de excep. rei iud.* * Cuiacius ad *l. 6. §. de in integr. reſtitut.*

l. Si hæreditatem. 4.

In hanc legem Couarru. *pract. quæſt. ca. 12. num. 6. col. 2.* Couarr. *quæſt. fol. 82.*

l. Diuus Pius. 5.

Eius reſtitutione ſatiſdare. Nota hic rei hæreditariæ alienationem permitti, data ſatiſdatione & cauſa cognita.

§. Diuus Hadrianus. 1.

Falſi accuſatio hæreditatis petitionem ſuſpendit, & quodlibet iudicium ſingulare.

§. Eorum qui. 2.

In hunc §. Cuiac. *lib. 10. obſ. cap. 20.*

l. Si teſtamentum. 6.

Non eſt dandum. Quod nemo audiatur ſimul falſum dicens teſtamentum, & legatum ex eo petens collige ex hac lege.

l. Si quis libertatem. 7.

Marthreſius *in notis cap. 6.* Hanc legem optimè explicant Bar. & Bald. hic.

§. Ita demum. 1.

In hunc §. Gilbertus Regius *enantiophanôn lib. 2. cap. 20.*

l. Regulariter. 9.

Limita vt per Iaſ. *l. fi. in vlt. col. C. de edict. diui Adr. toll.* vide quod notat Barto. *in l. 1. C. de inof. teſtam.*

l. Licèt. 10.

Hæreditatis petitio datur pro minima re, & hinc concludit de minimis, etiam quandoque curandum eſſe.

l. Pro hærede. 11.

* Explicat nunc Iuriſconſultus, quid ſit pro hærede poſſidere, & ſanè pro hærede poſſidet is qui ſe hæredem eſſe exiſtimat. * Theophilus §. 13. *Inſt. de interdictis.*

l. Qui interrogatus. 12.

¶ Hæredem qui ſe falſo eſſe contendit, qua actione conueniatur. An & quomodo poſſidere pro hærede, vel pro poſſeſſore quis cognoſcatur, vide Bar. hic.

l. Nec vllum. 13.

Vide Socin. *in reg. 242.*

§. Omnibus. 1.

Omnibus titulis. Nota hic titulum eſſe iuſtam cauſam poſſeſſionis.

§. Neratius. 3.

Alias incipit *lex Neratius.*

§. Quid ſi. 4.

Nota hic quod hæreditatis petitio datur quatuor modis aduerſus titulo poſſidentem.

Vtilem actionem Emptor vniuerſitatis hæres quodammodo habetur, quoniam ei actiones vtiles competunt.

§. Idem & in. 7.

Hæreditatis petitione tenetur is, qui ſolos fructus ex hæreditate retinet.

§. Si quis ſciens. 8.

Nota hic ſufficere bonam fidem, ad excludendam hæreditatis petitionem.

¶ Nemo enim prędo eſt qui pretium numerauit. Prædonem non facit mala fides ſed inuaſio, *vt l. nemo prædo eſt. D. de reg. iur.* prædo tamen eſt. ſi quis à furioſo maximè ſciens emerit, *l. nec vllam, §. 1. ſupra de pet. hæred.* Vel à pupillo, vel ab eo cui bonis interdictum eſt, qui autem ab eo emit, cuius rem non eſſe nouerat, prædo non eſt, & ideo petitione hæreditatis directa conueniri non poteſt, vtiliter conueniri nihil impedit. h. §.

§. Item ſi quis. 9.

Actio vtilis datur aduerſus eum, qui à fiſco hæreditatem quaſi vacantem emerit. Hęreditatis autem petitione conueniri poteſt actione vtili, qui vniuerſitatem bonorum emit à fiſco, immo fortè conueniri non poteſt, vt hæc lex corrigatur per leg. *bene à Zenone, C. de quadr. præſcrip.*

§. Apud Marcellum. 10.

Maritus vtili hæreditatis petitione tenetur, ſi hæreditas in dotem data ſit.

§. Hæredem. 11.

Vide in hunc §. Cuiac. *lib. 9. obſ. cap. 25.* notabis autem hic titulum vniuerſalem non excludere petitionem hæreditatis.

§. Si quis. 12.

Nomine proprio hæreditatis petitione conueniri non poteſt, qui alieno nomine poſſidet. vnde nota hic poſſeſſionem acquiri ſine animo.

§. Non ſolum. 13.

Actione petitionis hæreditatis tenetur qui non poſſidet, ſed vt poſſeſſor ſe obtulit. Qui autem rei voluntarij propriè dicantur, notat Bald. hic.

§. Item ſi quis. 14.

¶ An poſſeſſor liberare poſſit doloſum, & an è contra doloſus liberare poſſit poſſeſſorem. An futura veniant in vniuerſalibus. An poſſeſ-

Digitized by Google

poſſeſſori detur actio in rem, nota vt per Bald. hic.

§. Item à debitore. 15.

Hæreditatis petitio competit, cõtra quemlibet obligatum defuncto, vel hęreditati tam ex contractu quàm ex delicto.

l. Sed vtrum. 14.

Hæreditatis petitione vt teneatur debitor hæreditarius, vtrum interſit, debitor ſit hæreditarius ex contractu vel ex delicto.

§. Sed & is. 1.

Hæreditatis petitione tenetur qui pretia rerum hereditariarum poſſidet, vel qui à debitore hæreditario exegit.

§. Non ſolum. 3.

Peti hęreditas poteſt, non ſolùm à defuncti debitore, ſed etiam à debitore hæreditario.

§. Iulianus. 4.

An omnes actiones ex edicto cedi poſſint, notat hic Bald.

An interdictum recuperandæ poſſeſſionis cedi poſſit, vide Tiraqu. *de retract. §. 26. gloſſ. 3. numero* 18. Bald. *in l. per diuerſas. C. mandati.*

§. Idem Iulianus. 5.

Alienata in fraudem patroni cur non reuocentur per petitionem hereditatis.

§. Idem ſcribit. 6.

¶ *Caluiſiana actione.* De actione Caluiſiana, vide *l. 2. Cod. ſi quid in fraud. patr* & an ea ſimul cum alia dari poſſit, vide hic Gloſſam.

¶ An autem & quæ ſit actionis Paulianæ, Fauianæ, & Caluiſianæ affinitas ac ſimilitudo aut differentia, notat hic Gloſſ.

§. Idem Iulianus. 7.

Veluti iuris poſſeſſor eſt. ¶ Pro poſſeſſore habetur qui iura cedere poteſt.

l. Quod ſi. 17.

An alienatio in fraudem creditorum facta teneat, quo ad ipſum alienantem, notat hic Bald.

l. idem videndum. 18.

Mihi autem in eo quod. Teſtium dicta ad concordiam reducenda eſſe, nota eſt hoc §. cui concord. *cap. cum tu fili. extra de teſtib.* idẽ in inſtrumentis fieri oportere, tradit hic Bald.

§. Nunc videamus. 2.

An feudum veniat in actione petitionis hæreditatis, vide Bald. *in l. liberti libertæque, C. de oper. lib.* & *in l. qui ſe patri, C. vnde liberi.* ad Bald. *conſ. 287 lib. 2. & conſ. 73.*

de

l. Et non tantum. 19.

In hanc legem Vitalis *libro 2. variar. lectio. cap. 1.*

Vide Paul. Pic. *in Rubr. de rei vendicat. in 14. charta.*

Et ad Gloſſ. in verb. *facile*, vide Alciat. *in l. naturaliter, §. nihil cõmune, ſecunda lectura,* D. *de acquir. poſſ.*

§. Veniunt. 2.

Nota hic quod vbi defunctus habet exceptionem, hæres habet actionem, quod maximè notandum eſt, hoc enim pacto fortius eſt ius hæredis, quàm defuncti, huius tamen rei ratio eſt, quoniam hæres titulũ habet, & dominium iure hæreditario, ſed defunctus titulum non habet.

§. Seruitutes. 3.

In reſtitutionem hæreditatis non veniunt ſeruitutes, cum nihil eo nomine reſtitui poſſit, competit tamen eorum nomine interdictum quorum bonorum, *vt l. 1. §. 8. D. quorum bonorum.*

l. Item veniunt. 20.

Iacob. Nig. *ad l. in inſulam, numero* 121. *& ſeq.* D. *de verborũ obliga.* Tiraquell. *in tract. le mort ſaiſit le viſ. 2. part. 9. declarat. numero* 21. *& ſeq.* Cott. *in memorab. in verbo ſubrogata, folio* 436. *numero* 221. *vſque ad num.* 224 Repet. 6. nota tamen hic quod in petitione hæreditatis veniunt ea, quæ hæreditatis nomine comparata ſunt.

§. Sed non. 1.

Non omnia quæ ex hæreditaria pecunia comparata ſunt, in hæreditatis petitionem veniunt, & quare hoc, vide quæ notauit Gothof. *in l. 48. in fi. D. de furtis.*

§. Simili medio. 2.

Res vendita abſque neceſſitate venit in hac actione, quod ſi vendita eſt ex neceſſitate, tunc pretium eius, venit in hanc actionem.

§. Item non. 3.

Nota hic quod fructus & aliæ acceſſiones hæreditatem augent.

¶ An rei vindicatio & hereditatis petitio circa fructus differant, notat hic Bart.

§. Cum prædiximus. 4.

Actio ſubrogata ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, ſi natura eſt naturalis, ſecus ſi accidentalis, quod optimè probat textus hic.

§. idem rectè. 5.

Auguſtinus *l. b. 3. emend. cap. 3.* Repetionum *6. fo. 467. num.* 141.

H

Digitized by Google

§. Præter hæc. 6.

Alciat *lib.5 parerg. cap.*10.

§. Peritam autem. 11.

Menochius *de arbit. iud. caſu* 220. * Cuiac. hic.

l. Si & rem. 22.

Quid ſpeciale ſit in hæreditatis petitione notatur hic.

l. Vtrum autem. 23.

Ad intellectum huius legis vide Gabrielium 1. *concluſ. tit. de probat. concluſ.* 7.

§. Scire ad ſe. 6.

Vitalis *lib.1. var. lect. c.*24. Peckius *ad c. poſſeſſor. de reg. iur. in* 6. Hoc autem vult quod error iuris non inducit malam fidem. An vero error iuris in lucro prodeſſe poſſit, vide hic Bald. * Vide Faquineum *Controuerſiarum iuris. lib.8. cap.* 9.

§. Si ante. 7.

Si plures ſint poſſeſſores, poſt litem conteſtatam omnes poſſeſſores pares ſunt, & nemo cenſetur bonæ fidei.

§. Perinde. 8.

Not. hic quod dictio *perinde* omnimodò & perfectam ſimilitudinem denotat.

§. Conſuluit. 11.

In hunc §. Forcatu. *Auiarii cap.*2. Arius Pinellus, *C. de bonis maternis, f l.*455.

An & quæ dicatur obligatio ad antidora, vide hic Bald.

§. Si quis re. 12.

In hunc §. Duaren. *lib.1. diſput. cap.*5. & Ioan. Robert. *libr.3. ſent. iur. cap.*5. Martreſius *in notis, cap* 7.

§. Adeo autem. 15.

¶ Tribus viſionibus. Vide Ant. Aug. *libr.2. cap.*2. idem vocabulum extat in §.14. *in fin.* D. *de confirmatione digeſtorum.* * Antonius Faber. *lib.*14. *coniectur. cap.*2.

§. Quod autem. 16.

In hanc legem Auguſtinus *lib. 2. emend. ca.* 1. * Antonius Faber *ſupradicto loco cap.*3.

§. Item ſi rem. 17.

Difficilis ſanè hic eſt §. vt optimè declarat Bart ad cuius intellectum, vide quæ ab ipſo notantur hic.

¶ An autem & quomodo ſuccurratur hæredi contra emptorem rerum, vel cõtra bonæ fidei poſſeſſorem, vide Antonium *conſ.*25.

§. Petitio. 18.

Bellonus 2. *ſuppurationum* 4.

§. Augent. 20.

Augetur hæreditas propter partus, fructus, & alias acceſſiones honeſtè perceptas.

§. Reſtituere. 21.

* Paulus *lib.1. ſent. tit.*13. §.9.

l. Si & rem. 22.

* ¶ *Diſpicite*, De hac formula vide Suetoniũ *in Auguſto ca.*58. & *in Tiberio. cap.*29. & 67. *in Domitiano cap.*11.

§. Si quis. 12.

* Duarenus *lib.1. diſput. cap.*5.

l. Ancillarum. 27.

Hæreditatis petitione penſiones etiam ex lupanari veniunt & cur & quomodo, vide hic Gloſſam.

l. Mercedes. 29.

Fructuum loco ſunt, mercedes à colonis acceptæ, Vt ſunt penſiones locationum.

l. Iulianus. 30.

Arius Pinellus *fol.* 204. *ante num.*43. *Cod. de bonis maternis.* Dicitur autem hic quod bonæ fidei poſſeſſor ſortem & vſuras reſtituere cogitur, quas exegit, vel actioni cedere prout ipſe elegerit, Iulianus tamen aliter ſenſit.

l. Si quid. 31.

An malæ fidei poſſeſſor condicere poſſit, declara vt per Bald. hic.

§. Sed ſi ipſi. 1.

In hunc §. Cuiac. *lib.*15. *obſ. cap.*12.

§. Quod autem. 5.

Ioan. Robert. *lib 3 ſent. iur. cap.*5.

l. Per ſeruum. 32.

In hac actione veniunt, quæſita per ſeruũ hæreditarium extra rem poſſeſſoris. * Cuiacius *lib.*4. *ad Africanum.*

l. Filiifamilias. 34.

In hanc legem Cuiac. *lib.*13. *obſ. cap.*8.

l. Planè in. 38.

In hanc l. Cuiac. *lib.*13. *obſeru. ca.*26. * & 10. *obſ.*1. Huius etiam legis mens ac ſententia optimè explicatur hic à D. Gothof.

¶ An malæ fidei poſſeſſori pro expenſis cõſulatur, per doli exceptionem, vide hic Bart. & Bald. *in l. ſi vnus, §. pactus,* D. *de pact.* * Ant. Fab. *lib.1. coniect. cap.*8.

l. Vtiles autem. 39.

Impenſæ vtiles ac neceſſariæ ſunt quæ fiũt reficiendorum ædium gratia. * Ant. Fab. *lib.*2. *coniect. cap.*1. Faquineus 1. *part. controuerſ. ca.*55.

§. Videamus. 1.

Nota hic malam fidem quæ per litis conteſtationem inducitur, non nocere bonæ fidei poſſeſſori re naturaliter perempta.

l. Illud. 40.

In hanc

Digitized by Google

In hanc legem Ioan Rober. *lib. 1. ſent. c. 23.*

l. Si quo tempore. 41.

Concordat cum hoc textu Gloſ. *in cap. dudum ſuper verbo tēpore, in medio verſ. ſed ſi medio tempore, extra de electione.*

l. Si debitor. 42.

Hæreditatis petitione non tenetur debitor, niſi ſe aſſerat hæredem. Nota autem hic litis conteſtationem, non ſolum per confeſſionem aut negationem fieri poſſe, ſed per dubitationem.

l. Poſtquam. 43.

Contrarietas eodem tēpore non admittitur licet ſucceſſione admittatur.

l. Qui ſe liti. 45.

Qui ſe liti obtulit, vt poſſeſſor condemnatur, licèt non poſſideat, liti autem ſe offerre dicitur qui comparet tanquam contradictor volūtarius, ſecus ſit tanquā neceſſarius.

l. Prædonis. 46.

Prædo dicitur indigne poſſidens, etiamſi dominium habeat.

l. Lucius. 47.

Coniunge *l. eum qui, Cod. de inofficioſo teſtamento.*

l. In æſtimationibus. 48.

¶ An & quę dicatur alienatio voluntaria, notat hic Bald.

l. Si bonæ fidei. 49.

Differt hæc lex *à lege finali. Cod hoc tit.* cuius differentiæ ratio, declaratur hic à Bald. vide autem in hanc legem Cuiac. *lib. 20. obſer. cap. 35.*

l. Hæreditas. 50.

Corraſ. *ad l. qui liberos. D. de rit. nupt. num. 24.* Molinæus *in conſuet. Pariſ. p. 1. §. 1. glo. 5. numer. 109.* Antonius Queſada *lib. 1 quæſt. iur. cap. 5.*

l. Hæres. 51.

Sciendum eſt homini tantum ſanæ mentis, nō & furioſo & mente capto, hereditatem aut bonorum poſſeſſionem, ex teſtamēto, vel ab inteſtato legibus vel edictis deferri. *l. 1 §. furioſus. D. de ſucceſſ. edict.* quia dicitur deferri ea hereditas, vel bonorum poſſeſſio, quæ adquiri poteſt vel repudiari. atqui adquiri nō poteſt, vel repudiari vtiliter ab homine ſano, igitur inſano nō defertur, hinc veriſſimū eſt, neque hæreditatē furioſum adquirere poſſe, neque bonorum poſſeſſionē capere poſſe, iure & ex edicto, neque per ſe, neque per procuratorem ſuum excipitur. vnus caſus, qui refertur in hac lege.

§. Fructuum. 1.

In hoc §. Papianus differentiam conſtituit inter fructus perceptos, ante petitā hæreditatem, aut illatam actionem hereditatis, id eſt ante litem conteſtatam, quorum frufructuum vſuras præſtari ait, & fructus perceptus poſt petitam hæreditatem, quorum vſuras præſtari negat, & hoc intelligitur de fructib. venditis & in ſortē redactis. *l. 4. D. de pact. dotalib.* nam corpora fructuum in iudiciis, vſuras non recipiunt: ſed pretia tantum & ſortes. Rationem autem huius differentię Papianus non explicat aperte, ſed indicat & innuit eam dum ait, ante petitā hæreditatē, ipſam hereditatem auxiſſe, non igitur eos etiam auxiſſe hęreditatem qui percepti ſunt, petitam hæreditatem.

l. Si poſſeſſor. 52.

Quę ſit ratio deciſionis illius text. vide per Dec. *in l. quod te. in 3. col. verſ. 2. cōmunis. ſi cert. petatur.*

l. Non ſolum. 53.

Nota hic quod poſſeſſor iuſta de cauſa res hæreditarias minuere poteſt.

l. Ei qui. 54.

Hæc actio competit ei, qui hęreditatem à fiſco emit.

§. Hæres. 1.

Hæreditatis petitione, pignus peti poteſt, datum à defuncto.

§. Cum prædia. 2.

Poſſeſſor malæ fidei, tenetur in quantum prædia deteriora facta ſunt ex negligentia.

l. Euicta. 55.

Bonæ fidei poſſeſſor quod propter vim ſibi illatam exegerit lucrabitur nec reſtituet.

l. Cum hereditas. 56.

Ad intellectum huius legis, vide Cuiac. *tractat. 4. ad Africanum.*

l. Cum idem. 57.

Cauere quis debeat, vide Gloſſa n *hic & in l. vnic. in verbo qualitatem. ſſ. de ripa.* Roger. *in tract. de dote.*

Titul. 4. Si pars hæreditatis petatur.

Hæreditas cùm ſit ius non recipit partes certas & pro diuiſo vt corpora, *l. Pomponius. ī. de rei vendic.* recipit tamē ſolo intellectu & pro indiuiſo partes, *l. 3. §. ſi ego. & §. ſeq. hoc tit*

Diuiditur autem à lege in duodecim vncias quæ aſſis appellatione continentur, ſi ita teſtator voluerit, *l. ſeruum meum.* §. *vlt. ſ. de hæred. inſtit.*

l. Poſt actionem. 1.

Quomodo hæc actio à ſuperiore diſtet, vide hic Bart.

§. Qui hæreditatem. 1.

Ad hoc allegatur quotidiè hic textus, népe ius meriti ex perſona actoris.

§. Si ego. 3.

* Bartolus hic.

§. Item ſi. 4.

Mentio hic fit de compenſatione, qua de re ſi compenſatio locum habeat in reali iudicio, vide Bald. hic.

l. Si ex pluribus. 2.

* Ant. Fab. *lib. 1. coniect. cap.* 10.

l. Antiqui. 3.

Ad verſ. *Quinquies.* Vide Alciat. *lib. 1. prætermiſſ. f.* 234. *verſ penelopi.* Tiraquell. *de legib. connub. gl. 9. num.* 95. Cagnol. *ad l. ea quæ raro accidunt. num. 6. de reg. iur.* * Vlpianus *in fragmentis. Tit* 26. §. 3.

¶ Leodegarius à Quercu ſcripſit ad hãc legem, item Antonius Guibertus *in polyhiſtore cap.* 10. & 11.

¶ Ad verſ. *Sedet.* Vide Vigli. *ad Rubric. Inſt. de militar. teſtam. num.* 8.

¶ Ad hunc text. in fin. vide Alciat. *lib. 2. diſpunct. cap* 8.

* De numeroſo partu vide Plinium *libr.* 7. & Gellium *lib. 10. cap.* 2.

l. Illud ſciendum. 5.

An obſtreticum relatio probationem faciat, vide hic Gloſſam.

l. Permittendum. 8.

Coniunge *l. tutor.* §. *Lucius. inf. de vſur.*

l. Cum multi. 9. & vlt.

Petitione hæreditatis non tenetur procurator poſſeſſoris niſi poſſeſſori ſucceſſerit.

Tit. 5. De poſſeſſoria hæreditatis petitione.

Hac Bonorum poſſeſſor tantum conſequitur quantum hæres.

l. Ordinarium. 1.

Bonorum poſſeſſores non ſunt veri hæredes, ſed quaſi hoc eſt effectu hæredes, non tamen verum nomen hæredis ſuſtinent.

Tit. 6. De fideicommiſſaria hæreditatis petitione.

Hæc petitio iis competit quibus ex Senatuſconſulto Trebellian. reſtituitur hæreditas, hi enim loco hæredum habentur.

l. Quæ actio. 2.

Hæreditatis reſtitutio licet fiat officio iudicis, eius tamen petitio non eſt ciuilis.

DIGESTORVM, liber ſextus.

Tit. 1. De rei vindicatione.

AVlus Gellius *libr. 10. cap. 9.* Rei vindicatio, hic pro proprietatis aſſertione ſumitur. Nam rei verbum hic proprietatem ſignificat.

¶ Vt olim fieret vindicatio. & vt olim dabatur proprietario ciuiliter & directo, hac de re vide §. *omnium. Inſt. de actionib.*

¶ Iſtam rubricam repetit Mar. Lau. & circa rei vindic. vide Mat. *not.* 140.

l. Poſt actiones. 11.

Actio rei vindicationis, competit ad petitionem rerum ſingularium, hoc eſt, competit pro omnibus rebus corporalibus, non cõpetit autem pro incorporalibus, quod limita, niſi incorporalia acceſſoria ſint ad rem, vt per Alex. de Im. *in l. vendicatio inf. eod.*

§. Per hanc. 2.

In hunc §. Ioannes Robert. *lib. 1. ſentent. iur. cap. 13. fo. 54. num. 5. & fol. 82. & fol. 52.* Arius Pinellus. *C. de bonis maternis.* Repet. 2. *f.* 266. *num.* 8.

¶ De hac materia vide Inno. *in c. inter quatuor. extr. de maior. & obed.* Bald. *in l. 1. D. de lib. hom. exhib.*

l. Sed ſi par. 2.

* Pro intellectu huius legis conſule Zaſium hic.

l. Quo quidem. 4.

Actio ad exhibendum regulariter præparatoria eſt alterius actionis ſeu vindicationis, interdum tamen ipſa actione ad exhibendum continetur pretium.

l. Idem.

Digitized by Google

l.Idem Pomponius.5.

Vide Doct.*in l.ſingularia.Ad glo.1.§.ſi cert. pet. & ad §.fin.cum gloſ.* Vide Barto.*in §. nihil commune. in 5.lect.in fin.*& ibi Alexand.* *ff.de acquir.poſſ.*Repetitionum 7.*fo.*112.*num.*81.Repetitionum 5 *fo.*236.*num.*97.

§.Idem ſcribit.1.

Forcat.*dialog.*38.*num.* 3. Alciat.*lib.6.parerg. cap.*11.

¶ *Vtilem in rem actionem dabant.* Vtilis in rem actio datur, directa non datur. l. *adeo.§. vlt.& l.ſed ſi ex meis. D.de acquir.rer.dom.*quæ competit ei in cuius fundo coaluit.*argum.§. ſi quis ex aliena.Inſt.de rer.diuiſ.*

l.Si in rem.6.

Vide Ruin.poſt alios *in l.1.2.not. D.de liber. & poſth.*Pet.Gerard.*ſing.4.num.3.fo.*546. Repetitionum 3 *fo.333.num.* 59.* vide Bartolum hic.

l.Pomponius.8.

*Neque in hæreditatis petitione.*Id eſt iuris ipſius quod eſt temporale, nec poſſideri poteſt pro diuiſo. nam ſi hæreditas pro rebus hæreditariis accipiatur,pro diuiſo poteſt poſſideri,*l* 1.§.*ſi eg*· D.*ſi pars hæred.pet.*

l.Officium.9.

Ad hanc legem vide quæ ſcripſerunt Ant. Rub.*ad l.naturaliter.§.nihil commun.D.de acquir.poſſeſſ num.*227. Gomeſ. I*nſt.de action.§.*1. *num.*10 Fran. Viu.*lib.*1 *comm.opin.ſub littera actio.verſ Rei vindicatio.*vide intellect.per Alex.*in l·naturaliter §·nihil commune· num·*159· *de acquir.poſſ.* Adde eundem *num·*158 *& num.* 171.*& num* 180 Repetitionum 5 *f* 394.*numer.* 227· Hotom *lib.4.obſ cap·* 22 *in fin.** vide Cuiacium *ad Nouell* 22 *cap·*44·

l.Si res mobiles.10.

Collige ex hac lege cum duabus ſequentibus,rem vbi eſt à bonæ fidei poſſeſſore reſtitui,ſumptibus petitoris, à malæ fidei poſſeſſore,vel vbi inuenitur, vel vbi petitur idque ſumptibus eius.

l.Non ſolum.13.

Ad intellectum huius legis, vide quæ notant Doctor.& Bart.*in l·1·C·de iudiciis.*

§.Si quis.1.

Hadrianus Pulæus *de rei alienæ diſtractione cap*.4·Pileus *quæſt.*2·Emanuel Zoares,*lib.*1·*obſer·cap·*2.

§.item ſi.2.

Forcat.*dial*·18 *num·*5 Duaren.*lib.*2 *diſput·ca.* 35 Cuiac.l*ib* 1.*obſ.cap.*9·

¶ *Modice honoris gratia poſſeſſori dato*· Ita Apuleius in *Apol.* 2· *ad Claudium Maximum*·Rūpi tabulas iſtas iube, inuenies filium hæredem, mihi vero tenue neſcio quid honoris gratia legatum,ne ſi quid ei humanitus acciſſet, nomen maritus in vxoris tabulis non haberem,adde Duarenum *d l.*

§.Si ſeruus.3.

Faciunt huc quæ ſcribit Ioan.Robert.*lib.*1. *ſenten·iur.c.*23 Pileus *qu·* 104. vide Ioan. Fab. *Inſt·de rerum diuiſ·§ ſi tamen·in gl·ſi.& il i etiam Aret.*

l.Vtique.16.

Robertus *dicto ca·*23 Cuiacius *lib·*9 *obſ·cap.* 34.*Ant.Fab.*lib·*2*·coniect·cap* 6.

§.Culpa.1.

Menoch.*de arbit·iud.lib·*2· *cap.*61.

§.idem Iulianus 1.& vlt.

* Ant.Fab.*lib* 2 *coniect·cap* 6·

l.Si poſt.18.

Bart.*ſing.*117 *f·*11.

Vſu hominem cœpit· Quæ tamen vſucapio nihil ei prodeſt, cum eam reddere debeat,l. *more·de rei vind. l.nec bona· Cod. de præſcrip.long. temp.*

l.Præterea.20.

Iubere adire hæreditatem is poteſt,qui titulum habet:licet non ſit dominus.

§.Si homo.2.

Caſus ſuperueniens excuſat poſſeſſorem à præcedente culpa.

l.Si à bonæ fidei.21.

Cuiac.*lib* 11·*obſ cap.*39.

¶*Quo minus enim petitor.* Alij *nihilominus*, vnde quidam faciebant, *Comminus*, ſiue *Cominus*.

l.In rem actio.23.

*Licet de pictura quidam contra ſenſerint.*Particula licet corrigit,nec eſt contraria, *l. qua ratione·§.ſed non vti·D·de adquirendo rerum dominio.§·ſi quis in aliena·Inſtit·de rerum diuiſione.*

§.Item quæcunque.5.

Bart.*ad l.centuriæ.2.oppoſ.*vbi Rip.*numer.*31. *D. de vulg. & pupill.*Tiraquellus *in tract.de legibus connubial. part.5. gl.ff.*1.*num.*25.in textu ibi, *Ferruminatio.* Alciatus *l.b.*4.*de verbor. ſignif.& lib.6.parerg.c.*2.Marian.Socin.*in tract. de obligat.lib.*18.*num.*10.*in* 15.*vol.tract.*

¶ Ræuard.*ad l.duodecim tab.cap.*10.

l.is qui.24.

Conſultius eſt agere poſſeſſorio quam petitorio,vide ad intellectum huius legis Felin. *in cap.aduerſario,ex.de excep.*

l.is qui ſc.25.

Ad intellectum huius l.vide omnino Alexand.*in l.naturaliter.§.nihil commune.in 4.contin.D.de acquir.poſſeſſ.*

Digitized by Google

l. Nam ſi actor. 26.

Vide *l. 1. in fin. inf. de action. empt.*

l. Sin autem. 27.

Teſtatione, verbum teſtatio in frequentiori vſu eſt apud Iuriſconſultos quam alibi, vt optimè notat hic Pacius.

l. Quod ſi. 32.

Cuiac. *lib. 9. obſ. cap.* 38.

l. Fructus. 33.

Et ideo ſi dolo. Cuiacius legit *ſi ſine dolo:* ſed à Florentina lectione recedendum non eſſe exiſtimo. * Ant Fab. *lib. 2. coniect. cap. 6.*

l. Ex diuerſo. 35.

*Cuiac. *ad l. iuriſgentium. ff. de pact.*

l. Qui petitorio. 36.

Interrogationes quæ fiunt, an quis poſſideat, quando fieri debeant, declarat hic Bartolus. De forma interrogatorij & quid, ſi quid omittatur, vide Bartolum *in l ſi à te.* §. 1. D. *de except. rei iudic.* quomodo probetur quem dolo deſiiſſe poſſidere, vide Bartolum *in l. non ſolum.* §. *more.* D. *de oper. noui nunciatione.*

l. In fundo. 38.

Ad hanc legem, vide Tiraquellum *de retract.* §. 15 *gloſſ.* 1. *& ſeq.* Adde Felinum *ad cap. cum cauſam. num.* 28. *extra de ſentent. & re iud.* Cagnol. *ad l. ea eſt natura. num.* 11. *&* 15. D. *de reg. iur.* Marſ. *ſing* 177. Et de mater. deduct. expenſar. neceſ. vide per Tiraquellum *de retract* §. 15 *gloſſ.* 1. *& ſeq.* Cuiac. *lib.* 11. *obſ. ca.* 39.

¶ Ornat & declarat ſub *num.* 11. *f. l.* 165. Cagnol. *de reg. iuris.*

*Faquineus *Controuerſiarum iuris. lib. 7. c. 65.*

l. Si quis hac. 41.

Actus magis inſpicitur, quàm potentia, Bald. hic.

l. Si in rem. 42.

Si hæres non poſſidet abſoluitur litis conteſtatio.

§. Quę religioſis. 43.

Vide Gloſſam *in cap. quanto 3. extra de iudiciis.*

l. Fructus. 44.

Pete interpretationem huius legis ex Zaſio *parte 2. antinom. 6.* Couarruuia *libro* 1. *reſolutionum. cap. 3.* *Antonio Fabro. *lib. 1. coniectur. cap. 6.*

l. ſi homo. 45.

Poſſeſſor bonæ fidei tenetur de dolo ante litem conteſtatam, at malæ fidei poſſeſſor de culpa vt poſt litem conteſtatam bonæ fidei poſſeſſor.

l. Eius rei. 46.

Dominiũ rei præſentis vel poſtea ad præſentiam venientis tranſit in ſoluentem litis æſtimationem.

l. Hæc ſi res. 47.

Poſſeſſionem eius rei non traditum iri. ¶ Et ſi cauere non debeat actiones ſuas, ſe ei præſtaturum, cautiones autem ſunt diuerſæ, itaque magis diuerſa eſt hæc lex, *l. is qui. inf. eod.* quam contraria.

l. ſumptus. 48.

Valla *tract. 9.* Puluæus. *de alien. rei diſtract. c.* 11. Beroius *quæſt* 22. * Ant. Fab. *lib. 2. coniect. c. 1. & lib 3. cap. 2.*

¶ Regula hæc in quibus cauſis, procedat. Crem. *ſing.* 106. *num 2 f l.* 487.

Et ibi gloſſ. vide Soc. *in reg* 298. dicit autẽ hic Papinianus bonæ fidei poſſeſſorem, ſumptus neceſſarios & vtiles quos facit in prædium alienum, quod bona fide poſſidebat repetere non poſſe, per actionem à domino, qui prædium vindicat, nec ab authore ſuo, id eſt, ab eo à quo rem habuit. * Gaius *lib. 2. Inſtitutionum. Tit. 1.* §. 8.

l. Solùm. 49.

Hinc nota quod boue mihi legato, cóque mortuo corium mihi non deberi.

l. Si in rem. 51.

Hæres defuncti tenetur etiam ex proprio dolo vt notat hic Gloſſa.

l. Inter officium. 54.

Quæ differentia ſit inter vindicare & conſilium vindicanti præſtare, notat hic Gothofredus.

l. Vindicatio. 56.

Peculium quale nomen & quid contineat, vide Gloſſam hic & in *l.* 5. in verbo *ſed dotis, inf. de impenſ.* adde Campeg. *tract. de dote. part. 1. quæſt. 4.*

l. Is à quo. 57.

*Huius legis intellectum pete à Faquineo *lib. 1. controuerſiar. cap.* 5. Si duo vindicant eandem rem ab eodem poſſeſſore, primo vindicanti traditur præſtita cautione, adde Felin. *ad c. cum ſuper. col. 3. num.* 11. *in med. extra de re iudic.* de quo etiam per Afflict. *deciſ.* 15 *num* 2. Bartol *ad l. ſi alienam. in fin. D. ſolut. matr.* Iaſ. & Dec. *ad l. nam & ſi fur. D. ſi cert. pet.* Adde Guid. Papæ *deciſ.* 13. *ego retuli.* Item latè cur & quomodo procedat, & in quib. terminis, Baldus *in not. quadam ad leg. obſeruare.* §. *poſt hac, n.* 2. D. *de offic. proconſ. verſ pen.* adde Bart. vbi limit. & poſt eum Decium *nu.* 83. *in f. & ſeq. ad l. 1. in 2. lect. C. qui admitti.* vide Deciũ *ad l. ſemper qui non prohibet. num.* 12. *de reg. iur.* Zuccar. *d. l.* 1.

Digitized by Google

l.1 nu.93.& 96 Cagnol. *ad l. ſemper qui non prohibet num.17.* Couarru. *pract. quaſt. cap. 16.*

l.A quo.58.

Regulam illius legis limita, non procedere in matrimonio, ſecundum Roma *ſing.44.* plures alias limitationes, vide per Felin. *in cap. cum ſuper. extra de re iudic. & in cap. veniens, extr. de teſtib.*

l.Habitator.59.

Auguſtinus *lib.1. emendat. cap.6.*

l.Minicius.61.

Nam proprietas totius nauis. Nota hic quod factum ex aliena materia ſequitur dominũ materiæ, iuxta ſententiam Sabinianorum. *§. cum ex aliena. Inſtit. de rer. diuiſ.* quod tamen ex Iuſtiniani emendatione profectũ eſt, porro quę ſit differentia, cum in inſcriptione huiuſmodi capitum reperitur *ex minicio*, quæ cum ſcribitur. *Ad minicium* docebat te Antonius Auguſtus *emendationum lib.1. cap.6.*

l.Si nauis.62.

Ludouicus Vitalis *libro 1. variar. lect. cap.18.*

¶ *Quæ locari ſolent.* Nota hic mercedes & penſiones, id eſt fructus ciuiles rei vindicatione, vt naturales peti poſſe.

§.Generaliter.1.* & vlt.

Ad hunc §. vide Bald. *in l.1. C. de fide inſtrum. lib.10.** Ant. Fab. *lib.2. coniect. cap.6.*

l.Si culpa.63.

Quando vtilis & directa actio intentatur à diuerſis quæ obtineat, vide Bald. *in cap.2. §. fin. de lege Conr. & in l. procurator. ſupra de procurat.* An ille cui conceſſa eſt rei vindicatio, poſſit dicere ſe habere vtile dominium in libello: vide Bal. *in l. per diuerſas. in 111. 9. C. od. mand.* & hic adde quod notat idem Bald. *in l. eum qui §. pret. r. de publicia.*

l.Emptor.65.

Vallad *tractatu.* & Puluæus *vbi ſupra.** Harmenopulus *lib.3. Tit.3. §.98.*

l.Non ideo.66.

Ait hæc lex ſuum eſſe vindicare, quod facit quicunque agit in rem, *vt l. quintus.27. §. cui legatum eſt. D. de aur. & arg. leg.* & alibi ſæpe ſuum eſſe petere, *§. certe. Inſt de rer. diuiſ.* & alibi dominium petere, **l. ſi mancipium. §. vlt. D. de euictione* loquitur præterea de ſtatulibero, & de re ſub conditione legata.

¶ *Quod noſtrum eſſe.* Non videtur perfectè noſtrum eſſe, quod ex caſu puta ex euentu conditionis nobis auferri poteſt, quod à nobis auocari poteſt, *l. omnes actiones 139. §. vlt. D. de reg. iur. l. cum quis. §. hominem. D. de ſolution.* perfectè, id eſt in plenum, vt ait lex *Nevaritas. D. de condict. indeb.* vel purè, vt ait *l. vlt. §. ſed quia. . commu. de leg.*

l.Qui reſtituere.68.

Hanc legem explicat Corraſius *lib.6. miſcel. cap.1. & ad l. in actionibus. D. de in litem iurando. pag.263.* Duaren. *de in lit. iur. num.44.* Lorio: *t. de action. axiom.67 & de eo quod intereſt, axiom.17. & 74.* adde Alex. *ad l. ſi prius. num.44. D. de nou. oper. nunt. & l. in actionibus. num.9. D. de in lit. iuran.* vbi Deci. *num.27.* idẽ Alexander *ad l. naturaliter. §. nihil commune. n.48. D. de acquir. poſſeſſ.* Rimi. *ad §.1. Inſt. de donat. num.51.** Ant. Fab. *lib.6. coniect. ca.17. & lib.16. cap.17.* Zaſius *lib.2. Reſponſorum. cap.21.*

l.Is qui 69.

Ioan. Rober. *lib.1. ſent. iur. cap.19. & lib.4. cap.11.*

l.Nec quaſi.70.

Iniuſto pretio is emere videtur, qui iuſto quidem pretio rem emit ſed inuito.

l.si à Titio.72.

Publiciana profertur contra verum dominum.

l.Prætor.75.

Superficiei extraneus poſſeſſor non poteſt ſuperficiario obiicere exceptionem non ſoluti canonis, vide Glo. *in l.2. infra ſi ager vect.*

l. Quæ de.76.

Quod iuris eſt de toto quo ad totum, idem de parte quo ad partem.

l. Quædam.77.

Circa deciſionem huius legis, quid ſi venditio eſſet conditionalis, & nondum purificata cõditione reperiatur, poſſidere emptor cenſeatur tradita per venditorem vide gloſ. & Ang. *in l. ſeruitutes. ͞j de ſeruit. ii. gene.* Aret. *in l.1. §. ſi vir de acquir. poſſ.*

l.si eius fundi.78.

Cuiac. *lib.11. obſer. cap.39.* Porcat. *in pen. iuris cap.18.** Ant. Fab. *lib.4. Coniect. cap.17.*

l. si hominem. 79.* & pen.

Ad hanc legem ſcripſit Marcus Antonius Cucchus Lapus *allegat.64.** Ant. Fab. *l.2. Coniect. cap.6.*

l.In rem.80.* & vlt.

Vide Alexan. *in conſ.31 incip. in cauſa & lite. vol.5.* & Aret. *inſt. de act. §. ſic itaque. in.4. colum.* Boerius *in ſing. in verb. interrogatio numer.1. fol.372.*

Negans ſe poſſidere non poteſt conueniri, ſed ſi conuincitur de mendacio, transfertur poſſeſſio in actorẽ, & hoc quando ſpecialiter negat ſe poſſidere. Hippolit. *ſing.242.* quid ſi dicat ſe alieno nomine poſſidere, & conue-

Digitized by Google

uiatur, quod ſuo nomine poſſidet. Afflict. *deciſ.*18 Felin. *ad.cap. ex tenore.num.*3. vbi limit. *ext.de reſcript.* Marſ. *dicto ſing.*242. Guid. Papæ *conſ.*13. *& ſingul.* 609. Cotta *in memor. in verſ. mendax.* Iaſ. *ad §. omnium. Inſt. de action. numer.* 84. *vſq. ad* 99. nouiſſime Port. Immolen. *lib.* 1. *concluſ.* 30. qualiter intelligatur Guid. Pap. *ſing.* 609. *fol.* 439.

Tit. 2. De publiciana in rem actione.

Vitalis *lib.* 1. *variar. lect. cap.* 25. Hæc autem actio datur bonę fidei poſſeſſori, qui proprietario ſimilis eſt qui amiſit poſſeſſioné, coniunge §. *nam ſi cui. Inſt. de actionib.* vbi agitur de publiciana in rem actione. *Hermenopulus *lib.* 2. *tit.* 1.

l. Ait prætor. 1.

*Coniunge *l.* 13. *inf. hoc t. &* §. 411. *Inſt. de act.*

l. Vel mortis. 2.

*Vide Cuiacium. *lib.* 10. *obſer. cap.* 28.

l. Sunt & aliæ. 3.

Dominium an tranſeat traditione facta ex cauſa iudiciali: Bartolus putat in reali dominium transferri ex cauſa iudiciali, in perſonali autem poſſeſſione, alia eſt doctorum ſententia *Ant. Fab. *lib.* 1. *coniect. cap.* 18.

l. Sed & ſi 7.

Non vt & habeat actionem. Quod ſi rem ſuam eſſe iurauerit, actione in factum experietur, ſi qui detulit iuſiurandum, rem poſſideat, *l. ſed & ſi poſſeſſori. in prin.* §. *proinde.* D. *de iureiur.* Repetionum 6. *f. l.* 358. *num.* 123.

§. Marcellus. 2.

*Hermenopulus *li.* 3. *tit.* 3. §. 105. 106.
* Antonius Mercator. 2. *notat.* 17.

l. De pretio. 8.

Sozin. *reg.* 229. *in. l.* 1. *in vlt. col. in prin. numer.* 2. C. *de ſacroſanct. eccleſ.*

§. Si duobus. 4.

Et ibi per Gloſſam mag. vide Socinum *in regul.* 118.

§. Si duobus. 4.

Vide Soc. *regul.* 118.

l. Si ego emi. 11.

Seruitutes tam reales quàm perſonales Publiciana actione peti poſſunt.

§. Si de vſufructu. 1.

Repetitionum 1. *fol.* 326. *num.* 278.

§. In vectigalibus. 2.

Forcat. *dialog.* 19. *num.* 3. Ræuardus *lib.* 1. *varie. cap.* 5.

Quæ vſucapi non poſſunt. Niſi dominus miſſo etiam in poſſeſſionem aduerſario damni infecti cauere noluerit, & per contumaciam ſuam paſſus ſit iuberi à prætore eum poſſidere, *l. ſi finita*, §. *ſi de vectigalibus. D. de damno infecto.*

l. Quæcunque. 13.

Menchaca *Controuerſ. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 39.

§. Qui à pupillo. 2.

*Vide Cuiacium ad *l.* 30. *in ſi. infra de verborum obligat.*

l. Papinianus. 14.

Repetitionum 1 *fol.* 509. *nu.* 8. *&* 10. *&* 130.

l. ſi ſeruus. 15.

Actio vtilis an præferatur directæ. An quomodo & quo tempore poſſeſſio precaria ſit vitioſa, vide hic Bald. * Ant. Fab. *lib.* 1. *coniect. cap.* 18.

l. Paulus notat. 16.

Publicianam actionem repellit exceptio dominij.

l. Publiciana. 17.

*Cuiacius *lib.* 8. *ad Africanum.*

Tit. 3. Si ager vectigalis, * id eſt emphyteuticarius petatur.

Coniunge *tit. C. de iure emphyteutic.* §. *adeo autem. Inſt. de locato.* Nouel. *de alien. & emph. col.* 9. *cap. potuit emphyteuta. extra de locato & conducto.*

l. Agri. 1.

Forcat. *dial.* 19. *per totum.* Ioan. Robert. *lib.* 3. *ſent. iur. c.* 28. *Ant. Fab. *lib.* 2. *coniect. c.* 17.

§. Qui in. 1.

Vide Rim. *ad Rub. Inſt. de donat. num.* 295. *& ſeq.* & nouiſſimè per Ar. Pinell. *in repet. ad l.* 1. *C. de bon. mater. in* 3. *part. fol.* 474. Ex iſto autem §. doctores ſumunt regulam, quod in dubio debent verba accipi in potiori ſignificatu: quod quando procedat hæc regula, vide Arc. *in rub. D. de adq. poſſ.* qui dicit regulam eſſe veram: ſed non procedere, quãdo æque proprie in vtroque caſu accipi poſſunt. ſed quãdo magis in vno, quàm in altero, vide Bal. *in l. cum res. in ſi. D. de probat.* fallit in libello cuius verbo latè interpretantur, & vt verificetur in vtili ſecundùm Ioan. Andr. *in c.* 2. *de libel. oblat.* vide alias remiſſiones in addit. ad Bart. in iſtamet lege, in verbo, *appellatione.* Arc. *in rub. de acquir. poſſeſſ. col. pen.* & Bart. *in l. ſi mater. de excep. rei iud.*

l. Idem eſt. 3.

Sarmientus *lib.* 3. *ſelect. interpre. c.* 2.

Digitized by Google

LIBER VII.

Tit.1.De vſufructu & quem admodum quis vtatur fruatur.

l.Vſusfructus.1.

HÆc eadem vſusfructus definitio repetitur *in l.5.in pr. infra ſi vſusfructus petatur.* Harmenopulus *lib.2.tit.10.*

l.Omnium.3.

Vide Doct.*ad l.3.§.& harum.De de verb.oblig.* maxime Socin. ibi *ad 2.coll.* & Aret.*Inſt. de actio.§.æque.in.2. coll. verſ.8.* & præmittit. Claud.Marmet.*in rep.l.naturaliter.§.nihil commune.nu.11.verſ.ſed tu declara.D.de acqui.poſſeſ.* Delarat Cachera.*deciſ.55.num.23.* *Cuiacius *lib.11.obſer.cap.36.*

l.Vſusfructus.4.

IeannesRober.*lib.3.ſent.iur.cap.*18.Parlad.*rer.quot.cap.*4.Arius Pinellus *Cod.de bon.maternis.*

l.Vſusfructus.5.

An locatio inducat vſumfructum formalem,vide hic Bald.

l.Vſusfructus.6.

Quot modis conſtituatur vſusfructus, declarat hoc loco Caius.

§.Acquiritur.2.

Vſusfructus adquiritur nobis, non ſolum per noſmetipſos:ſed etiã per eas quoque perſonas, quas iure noſtro ſubiectas habemus.

l.Vſufructu.7.

Molineus *in conſuetudinib. Pariſ.pag.1.§.1.gloſſ.1.numer.40.cum ſeq.* Cuiacius *lib.9.obſer.cap.18.*

§.Rei.1.

*Paulus *lib.2.ſententiarum.tit.6.§.12.*

§.Quoniam.2.

Gueuarra *in Topica.Cicer.pag.27.*

¶*Vel ſalarium.* Alij legũt *vel ſolarium*,vt ſit vectigal illud quod pro ſolo pẽditur,*l.1.inf.ne quid in loco pub.* *Harmenop.li.2.tit.10.§.8.

§.Caſſius.3.

Cuiac.*lib.2.obſ.cap.36.*

l.Quamuis.8.

Melius fieri non videtur, quod ſit contra domini voluntatem.

l.Item ſi.9.

Fundi vſufructu quid comprehendatur, declaratur hoc legis initio. *Harmenopulus *lib.2.tit.10.§.5.*

§.ſed ſi.2.

Lapidicinas aperiendo, an fundus ſit fructuoſior,Cuiac.*lib.15.obſ.ca.12.*

§.Si hæc.3.

Florentinã lectio deterior eſt, cum nullã metallorum mentionem fecerit ſuperiori loco. Loco igitur *Hæc*, reponendam credo particulam *Et*.

§.Huic vicinus.4.

Vſusfructus augetur latenti incremento; non autem euidenti.

§.Seminarij.6.

Cotta *in memor. in voce Seminarium.* Molin.*in conſuet. Par.ſ.tit.1.§.1.glo.4.num.7.* Zoannet.*reſtit.ad pand.cap.25.* vide Vlpianum *l.4.§.1.D.arb.fur.ceſ.*

l.Ex ſilua.10.

Silua cędua appellatur quæ cædi poteſt, cędere autem nõ ſolum eſt ſuccidere, quod eſt ſecuri, vel aſcia totam arborem crebris ictibus excidere:ſed etiã ferire & vulnerare,*l.5.& 7.etiamſi.D.arb.furt.ceſ.*

l.Sed ſi quales.11.

Nota hic quod appellatione ſiluæ venit ſolum, non tamen arboribus inciſis, vt per Alexand.& Imol. *in l. certo. D. de ſeruit. ruſt. præd.*

l.Arboribus.12.

Vide Alciatum *in l.ſilua.D.de verbor.ſignif.chart.126.*

§.Vſufructuarius.2.

Vſufructuarius locare poteſt alij,*l.5.de vſu & habit.§.1.* Vendere.*ibid.& l.arboribus.§.1.D.h.t.* Concedere etiam precario poteſt per ſe,vel per aliũ,*§.1.Inſt.de vſu & habit.* *Ant.Fab.*lib.1.coniect.cap.11.*

§.De illo.3.

Si fugitiuus in quo meus vſusfructus eſt. Alij legunt hoc modo, *Si fugitiuus nondum ab aliquo poſſeſſus in quo meus.* & hoc fieri quidam exiſtimant,ne hic §.*pugnet cum l.1.§.per ſeruũ.* D.*de acquir.poſſeſſ.* ſed veriſimilius eſt compoſitores Pandectarum, huc tantum congerere voluiſſe, quæ pertinent ad inſtituendam diſputationem de vſufructu, quæ autem ad poſſeſſionem acquirendam, vel dominium, ſuis locis reſeruaſſe.nam illis quoque verbis alia addenda fuiſſent, vt omnis difficultas

Digitized by Google

tolleretur, vt apparet ex *l. per eum.* D. *de acqu. hæred.* *Paulus *lib. 3 ſent. tit.* 6. §. 18.

§. Iulianus. 5.

Alias incipit *l. ſi fur.*

§. Cum igitur. 1.

An vſusfructus ſit pars fundi necne, præclarè diſputat Cuiacius *in l.* 58. D. *de verborum oblig.*

§. De præteritis. 2.

Actio legis Aquiliæ datur domino propter factum non propter negligentiam.

§. Sed ſi. 3.

Vſufructuarius rectè colere tenetur. *Ant. Fab. *lib. 1. coniect. cap.* 1.

§. Si tamen. 6.

* Charon. *lib. 1. veriſſ. cap.* 5. *in fin. & c.* 21. *circa princ.*

§. sed ſi ædium. 7.

Verſ. *Item Nerua.* Eadem Labeonis ſententia refertur *in l.* 7. §. *hac ratione, ſupra eo.* aliud verò dicendum eſt, ſi ſint diuerſæ ædes, & alterarum vnus proprietatem, alterarum alter vſumfructum habeat, *l.* 30. *infra eod. & l. Gaurus Marcello.* §. *Marcellus.* D. *de ſeruitut. vrbanor. præd.*

§. Mancipiorum. 1.

Cotta in voce *Calum al. Calon.* & in voce *Symphoniaci*, Cuia. *lib.* 11. *obſ. cap.* 36. vide Gloſſam 1. *in can. denique.* 1. *diſtinct.* 42.

§. Sufficienter. 2.

Gloſſ. *in cap. ſedes.* 35. *extr. de reſcrip.*

§. Proinde. 5.

Nota hic conſuetudinem viri boni conſiderandam.

§. sed nec. 6.

Nec ſeruitutem fundo imponere poteſt proprietarius. Ratio huius rei eſt, quoniam non habet totum ius ea de re ſtatuendi, vſusfructus enim illi deeſt, nemo autem poteſt fundo ſeruitutem imponere, niſi qui plenè dominus eſt, *l.* 1. D. *comm. præd.* nec quidquam refert, quod ſit dominus proprietarius, *l.* 25. D. *de verborum ſignif.* & fructuarij cauſa deterior non ſit, qui conſentit: & huic quoque paciſci licet, *l. paciſci, ſupra de pact.* ius ſuum, vel totum, vel pro parte remittere, *l. pen. Cod. de pact.* hæc enim omnia dominium plenum nō transferunt, vide hac de re Cuiacium *ad* §. *religioſa. Inſtit. de rer. diuiſ.* & Vitalem *lib.* 2. *varia. lect. cap.* 8.

l. Proculus. 19.

In materia ad hunc textum Alex. & alij *ad l. ſi conſtante. D. ſolut. matr.* Crem. *not.* 28. Marſ. *ſing.* 561. Bellon. *cōſ. num.* 8. & 11. Pariſ. *conſ.* 71. *num.* 2. & per totū, *vol.* 2. Roma. *conſ.* 206 *licet de cōmuni, num.* 4. Paul. de monte. pu. *in repet. l. Titia cum nuberet. num.* 171. *D. de leg.* 2. late & *l.* notanter cōtra omnes Pinel. *in repe. ad l.* 1. *C. de bonis mater.* 35. *num.* 41. 42. & 43. Sarmiētus *lib.* 3. *ſelect. interp. c.* 1. *fol.* 354. *nu.* 41. & *ſeq.* elegātiſſimè Arius Pinellus *C. de bonis maternis.* vide Bartol. *in. l. ex hac ſcriptura.* 2. *coll. verſ.* ſed contra prædicta *de donation.*

l. ſi quis ita. 20.

Afflict. *deciſ.* 401. *num.* 3. *fol.* 769.

l. ſi quis. 24.

Ducitur argumentum ab vſitatis & conſuetis, qua de re vide Albericum hic & Eurardum *in loco ab vſitatis ſeu à ſolitis.*

§. interdum. 1.

Gabriel Mudæus *ad. l. ſi ſeruus in quo vſuſfructus. de actio. emp. num.* 3. & 4.

§. Idem. 5.

Corraſ. *ad l. frater à fratre. num.* 4. D. *de condict. indeb.*

§. Quod autem. 1.

Cuiac. *lib.* 11. *obſ. cap.* 36.

§. Si ſerui. 2.

De quo miniſterio intelligat hic Vlpianus vide Pac. hic.

§. Si quid. 3.*

Videantur hoc loco elegantiſſimi Iuriſcōſ. Briſſon. *libro* 3. *ſelect. cap.* 11. Ræuard. *libro* 3. *var. cap.* 13.

Fuſiones, vide Cuiac. 18. *obſ. c.* 37.

§. sed etſi. 5.

Pœna an committatur aduerſus proprietarium ex facto fructuarij vide Gloſſ. hic.

l. Numiſmatum. 28.

Forn. 1. *ſelect.* 2. Cuiac. 9. *obſ.* 37.

l. Si is qui. 30.

Obſcurare. Quid ſit luminibus obſtruere, vide Bud. *in l. æquiſſimum, ſupra eod.*

l. Si Titio. 33.

Coniunge *l. Mauius,* §. *fund.* D. *de legatis ſecundo.*

§. Vſumfructum. 1.

Aduerſus hunc §. pugnare videtur, *l.* 4. §. *eo.* quæ tamen nihil obſtat, ſi rem penitus inſpiciamus, quomodo enim contrariæ hæ leges dici

Digitized by Google

dici poſſint, cum neutra aliquid generaliter definiatur.

l. Quotiens. 34.

Actus præſumitur factus, ſecundum ordinem ſcripturę, vide Dec. *arg. l. in teſtamēto, nu 12. Cod. de teſta. mil.* & dum hic probatur, quod incertitudo vitiat legatum vſusfructus: vide Hippol. *ad Rub. de probat. num. 33.* vbi multa in materia incertitudinis: adde ad hunc textū Iaſ. *ad l. 1. numero 4. D. ſoluto matrimonio. & ad l. 2. §. prius, D. de vulg. & pupil.* Rip. *ad l. ex facto. §. ſi quis rogatus, numero 11. & ad l. heredes mei, §. fin numero 7. D. ad Trebell.* Felin. *ad cap. cum dilecta, numer. 4. extra de reſcr.* Rim. *ad Rubri Inſt. qui. al. lice. vel non. num. 8. & 17.* Zaſ. *cōſ. 13. num. 15. & ſeq. libro 3.* Ad ibi dicta per Bar. *in fi. verb.* vide Iaſ. eā nouiter limit. *in l. quod ſe patris, in 23. col. vnde lib.*

§. Vniuerſorum. 2. & vlt.

Ad gloſſ. *ibi in fi.* Vide Bart. *in l. ſi ita. qui al legat.* gl. *de aur. & argent. leg. col. 3. in prin* *ſto num. 4.* qui reprehendit hanc gloſſ. eā tamen poſtea approbat *ibi Petr. in verſicu'. vel verius.* *Ant. Fab. *lib. 1. coniect. cap. 14.*

l. ſi vſusfructus. 35.

Vide Ruin. *in l. ſtipulationes, chart. 124. in pr. & in fi. D. de verb. oblig.*

l. Qui vſumfructum. 36.

Forner *lib. 2 ſelect. cap. 16.* * Cuiacius *lib. 5. ad Africanum & 9. obſ. ca. 8.*

§. ſtipulatus ſum. 1.

Vſusfructus retentio extinguitur morte retinentis, neque tranſit ad heredem, niſi dictum ſit vt ad hæredem etiam vſusfructus tranſiret quod vt minus generaliter ab interpretibus, inculcatum minus admitto hoc eſt ſine diſtinctione non admitto.

§. Vſusfructus. 2.

Vſusfructus ſerui Titio legatus eſt Alij legūt *Seruo Titio legatus eſt*: ſed optime vidit Accurſius priorem ſcripturam quæ in archetypo Piſano extare perhibetur veriorem eſſe: qui autem aliam malunt, viderint quomodo ipſi hanc legem concilient, cum *l. vlt. C. de vſufr.* vide & Forner. *ſelect. libr. 3. cap. 16.* Repetitionum 6 *fol. 197. num. 45.*

l. Quia qui. 39.

Vti frui re videtur qui eius precio vtitur & pretium loco rei ſuccedit.

l. ſi alij. 42.

Cagnol. *de reg. iur.* hanc legem declarat ſub *num. 11. & fol. 190.*

l. Etiam partis. 43.

Appellatione partis intelligitur dimidia.

l. Vſufructuarius. 44.

De tectoriis vide Vitruu. *lib. 7. de architect.* *Cuiacius *lib. 1. obſ cap. 36.*

l. ſicut. 45.

Nota hic quod modica vt ſæpius inſpicimus.

l. ſi abſente. 48.

Fructus immaturos colligens tenetur lege Aquilia & communi diuidundo.

§. ſiluam cæduam. 1.

Molin. *in conſuet. Par ſ. titu. 1. §. 1. Gloſſ 8 numero 30.*

l. Titius. 50.

Vſufructuarius reſtituere hæredi expenſas debet, quas ipſe hæres fecit in vſufructuaria re nomine ipſius vſufructuarij, quas expēſas factas hæres ſeruat etiam antequam rem vſufructuariam reſtituat: vt enim actionem ita exceptionem aduerſus vſumfructuarium habet.

l. Titio. 51.

*Cuiacius hic.

l. Si infantis. 55.

An vſusfructus ancillæ infantis valeat quęritur hic vide Rom. *ſing. 157.* *Paulus *li. 3. ſent. tit. 6. § 1.*

l. An vſusfructus. 56.

Vide ad hanc legem Goucan. *lib. 2. lect. var. cap. 8.* Corraſ. *lib 5. miſc. c. 18.*

l. Cuiuſcunque. 60.

Cuiac. *lib. 11. obſ. cap. 36.*

§. Si fundus. 1.

Vſufructuario proprietarius cauere debet, quod nō ſit prohibiturum eum vti frui, quod verū ſi per ſententiam coactus reſtituit nō ſi ſponte, hoc enim caſu vix æquitatis eſt vt caueat.

l. Vſusfructuarius. 61.

Cuiac *lib. 1. obſ. cap. 36.* Zoannet. *reſtitut. ad c. 24.* Corraſ. *lib. 1. miſcell. cap. 6.*

¶ *Nouum riuum parietibus vicinus non poteſt imponere.* Riuum accipe pro ſtillicidij genere, quod minus eſt, leniuſque fluit, quē admodū flumē pre eo quod copoſius maioriq. impetu decurrit. *l. ſeruitutes, §. ſtillicidium, & l. foramen, D. de ſeruitu. urbanorum prædiorum.*

l. Vetus. 68.

De hac quæſtione, vide Corraſ. *lib. 5. miſcel. c. 8.* Cuiac. *lib. 11. obſ. c. 36.* & Cic. *lib. 1. de finibus boncr. & malor.*

§. Fetus. 1.

*Paulus *lib. 3. ſentent. tit. 6. § 20.*

Digitized by Google

§.Planè.2.

Gregem ſupplere. Qua de re vide Cuiac.*lib. obſ.cap.36.*

§.Sed quod.3.

Aliud eſt vſumfructum gregis ſub vniuerſali legare, quam vſumfructum ouium legare licet decem oues gregem conficiant.

l.ſi in area.71.

Forner.*lib.2.ſelect.cap 16.*

l.ſi dominus.72.

Molinæus *in extricatione Labyrinth. ſexdecim legum.*

l.ſi areæ.73.

Gueuarra *in Topic.*Cic.*§.6.num.5.**Paulus *lib.3.ſentent.Tit 6.§.2.*

l.ſticho.74.

Arius Pinel.*C.de bon.mater.fol.613.*Couarr. *reſolut.pag.386.num.6.*

Titul.2. De vſufructu accreſcendo.

Doctores in *l.foramen 27. D.de ſeruitut.vrbanor.præd.*Bart.in *l.iuſto* 44.*§.nō mutat, D.de vſucap.*Paul.*lib.3.tit.6.* Gouean.*de iure accreſ.*

l.Quotiens.1.

Duaren.*lib.1.de iur.accreſ.c.13.*Ioan.Rober. *lib.2 ſent.cap.24.*Gilbert Reg.*lib.2.ἐναντιοφανῶν c.16.*Cuiac.*lib.8.obſ.c.35.* Labittus *in vſu indicis ſui.fol.26.*

§.Idem ait.2.

Coniunctio realis inducit ius accreſcendi in vſufructu & proprietate.

§.Interdum.3.

*Paulus *lib.3.ſentent.Tit.6.§.16.*

l.Ideoque.2.

Cuiac.*lib.5.tractat.**ad Affricanum.

§.Vnde Celſus.1.

Vſusfructus formalis accreſcit cauſali.

§.Non ſolum.2.

Fundi appellatione continetur proprietas & vſusfructus & ideo fundum dare non videtur, qui nudam proprietatem dat vſufructu detracto.*Zaſius 2.*Reſponſ.cap.29.*

l.ſi quis actio.7.

Zaſius *lib.1.reſponſ.ſing.cap.19.* Vvaltherius *lib.2.miſcell.c.14.*

¶Tantum habet vnus nominatus, quantū plures innominati coniunct. per nomen collectiuum. Declara vt per Dec. *conſ.470.n.10. &* 11 & per Bald.*ad l.vnic.§.vbi autem,in prin. C.de caduc.toll.*Sebaſt. Sap.*ad l.fi.C.de impub. num.*16. Pariſ.*ad c.in præſentia.num.96.extra de probatio.**Zaſius 1.*Reſponſ.ca.19.*

l.ſi mulieri.8.

Idem Zaſius *lib.1.ſingul.reſpon. cap.* 29. Pileus *quæſt.92.*

l.ſi proprietas 9.

Cuiac.8.*ad Affricanum.*

l.Interdum.10.

Cuiac.*lib.9.obſ.cap.11.*

l.Cum ſingulis.11.

Interpretationem huius reſponſi pete ex Duaren.*libro 1. de iure accreſ.cap.10.* Loriot. *de conteſt.action.2.& 10.** Faquineo *controuerſiarum iuris.lib.5.cap.30.*

Tit.3. Quando dies vſufructus legati cedat.

Dies cedere dicitur cum incipit deberi, *l. cedere diem 213.de verb.ſign.ff.*

l.Quanquam.1.

Vide Bart.*in l.ita ſtipulatus in 2.q.princ.in 1. memb.inf.de verb. oblig.* tamen in contrarium ipſe ponderat dictionem, malè agit, de qua in text.iſto, in contrarium allego tex.*in l. grege, §.ſi ſub conditione.inf.de pign.*

§.Dies.2.

Quid ſingulare ſit in legato vſusfructus, vide hic.

Tit.4. Quibus modis vſusfructus vel vſus amittatur.

Quot & quibus modis vſusfructus amittatur, vide Brant.

l.Non ſolum.1.

Repetitionum *6.fol.481.num.242.* Paulus *lib.ſentent.Tit.6.§.15.*

§.ſed ita.1.

Vſusfructus amittitur capitis deminutione. Etiam minima tempore Iuriſ. hodie verò ex conſtitutione Iuſtinian. media tantum vel maxima, *l.corruptionem,C.de vſufr.*

l.Sicut in annos.3.

Duaren. *lib. 1.de iure accreſc.cap.9.*vide Iaſ. poſt alios, quos alleg.*in l.re coniuncti,numero 20.& 23.*& ibi Ruin.*in 6.chart. & 8.de legatis tertio.*

§.Hæc autem.1.

Copula cadens inter diuiſas orationes facit coniunctionem verbalem, *l.1.§.his itaque, C.de cad.toll.*

§.ſi areæ.3.

Digitized by Google

Gueuarra *in Topic. Ciceronis.* §. 6. *num.* 5.

¶ *De teſtamento, vel de dolo tenebitur.* Vbi iam cõſtitutus fuerit vſusfructus ſcilicet, ante conſtitutum enim tenetur ex teſtamento hæres. *l. hæres, Inſt. de obli. quæ quaſ. ex contract. naſcun.* & alia actio deficit, *l. & eleganter*, D. *de dolo.*

§. Morte. 4. & vlt.

*Ant Fab. *lib.* 4 *coniect. cap.* 10. *& lib.* 1. vide Saluianum 1. *ad eccleſiam.*

l. Repeti. 5.

*Ant. Fab. *lib.* 1. *coniect. c.* 11.

l. Fundi. 8.

Acceſſorio vitiato non vitiatur principale, vt hic idem ſi vtrumque ſit principale.

l. Si cui balnei. 12.

Res intelligitur mutata mutato miniſterio ex quo dependet effectus.

l. Si fructuarius. 13.

Ioriottus *de fruct. axiom.* 21. *Ant. Fab. *lib.* 1. *coniect. cap.* 13.

l. Excepta. 14.

Vſusfructus extinguitur pro parte non vtendo & rei mutatione.

l. ſi ſub. 16.

Iuri accreſcendi locus non eſt ex teſtamentis diuerſorum.

l. ſi tibi fundi. 17.

Molinæus *ad conſuet. Pariſ. titu.* 1 §. 13. *gloſ.* 5. *numero* 34. *cum ſequen.* Arius Pinel. *C. de bon. mater. fol.* 178. *num.* 7.

l. ſi ſeruo. 18.

Molinæus *in extricatione Labyrinthi ſexdecim legum.*

l. Neque vſusfructus. 19.

Vide hic D. *Gothof.*

l. is qui. 20.

Vſu partis retinetur ius totius à ſciente ſecus ab ignorante. * Ant. Fab. *lib.* 1. *coniect. c.* 20. *& vlt.*

l. si vſusfructus. 21.

De aratro Horat. 1. Carm. Virgil. Cicero *Philip.* 1. Cæl. Rhodig. *lib.* 14. *c.* 5.

l. si mulieri. 22.

Nota hic quod vxor detinet poſſeſſionem per maritum & maritus per vxorem.

l. Si ager. 23.

An per inundationem perdatur poſſeſſio, vide Bald. declarantem & limitantem *in l. vn. C. de cont* vbi etiam quærit numquid perdatur poſſeſſio aquæ per maiorẽ inundationẽ.

l. Si ager. 26.

Poſtliminium ſuum res etiam inanimatæ habere intelliguntur.

l. ſi vſusfructus. 28.

Coniunge *l.* 7. *quemadm. ſer. amit. & l.* 13. *ff. de vſuf. leg.*

l. Pomponius. 29.

Cuiac. *lib.* 10. *obſ. c.* 26. Pileus *quæſt.* 139. Ad gloſſ. ibi in verb. *ſed quod nocet.* vide Bar. eam reprobantem in quæſt. ſua, incip. *publicianus quidam, in* §. *ſolutio. in* 3. *coll. verſ. ſciendum.*

l. Cum gregis. 31.

Gueuarra *dicto loco cap.* 9. *num.* 1.

Tit. 5. De vſufructu earum rerum* quæ vſu conſumuntur vel minuuntur.

Cicero *in Topicis.*

§. Quo ſenatuſconſulto. 1.

Arius Pinellus, C. *de bon. mater. fol.* 184.

l. Poſt quod. 3.

Vſumfructum pater habere debet in nominibus filij hoc ideo quia eſt legitimus adminiſtrator, *l.* 1 *C. de bon. mat.*

§. Si pecuniæ. 1.

Molinæus *ad prin. leg.* 1. *cap.* 1. *D. de verborum oblig. num.* 38. *Ant. Fab. *lib.* 1. *coniect. c.* 17.

l. Tribus. 8.

Molinæus ex profeſſo ad hanc legem ſcripſit maximè, *ad* §. *finito*, Arius Pinellus. *Cod. de bonis matern. fol.* 279. *num.* 76.

l. Cum pecunia. 12.

Ant. Aug. *lib.* 4. *emend. cap.* 7.

Tit. 6. Si vſusfructus petatur, vel ad aliũ pertinere negetur.

Hoc titulo continentur ac proponuntur duę actiones, cõfeſſoriã ſcilicet & negatoria.

l. si fundo. 1.

Cuiacius *libro* 1. *obſ. cap.* 16.

l. Si ab. 2.

Corraſ. *ad l. via, num.* 19. *D. de ſeruit.*

l. Qui vſumfructum. 3.

Corraſ. *ad l. naturaliter*, §. *nihil commune, D. de acquir. p. ff. pag.* 290.

l. Vti frui. 5.

Vide Hotoman. *lib.* 5. *obſ. cap.* 2. *Ant. Fab. *li.* 6. *coniect. cap.* 8.

§. Vtrum. 1.

Petrus Pithœus *in notis ad fragmenta Iuriſc. pag.* 79.

Digitized by Google

Tit.7. De operis ſeruorum.

De operibus ſeruorum loquitur hic Azo.

l. Fructus.4.

Gouean. *libro 1. lect. variar. cap.6.*

l. Operis.5.

Gouean. *lib.1. lect. variar. cap.6.*

Tit. 8. De vſu & habitatione.

l. Et clientes.3.

In vulgatis incipit *l. ſed & clientes.* * Paulus *lib.5. ſent. tit.*15.§.1.

§. Mulieri.1.

Vidua nubendo ſortitur forum mariti.

§. Sed ſi.1.

Alciat. *libro 2. parerg. c.*14. Ræuard. *libro 2. var. cap.*12.

§. Sed ſi.2.

Nota hic habitationem & vſum domus in effectu idem propemodum eſſe.

§. Si vſus.4.

Familiæ non licet, quod non licet domino.

l. Plenum.12.

Ornatur à *Cagn. de reg. iur. num.3. folio* 198.

§. Prętor.1.

Forcatulus, *in penu. iur. cap.5. & auiarij. c.13.*

§. Sed ſi boum.3.

Qui hoc loco *olei* reponunt, reprehenduntur à Fornerio, *lib. ſelect. c.2.* verũ illi reſpõdet, Cuia. *lib.9. obſ. c.37.* Gilbertus Regius, *l.1. enantioq. c.9.* * Harmenopulus *lib.2. tit.*10.§.10.

§. Equitis.4.

Alex ab Alex. *lib.5 genial. dier. c.*8. Ræuard. *lib.5. var. cap.*11.

l. Sed ipſi.13.

Nota hic differentiam inter locare ſeruum & mercedem ei pro opera imponere.

l. Per ſeruum.14.

Ad initium huius legis, vide Cuia. *li.14. obſ. c.23.* Gilbertus Regius *libro 1. enant. c.*11.

§. Vſusfructus 1.

Zaſius *1. par. antino nu.13.* Charon. *li.1. veriſſ. c.21.* Cuia. *li.8. obſ. c.9.* Molin. *ad l.1 §. ſed ſi initio, D. de ver. obl. nu 70. cum ſeq.* * Ant. Fab. *lib.1. coniect. cap. vlt.*

Folio 105. *num.355. & ſeq. repet.5.*

§. Vſu legato.2. 13

Paulus *3. ſent. tit.6.§.25.*

§. Poterit.3.

*Cuiacius *lib.13. obſ. cap.*12.

l. Fundi.15.

Labitt. *in vſu iudicis ſu.* 5.20. Har. *ll.2.*10.§.7.

§. Sicut.2.

Vſus verbo continetur interdum ipſe fructus, vtputa ſi tam modici prædij vſus relictus ſit, vt nihil ex eo vſu ſupereſſe poſſit.

l. Vſus pars.19.

Alciat. *libro 1. para . cap.17.*

l. Diuus Hadrianus.22.

Vide doct. *de vſu & habitat. in princ. in gloſſ. in verb. minus.*

§. Licet.1.

Corraſ. *ad l. ſi cui, num.13. D. de ſeruit.*

Tit.9. Vſusfructuarius quemadmodum caueat.

Paul. *3. ſent. tit.6.* & *libr.1. tit.* 11. Cyn. Bald. Caſtr. *in l.4. de vſuf.* Ang. *in prin. Inſt. de vſufr.* Gloſſa & Doctores *in cap. quaſi on e, de appell.* Bald. & Iaſ. *in Auth. cui relictum, Co. de indict. vid.*101.

l. Si cuius.1.

Cagnolus *de reg. iur. num.3. folio.*105.

Arius Pinel. *C. de bon. matern. fol.*185. *&* 174.

§. Cauere.3.

Ant. Aug. *libro 1. emen. cap.2.*

§. Recte.4.

De inuẽtario ab vſufructuario cõſcribendo & cõficiendo vide Rola. à Valle. *1. Conſ.92.*

§. Habet.6.

Cuiac. *lib.9. obſ. cap.39.*

l. Nam fructuarius.2.

Cuſtodiam & diligentiam omnem fructuarius præſtare debet, fortè exactiorem, quàm quis rebus adhibeat, exemplo commodatarij & vẽditoris, *l.3. de peric. & com. rei ven.* & hoc quidem eſt quæ ſtipulationi ineſt clauſula boni viri arbitratu, nimirum vt omnem diligentiam, omnem curam in ſeruanda re fructuaria præſtet.

§. Deſinere.1.

Notãdum hic eſt interdum deſinere quod non cœpit, vt & amitti quod nõ habetur alias quod nondum incipit, deſiiſſe nõ eſt dicendũ

§. Si hæres.4.

Vſufructuarius præſtare debet emptori proprietatis cautionem.

§. Sed ſi.1.

Alcia. *lib.2. parerg.c.3* Cuia. *lib.11. obſ. c.12.* Gilbertus Regius *enantioq. li.10. c.11.* * Ant. Fab. *lib.1. Coniect. cap. vlt.*

l. Idem eſt.6.

In hanc legem Franc. Gouean. *libro 4. comment.*

Digitized by Google

ment.iur. ciuil.cap.5. quem refellit Ioan.Rober.*lib.1.recep.iur. ciuil.lectionu cap.* 19. Nota autem hic hanc ſtipulationem locũ habere, non tantũ vſufructu, ſed & reditu aliquo legato, veluti vindemia aut meſſe: nã etſi redditus per omnia vſumfructum non imitentur, ſicut nec habitatio, vel operæ ſerui, vel cuius alterius animalis, *vt ait l.5 in fin.* redditus, inqua, per omnia vſumfructũ non imitãtur, percipiuntur quidẽ redditus percipiuntur vindemiæ & meſſes ex vſufructu, & ea quoq; reddita legata, morte legatarij finiuntur, & ad hæredem redeũt, à quo relicta ſunt, ſicut vſusfructus. *l. 22. D. de vſufr. l. 5.* per omnia tamen vſumfructum non imitantur.

l.Si tibi.8.

Si vni vſusfructus, alteri proprietas eiuſdem rei legata ſit purè, tunc non hæredi, ſed ei cui proprietas legata eſt, cautio præſtanda eſt, quia ad eũ non ad heredẽ vſusfructus redditurus eſt, ſed ſi vni vſusfructus, alteri proprietas eiuſdem rei legata ſit ſub conditione, interim & alteri & hæredi cauendum eſt, quoniam vterque ſperat proprietatem: & ſi duobus coniunctim legatus ſit vſusfructus, inuicem cauere debent cautione fructuaria, de vſufructu quandoque reſtituendo, quia vterque ſperat iuri accreſcendi, quod in vſufructu locum habet, etiam poſt acquiſitionẽ ſuę partis, totum vſumfructum ſibi obtingere poſſe, ſocio id eſt collegatario deficiente, itaque ſibi inuicem capere debent.

l.vſu quoque.11.

Etiam cohabitans cum proprietario debet ei cauere de vtendo arbitrio boni viri vt notat hic Albericus.* Vide hic Zaſium.

l.Si vaſorum.12.

Bellonus *lib.4.ſuppu.cap.*11.& Alciat. *lib.7. parerg.cap.*2.*Paulus *lib.3.ſent.*Tit.6.

¶*Fruiturũ.* hunc locum fortaſſis Priſcianus *lib.*10. intelligit, dum ait Vlpianum in lib. ad Sabinum *Fruiturum* non *Fructurum* dixiſſe.

¶*Niſi ſui*, alias legitur *niſi à fure.*

LIBER VIII.

Tit.1.

De ſeruitutibus.

DE ſeruitutibus ſcripſit Cæpola: * & Petrus Gambon. * & Corraſius & Duarenus ad hunc titulum.

¶De formulis ſeruitutum, vide Briſſoniũ 1.*ſelect.ar.*19.*Harmenopulus *lib.*2.*Tit.*4.

¶Seruitutis voce in dubio intelligitur prędiorum ſeruitus. Cuiac. hic.¶

¶Adde Vitalem 2.*Variar.lection.*2. Equinarium Baron.

* Extat Stephan. Forcatuli in hunc Titulum ſuperacta explicatio.

l.ſeruitutes.1.

Vitalis 2.*variar.lect.*1.

l.Vnus ex his.2.

Nota hic quod ſeruitutes non diuiduntur.

l.Seruitutes.3.

Martreſius *in notis ca.*8. Arius Pinellus, C. *de bonis maternis.* Repetitionum 1 *fol.*323 *nu.* 210.& 220.

l Seruitutes.4.

Zaſius *lib.*2.*ſing.reſp. cap.*30. Goueanus *libr.* 5.*lect.var.cap.*5. Parladorus *quæſt.quotid.cap.*1. §.8. Repetitionum 1.*fol.*322.*num.*210.*Ant. Fab.*lib.5.emend.cap.*16.

§.Modum.1.

Contractus legem accipiunt ex conuentione.

§.Interualla.

Martreſius *in notis cap.*9.

l.Via.5.

Seruitus prædialis conſtitui eiſdem modis poteſt quibus & perſonalis.

l.Ad certum.6.

Seruitus remitti poteſt, & conſtitui ad certam partem fundi.

l.Ius cloacæ.7.

Ius cloacæ ſeruitus eſt ruſtici prędij.

l.Vt pomum.8.

Forner.*lib.*3.*ſelect.cap.*28. & in hanc legem extat libellus, Ioannis Pyrandi Burdegalienſis, multa etiam Vitalis *d.lib.*2.*cap.*3.

l.Si cui.9.

Charondas *lib.*9.*verſ.ca.*5.* Oldendorpius *in Topicis.*

l.Si iter.10.

Repetitionum 6.*fol.*128.*num.*7.

l.Pro parte.11.

Molinæus *in labyrinth. ſexdecim legum.*

¶Ad eius limitationem vid. Ruin. *in l.ſtipulatione. an 9.chart.verſ.2.infertur,* D. *de verb. oblig.* & *in l.2.§.ex his,* C. *eo.tit.**Ant.Fab.*li.4. coniect.cap.*6.

l.Si tam.13.

Charondas 3. *cap.*5. Gouean.*li.*2.*variar. lect.cap.*17. Molinæus *ad l.1.§.ſi quis* 2 *num.* 42. *D.de verb. oblig.* Loriot. *de pactis axiom.* 14. Vaconius *lib.*5.*declarat.*69. vide Repetitiones doctor.6.*fol.*123.*num.*27.

Digitized by Google

¶In ſeruitutibus realibus, ſi non valet, quod ago, vt ago, valet, vt valere poteſt, pro intellectu, vide Iaſ. *ad l.1.§.ſi quis ita, numero* 14. *D. de verborum obligat.* vbi Alciat. *num.* 20. Crott. 5. *lectu num.* 14. Bortigel. *nu.* 27. Iacob. de Nigris, *numero* 47. *folio* 151. *num.* 25. Repetitionum 6.* Ant. Fab. *lib.1. coniect. c. vlt.*

l.ſeruitutes.14.

Charondas *dicto c.*5. Ræuardus *ad l. Scriboniam, cap.*1. Ioan. Robert. *lib.*4. *ſent. iur. cap.*8. Martreſius *in notis cap.*10. * Hanc legem repetiit Martinus Laudenſis.

§.Publico.2.

An in conſtitutione ſeruitutis, videatur conſtituta obligatio perſonæ, vide quod notat Bald. *in l.3. in prin. C. e d.*

l.Quotiens.15.

Corraſius *de ſeruit. pag.*34 *& ſeq.* Ioan. Robert. *lib.*3. *ſent. iur. cap* 24. Goueanus *libr.*1. *lect. variar. cap.*15. Geraldus Lugollius *de ſeruit. vſucap. cap.*19.

l.Ei qui.16.

Creditori & emphyteutæ competit vtilis actio pro ſeruitute, qua de re Bart. hic.

l.viæ.17.

Nota hic ſeruitutes eſſe indiuiduas.

l.Papinianus.18.

Molinæus *in nouis intellectibus quatuor legum, numero* 27.

¶Vide intelleċt. per Pontanum *in l.1. num.* 24. *D. de leg.*1. & ibi etiam Rip.

l.ſi fundo.91.

Vide citatos *in l.* 15. *ſupra eod.* & Prateium *Senten. cap.*10. & Vitalem *libro* 2. *variar. lect.*2. Hotom. *lib.*8. *obſ. cap.*11.

l.Quotiens.20.

Ioan. Robert. *libr.*2. *ſent. cap.*26. *& lib.*3. *ſent. iur. cap.*24. Gerardas Lugollius *de vſucap. ſeruit. cap* 15.

Tit.2. De ſeruitutibus prædiorum vrbanorum.

Seruitutes quædam debentur prædiis vrbanis ſiue ruſticis parum enim intereſt.

l.Si intercedat.1.

Corraſius *de ſeruit. pag.*180.

l.Vrbanorum.2.

Forcatulus *dial.*16. *num.*11. *cum ſeq.*

l.Luminum.4.

Corraſius *de ſeruit. pag.*56. Cuiac. *lib.*17. *obſ. cap.*35. Ad hunc textum, cū ibi dictis, per Gl. &[Bart. vide Bart. Cæpol. *in tract. de ſeruitut. tit. de ſeruit. cum ibi. non. diſtinct.* & circa materiam iſtam, vide Alexan. *in conſ.*9. *in* 6. *vol. incip. prudent. verb. &c.*

l.Inuitum.5.

Zoannetus *reſtitution. ad* D. 20. vide Soc. *in rep.*391.

l.Hæc autem.6.

Ioan. Robert. *lib.*3. *ſent. iur. c.*8.

l.Quod autem.7.

Zoannetus *reſtitut. ad cap.*25.

l.Parietem.8.

Corraſius *lib.*4. *miſcell. cap.* 16. Gueuarra *in Topica Cicero.* §.14. *numer.*5. Martreſius *in notis cap.*11.* Duarenus hic.

l.Cum eo.9.

Nota quod quis poteſt ædificando in proprio vicini ædes totaliter obſcurare niſi ſi debeat ſeruitutem.

l.Gaurus.10.

Cuiac. *libro* 1. *obſer. cap.* 7. & *libro* 11. *obſeruat. cap.*11.

l.Qui luminibus.11.

Martreſius *in notis c.*13.* Cuiac. *lib.*17 *ca.*35.

l.Ædificia.12.

Ioan. Robert. *lib.*4. *ſent. iur. cap.*7.

l.Quidam.13.

Cotta *in memoral. in voce Tub.* Cuiac. *libro* 1. *obſer. cap.*4. Duaren. *libro* 2. *diſput. cap.* 18. adde Roman. *ſing* 40. Cæpola *cautela* 84. *in libellis,* Cagn. *ad l. qui in alterius, numero* 24 *D. de regu. iur.* Ludouic. Ro. *ſing* 401. *fol.*106. Hotom. *lib.* 2. *obſ. cap.*1.* Duarenus *lib.*2. *diſp.*25.

l.Imperatores.14.

Corraſius *ad l. ſi intercedat. num.*10. *de ſeruit.* Briſſon. *lib.*1. *ſelect. antiq. cap.*2. Cuia. *lib.*1. *obſ. cap.*4. Ioan. Robert. *lib.*2. *recep. iuris ciuil. lect. c.*10. Vitalis *lib.*2. *variar. lect. cap.*7.

l.Inter ſeruitutes.15.

Charondas *lib. veriſſim. cap.*5. Ioan. Rober. *lib.*4 *ſent. iur. cap.*7. * Harmenopulus *lib.*2. *Tit.*4.

l.Lumen.16.

Robertus, *dicto cap.*7.* Duarenus *lib.*1. *diſp. cap.*33.

l.Si arborem. 17.

Corraſius *ad l.*1. *de ſeruit. pag.*5 . & *li* 3 *miſcel. cap.*14. Cotta *in voce Heliocaminus,* Alciat. *libro* 12. *parerg. cap.*2. Auguſtinus *libro* 4. *emend. c.*16.* Budæus hic.

§.interdum.2.

Luminibus officere is etiam dicitur, qui ædi-

ædificium vel deprimit, vel tollit, qua de re Alciatus ſupra dicto loco. *Alciatus *lib. 2. parerg. cap. 5.*

l. Si fiſtulæ. 18.

Loquitur hæc lex de fiſtulis qua de re Bar. hic. *Ant Fab. *lib. 3. Coniect. cap. 1.*

l. Fiſtulam. 19.

Corraſius *lib. 6. miſcel. cap.* 10.

§. Iuxta communem. 1.

Cuiac. *libro 9. obſ. cap. 26.*

l. Seruitutes. 20.

*Ioan. Robert *libro 4. ſent. iur. cap.* 8 Hotom. *libro 7. obſ. cap. 1.*

§. si domo. 1.

Corraſius *ad lib. 1. D. de ſeruitut. pag.* 45.

§. Si ſublatum. 2.

Martreſius *in notis cap.* 14. hanc declarat & ornat. Cagnol *de reg. iur. num. 2. fol.* 160.

§. Si antea. 4.

Domus dominus dominantis, non poteſt facere id per quod conditio ſeruientis fiat deterior, ſed melior.

l. si domus. 21.

Corraſ. *lib. 4. miſcel. cap.* 14. Ibi adeſt gloſſ. fin. quæ format quæ ibi Sed quid è cõtra & c licet Bart. Paul. & alii videãtur Gloſſ. in hæc re. Contrarium tamen exiſtimant quidam, quia non ſequitur illatio, quam gloſſ. facit. Cum poſſit domus vicini ſtillicidia mea non recipere, etiamſi altius nõ tollat. Puta, ſi ego ſtillicidia mea per fiſtulas ſeu canalia alio diuertam. Sed vt hoc concilietur, neceſſario dici debet glo. procedere non ſimpleiter, ſi ego ſtillicidia mea conuertere non potueram. per l. quam allegat, & ita erit limit. gloſſ.

l. si ſeruitus. 23.

Pratei. *in uerſ. cap* 33. vide Fabr. *Inſtit. de ſeruit. in fin. verb. ad primũ.* Barto. *in l ſi ita, in 3. collat. D. de auro & argento legato.* Socin. *in regul.* 247. §. 1. ibi, *humanius.* vide text. quem ibi in contrarium põderat Aret. *in l. ſtipulat. iſta. in prin. D. de verborũ obligat.* Cagnolus, *de reg. iur. nu. 7. folio* 4.

l. Cuius ædificium. 24

Corraſ. *lib. 3. miſcell. cap.* 24. *Harmenopulus *lib. 2. tit. 4. §.* 80.

l. Hoc quod. 25.

Molinæus *in nouis intellect. 4. leg. num.* 16.

§. Si ex tribus. 1.

Communem parietem domus vicinæ ſeruientis tollere licet inuito domino fũdi dominantis.

l. Sed ſi. 27.

Molinæus *dicto loco, num.* 48. vide Alexand. *in l. 1. §. nunciatio D. de nou. operis nunc.* & Caſtr. *ibid. in verb. item, in verſ. dum vero, verbũ illud rem perlat,* hoc eſt ius prohibendi. argumento text. *in l. Sabinus. Communi diuidũd. verſic ſi autem, fol 59. num. 25. & 27. repetitionũ* 5. Conciliationem huius legis cum *l. 4. §. ſi communem, D. fin. regund.* vide Henric. à Suer, *repet. iur. ciuil. lect. c. 21. pag. 61.** Duarenus hic.

l. Foramen. 28.

Carraſius *ad l. ſeruitutes. 4 num. 2. & 5. de ſeruit.* Cuiac. *libro 15. obſer. cap. 3.* Valla. *tract. 7.* Vitalis *lib. . variar. lect. ca.* 13. Parladorius *quaſt. quotid. cap. 1. §. 8.* Martreſius *in notis cap. 15 folio 312. numero. 212. & 217. & 251. repetitionum 1.* vide Gloſſam *in can. reperiuntur. 6. c. 1. q. 1.*

*Faquineus *controuerſiarum iuris lib. 8. c. 22.*

§. si partem. 1.

Molinæus *in nouo intellect. 4 legum.*

l. Si teſtamento. 31.

Deſtructa domus poteſt ad ſtatum priſtinũ reſtaurari, num obſtante ſeruitute ne luminibus officiatur.

l. Si ædes. 32.

Si plura ſint prædia dominantia, tot dicuntur eſſe ſeruitutes.

§. Libertas. 1.

Corraſ. *ad l. 1. de ſeruit. pag.* 20.

l. eum debere. 33.

Pilæus *quaſt.* 4

l. Et qui. 34.

Nec dici debet ei res ſua ſeruire, *l. 26. ſup. eo.* cum tradendo alteram eius dominium à ſe alienet, *l. ſi quis duas, D. comm. præd.*

l. Si binatum. 35.

Vide Paul Caſtr, *in l. ſed ſi, in §. fin. de cond. indeb.* & vide omnino Portium *in l. Item. §. ſi. D. de pactis.* Cuiac. *ad l. iuriſgentium. ff. de pact.*

l. Binas. 36.

Martreſius *in notis cap.* 12.

l. Si ædes. 38.

Huius legis ſententia hæc eſt, vt ſi tecum habita conuentione ædibus meis hanc ſeruitutem imponam, ne mihi altius ædes meas tollere liceat, ne luminibus tuarum ædium officere liceat. & ædes meæ à tuis tantum diſtent, vt conſpici non poſſint, aut medius mons earum conſpectum auferat, ea ſeruitus quam impoſui ædibus meis non valet, quia tuarum ædium nihil intereſt: nam ſeruitutis cuius nulla eſt vtilitas, nulla etiam impoſitio eſt, *l. quotiens. ſup. tit. prox.*

Digitized by Google

l.Eos qui. 40.

Cuiac. *lib.1.obſ.cap.31.& lib.2.ca.40.* *Harmenopulus *lib 2 tit.4.§.76.*

l.Olympico. 41.

Si res legatur ad vitam in dubio non videtur ei impoſita ſeruitus licet duret facultas eundi.

§.Lucius. i.

Duar. *lib.1.diſput.cap.32.* Ioan Robert. *lib.4. ſent.iur.cap.6.* Cuiac. *lib.13.obſ.cap. 7.*

Tit.3. De ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.

Ruſticorum prædiorum ſeruitutes ſunt, quæ ruſticis prędiis debētur vt hę iter actus, via aquæductus, aquæhauſtus, appulſus pecoris paſcendi, calcis coquendæ.

l.Seruitutes.1.

Duaren. *lib 1.diſput.anniuerſ.ca.31.* Ioan. Robert. *lib.4.ſent.iur.cap.5.* Loriottus *de eo quod intereſt axiom.7.* Iacob. Rẹuard. *ad l.xij.tabul. cap.14.* Nannius *libro 9.miſcel.cap.5.* Hotomā. *lib.2.obſ.cap.7.* Emendatur hæc lex ab Antonio Fabro *libro 1.coniect.cap.20.*

l.Ruſticorum 2.

Gouean. *lib.1.lection.variar.cap.16.* Loriot. *in vſu iudic.ſui pag.15.*

l.Item ſic.3.

Ad id allegatur quotidie hæc lex quod vitiato expreſſo, vitiatur & tacitum. intellige vt per Bart. *in l.1. colum. 8.in princip.num.31. de vulg.*

§.Qui habet.3.

Congruit *l.1.ſupra de iuriſd. omn.iud.* & nota eleganter ex iſto textu, quod conceſſo antecedente conceditur acceſſorium, vide Bald. plene in *l.quamuis, C.de fideic.*

l.Pecoris.4.

Vt hæc lex facilius intelligatur, ſciendum eſt ſeruitutes aut perſonarum, ſiue hominū, aut prædiorum vrbanorum, vel ruſticorum, *l.quoties de ſeruit.* aut in rem eſſe aut in perſonam: & prædiorum quæ in rem ſunt prædiis, quæ perſonarum ſunt perſonis debentur, & quæ prædiis debentur ſequuntur emptorem prædiorum hęredemque ad quem ea prędia peruenerunt, id eſt ſucceſſorem omnem, emptoris etenim nomine, vt in duodecim tabulis ſignificatur, quilibet ſucceſſor rei, hęredis autem nomine ſignificatur, quilibet ſucceſſor iuris, quæ vero perſonis ſeruitutes debētur cum perſonis extinguuntur, nec tranſeunt ab iis ad emptorem ſeu hęredem, quod oſtendit *lex vſus aquæ, D.de vſu & habit.*

§.Neracius.1.

Seruitus realis imponi non poteſt, niſi quatenus exigit vtilitas prædij dominantis.

§.item longe.1.

Molinæus in *labyrintho de diuiduis & indiuiduis.par.3.num.304.*

l.Qui ſella.7.

Cotta *in voce ſella.* Ioan. Robert. *libro 4.ſent. iur.cap.5.* Zoanne *reſtit.ad D.c. 6.*

l.Viæ latitudo.8.

Molinæus *d.p.3.num.36.* Prateius *lib.4. veteris iuriſpr.lib 12.*

l.Labeo.10.

Gouean. *lib.1.var.lect.cap.17.*

l.Per fundum.11.

Tempus an ſit modus inducendi vel confirmandi. An minor pars habeat formam vniuerſitatis, vide hic Bald.

l.Inter actum.12.

Nota hic differentiam actus & itineris. *Connanus *lib.4.comment.cap.11.*

l.Certo.13.

An promiſſa & conceſſa trahantur ad futura, vide Bald. *in l.diuortio, §.ſi fund. D.ſoluto matrimon.*

§.Si totus.1.

Ad huius §.intellectum, vide omnino Roman. *in l.ſtipulationes non diuiduntur, infra de verb.oblig.*

l.Per quem.14.

An ſeruitus aquæ ducendæ, & itineri habendi, vno loco concurrere, ſimul poſſint, vide Zaſium hic.

l.Diuus Pius.16.

Corraſ. *ad l.1. D.de ſeruit. pag.63.* Forcat. *auiarij cap.4.*

l.Imperatores.17.

Menoch. *de arbit.iud.caſ.241.*

l.Vna eſt.18.

Cuiac. *lib.4.obſ.cap.11.*

l.Si vnus.19.

Molinæus *in labyrintho ſexdecim legum,* vide Ruin. *in l.2.§.ex his.chart.16. in 2.coll. de verb. oblig.in 17.coll.circa med.*

l.Si mihi.20.

Qui habet duo iura remittendo vnum non videtur remittere aliud.

§.Seruitus.1.

Non tenetur dominus pro læſione, ex ſeruitute

Digitized by Google

uitute naturaliter cõtingente, qua de re Bar. hic adde *l.1.§.[illegible] de aq.pl.[illegible]*

§.Hauriendi.3.

An hauriendi ius hominis, an verò prædiis ſit, dubitant hic, verum aquæ hauſtus eſt ſeruitus perſonæ, *l.14.in pr.infra de aliment.*

l.Sed quæ.22.

Nota hic quod indefinita reſtringitur ad loca minus damnoſa. Bald.

l.Viæ.23.

Molinæus in *labyrintho de diuiduis & indiuid.par.3.num* 361.

Vide Curt. *in l.2.colum. pen. de iuriſdictione omnium iudic.*

§.Si fundus.2.

Ad huius §.intellectum, vide quæ ſcribit Baldus *in l.3.C.de ſeruit.*

§.Quæcunque.3.

Ius ſeruitutis eſt totum in toto, & totum in qualibet parte totius, niſi vſum eius aliquid impediat.* Cuiacius 9. *ad Africanum.*

l.Ex meo.24.

Molinæus *d.p.3.nu.*346.351.*&* 352. Hotom. *lib.8.obſ.cap* 14.

l.Si partem.25.

*An & quomodo diuiſio aquę fiat, vide hic Bart.

l.Si via.26.

Corraſius *ad l.ſi cui, ſupra de ſeruit.nu.*6. Vitalis *lib.2.var.lect.cap* 10.

l.si communi.27.

Molinæus *in nouis intell.4.legum.* Gilbertus Regius *lib.1.[illegible].c.6.*

l.Itineri.28.

Molinæus in Labyrintho *ſexdecim legum,* Repet.6.*folio* 27[illegible].*numer.* 1[illegible]4.*& ſeq.*

Vide Bart. qui reprobatur. *in col.2.& fi.in fi. de verb.oblig.*

l.Is qui.29.

Determinata conceſſio hoc operatur, vt quis ea non poſſit vti niſi ſecundum formam limitationis.

l.Qui duo.30.

Confer hanc *cum l.*205. *D. de verborum ſignificat.** Ant.Fab *lib.2 coniect.c.9.*

l.Tria prædia 31.

Redemptione partium etiam pro indiuiſo ſeruitus non extinguitur, niſi omnes redimantur, Iaſ. *ad l.ſi ita reſcriptum, §.regnum.*10. *& ſeq. D.de liber.& poſthum.* vide Camil.Plau. *in tract.de not.* Crauet. *libro 1.cap.5.cum ſequen.* De intellectu Socin. Iun. *conſ.2.numero* 25.*libro* 3.

l.Fundus 32.

Paria ſunt fieri aliquid tempore permiſſo, & fieri tempore quidem prohibito, ſed conferri in tempus permiſſum.

§.Per plurium.1.

Molinæus *in labyrintho, de diuiduis & indiuiduis p.3.numero* 35. *Anton.Fab. *lib.5.coniectur. cap.*11.

l.Vnus ex.34.

Molinæus *in intellect.4.legum.* Vitalis *libro* 2. *variar.lect cap.*3.5.*&* 11. Gilbert. *Reg.d.cap.*26. Ad eius limitationem & declarationem vide Ruin. *in l. ſtipulationes non diuiduntur. char.* 9. *verſ.infertur. de verb.oblig.*

l.Lucius.37.

Et in determinata conceſſione, reſpectu fundi dominantis, pręſumitur conceſſio perſonalis Pro intellectu huius textus, vide Alciat. *libro 2. diſpunct.cap.*7. aliqua per Dec. *conſ.* 262 *numero* 11. Ioan.Longoual *ad l.imperium, D.de iuriſdict.omn. iud. numero* 223. *& ſequen. folio* 323.*numero* 223. & quæ ſit ratio deciſionis eius legis *num.5.4.repetitionum* 1. vide Iaſ. *Inſt. de action.§.æquo, in 1.notab.* Et ad dicta per Bar. vide & adde, quę dixit Iaſ. *in §. nam ſi in facto. in 4.not.in fin.D.de verb.oblig.*

l.Flumine.38.

Gouean. *lib.1.variar.lect.cap.*36 Alciat. *lib.*6 *parerg c.*13.

Tit.4. Communia prædiorum.

l.Ædificia 1.

An molendinum vel nauis dicantur prædia ruſtica vel vrbana, vide Bald. *in l.certi. Cod.locati*, & quandoque ędes appellantur ruſticę, ſed impropriè, *l. cætera, §.ſed etſi quis. & ibi Bart. D.de legat.*3. * Anton.Fab. *libro 4. coniect. cap.*6.

l.De qua.2.

Cuiac. *libro 3.obſer. cap.*28. Vitalis *libro 2 variar.lection.cap.*9. Rǫuard. *ad legem ſcriboniam. cap.*2.

l.Proprium.5.

Molinęus *in labyrintho ſexdecim legum.* Vide Ruin. *in l.1.§.ſed etſi mihi, in 2. not. poſt alia quæ alleg. de verborum obligatió. folio* 133. *numero* 26 *repet.*6.

l.Si quis duas.6.

Auguſtin. *lib.3.emend.cap.*6.

Digitized by Google

§.item ſi duo.2.

Carolus Molinæus *in nouo intell.4. leg.* Auguſtin.*libr.4.emend.cap.*17.Vitalis *lib.2.varia. l. & cap.*4.

l.in tradendi.7.

Nota hic quod generalitas parit obſcuritatem & idcirco exceptio omnis debet ſpecialiter fieri.

§.interpoſitis.1.

Si duobus eodem momento diuerſarum rerum fiat traditio, non valet ſeruitus alteri impoſita,ſecus ſi ſeparatim.

l.Quidquid.10.

Molinæus *in labyrintho ſexdecim legum*,Martreſius *in notis cap.16.*

l.Refectionis.11.

Conceſſa ſeruitute omnia conceſſa videntur ſine quibus quis vti ſeruitute non poteſt, & ſicut quis non poteſt facere contra ſeruitutē,ita nec cōtra ea quæ ei tacitè accedunt.

l.venditor.13.

*Ant.Fab.*lib.5conie&.cap.*11.

Repetitionum.6.*fol.*331 *num.*363.*& ſeq.*

§.Si conſtat.1.

Cogi quis poteſt conſuetudine ad res ſuas diſtrahendas honeſto tamen pretio.

l.Poteſt.16.

Nota hic quod teſtamento conſtituitur ſeruitus.

l.Receptum.18.

Quod vltima voluntas pendere non debet ex alieno arbitrio,Limita vt per Bartol. *in l.1.col.5.num.* 22.*C.de ſacroſ. eccleſ.*vide etiā Bart.*in l.omnes, poſt num.*28. *D.de iuſt.& iur.* reſtringuentem hanc l.

¶ Multis modis limitat Marc. Mant. *ſingu.* 213.*num.*1.*fol.*172.Zaſius hic.

Tit.5.Si ſeruitus vindicetur *vel ad aliū pertinere negetur.

l.Actiones.1.

De formula actionis confeſſoriæ & negatoriæ,vide *leg.*15.*in fin.ſupra de ſeruit.*

l.De ſeruitutibus.2.

An & quare cōfeſſoria & negatoria ſic dicātur. An ſeruit⁹ debeatur prędio, & an prædiū dicatur illū poſſidere,vide Bal.in *l.2.C.de ſer.*

§.Hæc autem.1.

Confeſſoria in rem actio,nulli alij cōpetit quàm domino fundi, quod quidē directo intelligendum eſt,vt optimè notat hic D.Gothof.vtilis etenim datur creditori ſuperficiario,&vſufructuario iuribus per eū allegatis.

§.Pomponius.3.

Notanda eſt hic actionis & interdicti differentia,quoniam in actionibus de iure quæri principaliter poteſt,at in interdictis de facto ſeu de poſſeſſione.

l.Loci.4.

Ioan.Robert.*lib.3.ſent.iur.cap.*8.

§.Qui iter.1.

* Ant.Fab.*lib.1.conie&.cap.*20.*& lib.2.cap.*9.

§.In confeſſoria.2.

An intereſſe pro fructu computetur,&an intereſſe hoc veniat officio iudicis mercenario,vide Bald.*in l.ſi quid,C.de ſeruit.*

§.ſi fundus.3.

Math.in *l.1.C.ſi vnus ex pluribus appel.nu.*7. *fol.*352.Gloſſa *in cap.quamuis* 35. *extr. de ſent. & re iud.*

§.Sed & de.6.

Hauſtus aquæ ſeruitus eſt, & ex ea competunt nobis in rem actiones.

§.Competit.7.

Excipere non poteſt quis de iure tertij quod non eſt excluſiuum iuris agentis.

§.Si cui.8.

Vide *l. & ideò.l.ſi fortè.cum§.vlt in l.ſi ſeruitus.D.de ſer.vrb.præd.& l.qui ædificium*,D.*eod.* & ibi Connanus.*pag.24.

§.Sciendum.1.

Eorcat.*dial.*16.*num.*7.

§.Si ædes.4.

Vſusfructus diuidi poteſt,at ſeruitutes ſunt indiuiduæ,*l.*1.§.9.*infra ad l. Falcid.**Cuiacius *ad l.*85.*ff.de verbor.obligat.*

l.Harum.7.

Qui eſt in poſſeſſione alicuius rei debet in ea defendi,*gloſſ.*2.*in cap. duo ſimul. extra de off. iud.ord.*

l.Sicut autem.8.

Ius ſeruitutis reuiuiſcit.

§.Competit.1.

Quid differat ſeruitus tigni immittēdi à ſeruitute oneris ferendi,vide hic Bart.

§.Sed ſi.3.

Cont.*libro 1.lectio.ſubſecut.cap.*1.Hotom.7 *obſ.cap.*16.

§.Ariſto.5.

Duaren. *libro* 1. *diſput. anniuer.cap.*24.Briſſon.*lib.*4.*ſelect. cap.* 15.*Harmenopulus *lib* 2. Tit.4.§.8.vide Soc.*Reg.*189.

§.Apud.Pomponium.6.

Auguſt.*lib.2.emend.ca.*1. Ioan.Robert.*lib.*3. *ſent.iur.c.*24.Duaren.*lib.1.diſpu.c.*14.

l.Si ea.

Digitized by Google

l. Si eo loco. 9.

Seruitutis debitor in præiudicium ſeruitutis à ſe debitę, quidquam facere non debet, vt è contra creditor ſeruitutis hoc eſt is cui ſeruitus debetur.

l. Si quis diuturno. 10.

Duaren. *lib. 1 diſput. cap. 3 4.* Corraſ. *lib. 5. miſcel. c 5. & ad l. ſeruitutes. 4. infra de ſeruit. num.* 31. Ræuard *in Triboniano. pag. 22. & ad legem Scriboniam. pag. 32.* Vitalis *lib. 2. variar. lect. cap. 2* Parlador. *quaſt. quotid. cap. 1. §. 8 f. 324. num.* 242. *Reper. 1.* Hotom. *lib. 8. obſ. ca. 12.* * Cuiacius ad *l. 2 ff. de vſucap.*

l. An vnus. 11.

An is qui vxorem habet liberam poteſtatem habeat, vide hic Bald.

l. Si quando. 17.

Alciat. *lib. 6. parerg. c. 7* Cotta in voce *Cucuma.* Forcat. *in cupid. iuriſper. c. 20.* Cuiac. *lib. 10. obſer. cap. 15.*

§. Cum in domo. 1.

Alciat. *lib. 12. parerg cap. 2.*

l. Is cuius. 18.

Vide Bald. *in Auth. & qui iurat. C. de bon. auth. iud. poſ* Hęc autem lex optimè reperitur hic à Bart.

l. si de communi. 19.

Vitalis *d. lib. 2. cap. 6.*

§. Plures. 1.

Ius paſcui ſequitur prædium.

Tit. 6. Quemadmodum ſeruitutes amittantur.

Seruitutis amittendę modi qui & quot, vide hic Aſon.

l. Iter ſepulchro. 4.

Corraſ. *ad l. ſeruitutes. 4. §. ſeruitus, D. de ſeruit.*

l. Nam ſatis. 6.

Martreſ. *in notis. cap. 17.*

§. si ego. 1.

Corraſ. *ad l. 1. de ſeruit. pag. 70.* Molinæus *in Labyrintho ſexdecim legum.* Cuiac. *lib. 14. obſ. c.* 11. Hotom. *lib. 1 amicab. reſp. cap. 19* et 1. *obſ. cap. 31.*

l. si ſic. 7.

Martreſius *in notis. cap. 18.* * Harmenopulus *lib. 2. Tit. 4. §. 113.*

l. Si ſtillicidij. 8.

Ius ſeruitutis amittit qui in loco ſeruiente ędificari permittit.

l. Aqua. 9.

Hotom. *lib. 7. obſ. cap. 16.*

l. si communem. 10.

In indiuiduis retinet, quis per ſocium, quod per ſe non poteſt, adde Ferrat. *caut. 10.* Felin. *ad c. 1. num. 6. extr. de praſcrip.* Iaſ. & Dec. *ad l. ſi emancipati nu. 1. Cod. de collat.* Marſil. *ſingu.* 180. Corſet. *verſ. Spurius* Afflict. *deciſ.* 213. Boer. *deciſ.* 300 Iaſ. *ad l. imperium, n. 3. D. de iuriſd. omn. iud.* Cotta *in memoral. in v. rbo connexarum.* Didac. Couar. *lib. 1. pract. quaſt. ca. 14 num. 2.* Ratio huius legis habet locũ in materia indiuidua, id eſt quod vnus conſequetur ex perſona alterius, quod ex ſua non poteſt, & quando non minuitur ius illius, ex cuius perſona beneficium capit. vt tradit Dec. *in l. ſi emancipati, C. de collat.* Gloſ. *in cap. quamuis, extra de ſen. & re iud.*

§. Hęres. 1.

Connanus *in l. cum conſtet. D. de aqua quotid. & æſtiu.*

l. Qui fundum. 12.

Anton. Guibert. *libr. 1. quaſt. iur. cap.* 18. Iac. Labitt. *in vſu indic. ſui, fol. 24.* Ræuard. *ad legem Scribonian cap. 7.*

l. si locus. 14.

Ludo. Rom. *ſing.* 798. *f.* 175.

§. Cum via. 1.

Vide *can. omnes 1. diſtinct. 1.*

l. A quam. 16.

An ius accreſcendi locum habeat in non conſortibus, vide hic Bald.

l. Labeo ait. 17.

Ant. Aug. *lib. 4. emend. cap. 17.*

l. Si partem. 19.

Molinæus hanc legem explicuit *in nouis intellectibus.* vide ad intellectum Iaſ. *in l. 1. num. 62. de leg. 1.* * Harmenopulus *lib. 2. tit. 4. §. 123.*

§. Si per fundum. 1.

Corraſ. *ad l. ſeruitutes. 4. num. 39. de ſeruit.*

l. Vſu. 20.

Geraldus Lugollius *de ſeruitutum vſucap. cap. 19.*

l. Seruitute. 25.

Actio perſonalis præſcribitur ſpatio 30. annorum etiam abſque bona fide.

Digitized by Google

LIBER NONVS.

Titulus primus.

Si Quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

H. Armenop. *lib.6.tit.1.§.3.& 4.*

l. Si quadrupes. 1.

Paul. 1. *ſent. 15.* Plutar. *in vita Solonis.* Plato 11. *de legibus.*

§. Ait prætor. 3.

Pauperies eſt damnum ſine iniuria facientis datum.* Ariſtoteles *lib.5. Eth. cap.9.*

§. Et generaliter. 7.

Hæc actio datur quoties fera contra naturam nocet.

§. Et cum etiam. 12.

Ioan. Aurpachus *lib.ſing.alleg.c.12.*

l. Hæc actio. 2.

Actio hæc non ſolùm domino competit: ſed etiam ei cuius intereſt, vt in commodato, in quo tamen differt actio de pauperie ab actione legis Aquiliæ, vna enim nõ domino competit, altera domino tantum competit.

l. Hæc actio. 4.

Huius legis ſententia ad alia animalia porrigitur, & de cane Peſulania lex nominatim idem cauit: vt Paulus ait *lib.1. ſenten. recept.* vbi actionem de paſtu pecoris huic de pauperie exæquare videtur.

l. Agaſo. 5.

Ioan. Aurpachus *ſing. alleg. c.18. lib.1.*

Tit. 2. Ad legem Aquiliam.

Mencha *illuſtr. quæſt. cap.48.*

§. Quæ lex. 1.

Legem Aquiliam eſſe plebiſcitum conſtat tam ex hoc loco, quàm ex *Nou.18.c.8. & in §. 15. Inſt. ad leg. Aquil.*

l. Lege Aquilia. 2.

Hotom. *lib.7. obſ. cap.12.*

§. Vt igitur. 2.

Ad intellectum huius loci, vide quæ notauit D. Gothof. *in l.3. inf. de cap. min.*

l. Si ſeruus. 3.

Homicida priuatus eſt omni officio.

l. Itaque. 4.

Forner. *ſelect. lib.1. cap.15 & 22.* Cuiac. *libro 11. obſer. c.27. & lib.14. c.13.* * *lib.5. obſer.18.* Clarus *lib.5. quæſt.67.*

l. Sed & ſi. 5.

An furem nocturnum liceat occidere, anque diurnum, ſi ſe telo defendat, vide hic Bart. verum tamen occidere licet metum armis nobis inferentem, etiamſi nondum percuſſerit.

§. Iniuriam. 1.

Iniuria quomodo accipienda ſit in hac actione, declarat hoc §. Vlpianus.

§. Et ideo. 2.

Vide *l. ſi infantis. ſup. de vſufructu.*

§. Si magiſter. 3.

Cotta *in memoralibus in voce Eluſcare.*

l. Præceptoris. 6.

In hanc ſententiam pulchrè Quintilianus *lib.1. Inſt. orator.* vbi diſcipulos non eſſe verberibus cogendos cenſet.

§. Occiſum. 1.

Occiſum quomodo accipiendum ſit, declarat hoc loco Vlpianus, & præter his occidendi modis, adde eum qui alimenta denegat, is enim occidere videtur, *vt in l.4. infra de liberis agnoſcendis.*

§. Sed ſi quis. 2.

Socinus *Regula 315.*

§. Si quis in. 4.

Nõ punitur ille qui in publica pugna percutit pugnantem, ſecus ſi nõ pugnantem, vel extra locum pugnæ. Iodoc. *in prac. crim. c.84. num.31.* dicit hunc textum quantum ad colluctationem non eſſe correctum: nam etſi torneamenta, & huiuſmodi ſpectacula ſint prohibita, non tamen reperitur prohibita colluctatio, cum in ea non periclitentur animæ, nec homicidia committantur. ad quod facit quod per hunc textum conſuluit. Dec. *conſ.9.* quem ſequitur & probat Marſ. *in pract. crim. §. vlterius, num.9.* Stephan. Caſtr. *in tract. de Lud. 1. art. §. 2. num.74. vol. tract. fol.191. poſt num.7. tract.4.* * Plato *lib.7. de legib.*

§. Sed ſi. 5.

Ad hunc §. vide Petr. Calefat. *conſ.180. nu. 16. inter concluſ. diuerſ. ad cau. crim. tom.1.*

§. Proculus ait. 8.

Briſſon. *lib.2. ſelect. antiquit. c.4.*

l. Idem iuris. 8.

* Paulus *lib.3. ſentent. tit.23. §. vlt.*

l. Item ſi. 9.

Cuiac. *lib.17. obſ. cap.27.* Benedict. Capra *in reg. concluſ.80.* Vide Ruin. *in l.1. in prin. in pen. col. in fin. de nou. oper. nun.*

§. Si quis

Digitized by Google

§.ſi quis hominem.2.

Si quis hominem fame necauerit, in factum actione tenetur, vt ait *l.5. Co. hoc eodem tit.* immo etiam vtili Aquilia, ſolue autem vt hac gloſſa.

l.Nam luſus.10.

Ioan. Aurpachus *lib.2 allegat.c.29.*

l.item Mela.11.

Plaza miſcellan. *lib.1.cap.12.*

§.ſed ſi plures.2.

Maleficium quando pluribus dicitur commiſſum: licet perſona incerta ſit, omnes tamẽ puniuntur. adde Anchar. *conſ.116.* Roma. *conſ. 401. eo præſuppoſito.* Alex. *conſ.15.li.1. viſo proceſſu. & conſ.50. lib.1.num.7. viſis, & conſ. 76 lib.4.* copioſe. & Felin. *ad c. ſignificaſti.2. extr. de homicid.* Boer. *deciſ.247.* vide Dec. *ad regu. ſemper in obſcur. num.10. verſ.2. fallit. de regul. iur.* & ibi Cagnol *num.20.* * Clarus *lib.5. ſentent. §. vlt. quæſt.60. num.23.*

§.Celſus ſcribit.3.

Zaſius *lib.2. intellect ſing. cap.6.*

§.ſi plures.4.

Vide Rom. *ſing.258.*

§.item cum eo.5.

Ornatur *ſub numero 20. ſ. lit. 47.* Cagnolus, *de reg. iur.* *Paulus *lib.5. ſent. Tit.11. §.3.*

§.ſed ſi ſeruus.8.

Menoch. *de arbit. iud. caſu.362.*

§.Eum qui.9.

An lege Aquilia commodatarius agat, an vero actione de pauperie Gloſſa hic.

§.An fructuarius.10.

Lege Aquilia vtili non directa agere poſſunt fructuarij, vel vſuarij etiam aduerſus ipſum dominum.

l.Liber homo.13.

Prateius *inuerſ. cap.14.* Nemo eſt dominus membrorum ſuorum, vide Felin. *ad c. conuenientibus.1. ext. de ſent. excomm.* Rip. *ad l. obligatione. nu.8. de pignor.* Iaſ. *ad l.1. nu 5. C. de ſer. fugit.* Dec & Doct. *in ca. inter cæteras. de reſcript.* Cagnol. *ad l. nemo plus fraudare. poſt nu 6. D. de reg. iur.* Quid iuris in conſuetudine, quod percutiens ponat ſe in manibus percuſſi, dic non valere, Boer. *deciſ.262. num.4.* Marſ. *ſing.18*. & nota Gloſſ. in hac materia, *in l. penul. D. de arbit.*

l.Huic ſcripturæ.15.

An vbi quis reperitur mortuus, nec apparent vulnera, an inquam præſumatur mortuus, vide Bald. hic.

l.ſi dominus.17.

Auguſt. *lib.3. emend. cap.1.*

l.ſed etſi is.18.

Creditor occidens ſeruum ſibi obligatum, tenetur Aquilia, & pignoraticia.

l.Ait lex.21.

Socin. *in conſ.78.*

l.Proinde.22.

Nota hic rem conſiderari, cum ſuis qualitatibus & cohærentiis, non autem ſimpliciter.

§ item cauſæ.1.

Molinæus *de eo quod intereſt, numero 102. & 170.*

§ idem iulianus.2.

Pro intellectu huius textus, vide ſcribentes *ad l.1. C. de inſt. & ſubſt.* maximè Alexand. *col.2. in princ.* & Dec. *nu.10.* vbi deffendit communem, contra Socin. *ad l. ſi Titius.2. col 11. D. de condit. & demonſtr.* mihi autem placet cum Socin. per fundamentum eius quod ſuccurratur inſtituto, nõ per legẽ Aquiliam: ſed per remedium generale, *l.ſi. D. de his qui deiec. vel eff. l.15. §.1. Iudex. Inſt. de oblig. quæ ex quaſ. deli.* & latè tradita per Hippo. *ſing 5 5. proximus. teſta reg ita vulneratus, ant. ſi D. ad l. Aquil.* quia ſcilicet maleficia non debent &c. & ad intellectum huius § per Socin. *ad l. in teſtamento. num. 3. D. de condit. & demonſt.*

§.idem iulianus.3.

Sarmientus *lib.2. ſelectar. interpr. c.2.*

§.ſed etſi ſeruus.4

Condictio & damni iniuriæ actio competit de cautione ſubrepta aut corrupta.

§.ſed etſi bonę frugi.5.

Ad intellectum huius §. vide omnino Ioannem de Imola, *in l. in teſtamento.2. D. de condit. & demonſtrat.*

§.Hanc actionem.8.

Actiones pœnales non dantur in hæredes, niſi locupletiores factos: Pœnales autẽ actiones dicuntur, quæ continent aliquid extra noſtrum patrimonium, & quibus pœnam perſequimur, & ab eo cui nihil adeſt perimus, quæ lite conteſtata tranſmittuntur in hęredes. * Ant. Fab. *lib.4. coniect. cap.1.*

§.ſi dolo.9.

Actiones pœnales non dantur in hęredes, niſi locupletiores factos.

§.Hæc actio.10.

An liceat pœnitere, an & quomodo mendacij cauſa puniatur Gloſſa hic.

Digitized by Google

§. ſi quis hominem.11.

Quæritur hic an confeſſio contra naturam, vel impoſſibilis valeat.

l. Proinde.25.

Nota hic differentiam contra mortuum & occiſum, vide quæ notat Barto. in *l. & quid ſi tantum, D. de lib. & poſthum.* ille enim natura, alter per accidens extra viuos.

§.Notandum.2.

Inſtrumentum guarentigiæ executionem paratam habere debet, ſi eſt liquidum: vide Bal. *in l. 2. & in l. in executione, C. de exec. rei iud.* & Bart. *in l. fi. §. 1. D. quod vi aut clam. in l. elegan ter. in prin D. de condic. indeb.* vide Bald. *in l. apertiſſimi. C. de iudic. & in l. cū teſtamento, in fin. D. de teſtam. manu.* Adde quæ dicantur inſtrumenta guarentigiata, Paulum de Caſtro *conſ.* 63. & Ang. *conſ.* 161.

l. Seruus.27.

Vide Alciat. *in tit. de excuſ. arti. libr. 10. Cod.* Hotom. *lib. 4. obſ. cap.* 11. * Cuiacius *lib. 17. obſ. cap.* 15.

§.Item ſi ſeruus.2.

Noxæ deditio diuiſionem non recipit, hoc eſt indiuidua eſt, vnde colligit Baldus principali indiuiduo acceſſorium diuiduum eſſe.

§.Serui autem.3.

Dominus obligatur ex delicto ſerui, non autem ille qui iam poſſidet, vt optimè notat Bald. hic.

§. ſi quis igitur.6.

Primò capite legis agitur de occiſo, ſecundo de intercepta nobis aliqua vtilitate, tertio de vſto, facto, rupto, vt hoc §. videre eſt.

§.ſi fornicarius.9.

Afflict. *deciſ. 57. nu. 9. fol. 126.* * vide *Rub. 5. de off. praf. vigil.*

§. Si furnum.10.

Nota hic quod in ſuo foco & igne impunè vti poteſt.

§.Proculus ait.11.

Locati actio certo caſu noxaliter proponi poteſt, cum alias actiones ſolæ ex delicto vel quaſi noxaliter proponantur *l. 2. § cum ſeruū, D. de noxal. action.*

§.inquit lex.13.

Pitheus *in notis ad fragm. iuriſcon. pag. 73.*

§.Et ideo.14.

Cotta *in memorabilibus in voce Lollium.*

§.Et non negat.16.

Corrupti appellatione fractum & vſtum continetur & ſic generale verbum, multis ſpecialibus enumeratis frequenter adiici ſolet, *adde l. ſed & ſi quis, §. quæſitum. ſupra ſi quis cau tion.* Dyn. *in proœm. D. de regulis iuris.* Guiliel. Durand. *extra de elect. in 6.*

§.Si oliuam.22.

Sarmien. *in lib. 1. ſelect. Interp. §. 5. c. 10.* Forca. *in pen. iuris. c.* 10. Nota hic quod quando quis malum facit non puniri immo remunerari, vt ille qui colligit oliuam immaturam, an imo non dandi damnum, & hic tenetur hac lege Aquilia, vt hoc loco videre eſt.

§.Et ſi purum.28.

Cui. *in paratit. p. 93.* Mercer. *l. 1. opinio. cap. 17.*

§.Si calicem.29.

Tetrum & diatretum Grecè foratile, pertuſum, tornatile aut torno factum ἀτρητῶ καὶ διατρητῶ. Sunt igitur calices diatreti & tornatiles.

§.Si cum maritus.30.

Turneb. *lib. 27. aduerſ. cap. 17.*

§.Item ſi tectori.35.

Cuiac. *lib. 10. obſ. cap. 9.* Turneb. *d. loco.* Prateius *ſentent. cap. 11.*

l. Quemadmodum.29.

Repetitionum 5. *fol. 44. num. 8. &* 30.

§.Si protectum.1.

Valla *tract.* 8. Pilæus *quæſt.* 10.

§. ſi nauis tua.2.

Cuiac. *lib. 9. obſ. c. 10. & lib. 14. c. 13.* Turneb. *d. c. 31. num. 46. pag. 229. deciſ. capitij.*

§.Item Labeo.3.

Forcatulus *auiarij c. 5.* Molinæus *de eo quod intereſt. nu 84.* Beneuent. *tract. de nau. naui & nauig. num. 45. pag. 228. deciſionum Capitij.*

l. Si funem.5.

Idem etiam in Pontone dicendum eſt, quod Galli vocant *ſac*: quod ſæpiſſimè occurrit.

§.Magiſtratus.7.

Fame animalia aliena interficiens tenetur, non tantum actione in factum: ſed & vtili Aquilia.

§. Hæc verba.8.

Repetitio clauſulæ interdum ſubintelligitur, de quo vide Bald. & Albericum hic.

l. Qui occidit.30.

Lege Aquilia non tenetur, qui deprehenſum ſeruum alienum adulterum occidit, adulterum enim filiæ quemcumque non vt patri, ita marito occidere l[illegible] et.

§.In hac qu[illegible].2.

De igne vide Cæpol. [illegible]

Digitized by Google

§.Si vulneratus.4.

Clarus *d.num.*42.

l.Illud quæſitum.32.

Cuiac.*lib.*8.*obſer.cap.*20.

l.ſi ſeruum.33.

Ioan.Robert.*lib.3.recept.ſent.cap* 14.

l.Titio & Seio.34.

An ſicut actio perſonalis accreſcit ita & dominium Bald.hic.

l.Liber homo.37.

Ornatur *num.6 fol.*289.Cagnol.*de reg.iur.*

l.Quintus Mutius.39.

Ad intellectum huius legis,vide Barto.*in l. hoc amplius,§.de his,D.de dam.infect.*

§.Pomponius.1.

Ratus *in conſuet. Pict.n.* & Pyrrhus *ad conſuet.Aurelian.*Speculator in tit.de actore.

l.in lege.40.

Molinæus *de eo quod intereſt.nu.*107. *&* 202. *fol.*508.*verſ nec obſtat.*Arius Pinellus C.*de bonis mater.*Pet.Rauen.*ſing.*24 *fol.*499.

§. interdum.1.

Furtum ſine affectu furandi non committitur, hoc eſt in furto non ſufficit merum factum ſine animo,*vt l* 53.*infra de furt.*

l.Ob id quod.43.

Hæreditati qui paret damnum datum, parit Aquiliæ legis actionem vtilem, vel in factum.

l.in lege.44.

Hæc lex ſingularis eſt habétque varias lecturas,vt notat hic Bart.

l.Scientiam.45.

Cuiac.*lib* 5 *obſ.cap* 18.

l.Cum ſtramenta.3.

Menoch.*de arbit.iud.caſ.*363.

§.Qui cum aliter.4.

Nota hic quod vleiſcendi verbo defenſio interdum ſignificatur Cicer.in orat.*quibus te vleiſci laceſſitus poſſis, quo caſu vim inferentem vleiſcendi cauſa ferire conceditur, l. deuotum, C. de metat. l. prima, C.d quando lice. vnic.ſine iud.*

l.ſi vulnerato.46.

An ſolutum ex cauſa vulneris computetur in pœnam homicidij,vide Bald.hic.

l.ſed etſi priore.47.

Albericus notat hic pacem factam de vulnere,extendi etiam ad mortem.

l.ſi ſeruus.48.

An diuerſitas factorum exigat diuerſitatem pœnarum,vide hic.Bald.

l.ſi quis fumo.49.

In hunc locum vide Cuiac.15.*obſ.cap.*26.

§.Quod dicitur.1.

An iuſto metu poſſit quis vicinas ædes euertere ne ad ſe ignis vicinus perueniat, vide hic Gloſſam.

l.Qui domum.50.

Cuiac.*lib.*15.*obſ.cap.*26.

l.ita vulneratus.51.

Plaza *d.c.* 12.Clarus §.*homicidium,à nu.*42.

§.idque.1.

Huc pertinet *c.*21.Exod.

§.Æſtimatio.2.

Horat.1.*ſermon.*3.

l.ſi ex plagis.52.

Clarus *d.num.*42.

§.Tabernarius.1.

Cotta *in memoralib.in voce Dolones.*Hotom. *de verb.ſign.ead.voce.* Aug.*lib.*1.*emend.c.*2. Prateius *ſenten c.*11.Pilæus *quæſt.*98.

§.in cliuo.2.

In cliuo. Id eſt in loco anguſto, & in altum aſcendenti,& arduo.

§.Quidam boues.3.

Venditio rei interdum fit ſub hac conditione,vt rei periculum faciat emptor.

l.Legis Aquiliæ.54.

Hanc legem explicat Equinarius Baro *tom.* 3.Ioan.Aurpachus *lib.*10.*ſing.alleg.cap.*1.

l.ſtichum.55.

Nota quod in actione legis Aquilię minuitur intereſſe, tamen non minuitur actio, vt notat hic Bald.* Ant.Fab.*lib.*2.*coniect.c.*15.

Tit.3.De his qui effuderunt.

Hic titulus ſpecies quædam eſt damni dati, quæ grauius coercetur, quàm alia damna ex tit.præcedenti.

§.Summa.1.

Intereſt Reipublicæ, vt viæ publicæ ſint ſecuræ, quæ autem dicatur via publica vel priuata, vide *l.*2. §.*viarum, D. ne quid in loco publico.*

§. Hæc in factum.4.

Iniuria non videtur illata in corpus, ſi veſtibus illata ſit,qua de re plura Barto. *in l. ...* §.*quid illicitè infra de public.*

§.Si filiusfamilias.7.

Notandum hic eſt mortuo filio, poſt litis conteſtationem transferri iudicium in patrem etiam de peculio, *l. 37. infra de iudiciis.* *Ant.Fab. *li.3.coniect.cap.1.*

§.Cum ſeruus.8.

Iniuriam in dubio cenſeri perſonalem potius quàm realem hinc colligit Baldus.

§.Si quis gratuitas.1.

Cœnaculariam. Quid ſit cœnacularia, declarat hic Gothof.*vide *l.3.§.3.5.de off.praf.vig.*

§.Interdum.2.

Cotta *in memoralibus in voce exhedra.*

§.Si horrearius.3.

Collige ex hoc §. magiſtros teneri facto diſcipuli.

Tit. 4. De noxalibus actionibus.

Qualis ſit vſus huius edicti pluribus declarat hic Vveſemb.

l.in omnibus.3.

Velle is videtur qui ſcit delictum admitti, neque prohibet cum prohibere poſſit.

l.In delictis.4.

Repetitionum 7. *folio* 111. *numero* 62. *& numer.ſeq.cum* 64.

§.Si extraneus.1.

Maleficium non auget qualitas poſt maleficium admiſſum contingens.

§.ſi detracta.3.

An noxales actiones formam habeant actionum realium nec ne, vide hic Gloſſam.

l.ſi ſeruus communis.8.

Cuiac. *lib.17.obſ.cap.15.* vide Ruin. *in repet.§. Cato.in 12.& 13.coll.l.4.de verb.obl.* Repetit.6. *fol.358.num.12.*

l.ſi bona fide.12.

Videtur poſſe qui facit quominus poſſit.

l.Non ſolum.13.

An ſerui occidentis nomine teneatur is cui bona fide ſeruit, vide *l.27.h.t.*

l.ſi quis à.14.

Ant.Auguſt *lib.1.emend.cap.2.*

l.ſi ex duobus.17.

An beneficium vnius extenuet maleficium alterius, vide hic Bald.

l.ſi in re communi.19.

An conductor teneatur noxali actione notat Gloſſa finalis hic.

§.ſi ſeruus.2.

An dominus teneatur vicarij ſeruo nomine, vide hic Gothof.

§.is qui pignori.1.

An actione noxali teneatur is qui precario rogauit declarat hic §.

§.Quid eſt habere.2.

Is facultatem rei recuperandæ habere intelligitur, qui pecuniam habet, nõ qui pecuniam ex rerum ſuarũ diſtractione reparare poteſt, nec enim fieri poſſe videtur, quod incommodè fieri poteſt.

§.Dominus qui.3.

Vide *l.qui habet, & l.ſi Titius.ℸ.de leg.3.*

§.ſi negau[illegible].4.

Notat ex hoc loco Græcus quidam interpres, conſtare ex inopia probationum rediri non poſſe ad iuſiurandum, de quo tamen ambigit.

l.De illo videndum.24.

Ille qui dolo deſiit poſſidere tenetur etiã ſi in alium ſit regreſſus. Bald.hic.

§.item ſi ex.2.

Dolo qui deſiit poſſidere qua actione cõueniatur controuerſum eſt, nam Gloſſa cum cõueniri directa vtiliter putat, alij vtili, vide Bartol. *in l.quanquam,§. Iulianus, D. de aqua pluuia.*

§.ſi is qui.4.

Vide Bart. *in l.quanquam,§. Iulianus.de aqua pluuia arcen.*

Vide circa hunc §. multa, quæ dicuntur per Doct. *in l.quod te.in* 1. *oppo* Bar. *ſi certum petat.* & eundẽ *in l.quanquam & Iulianus de aq.plu. arc.* & quo ad illorum verborum expoſitionem, quia hæc actio in locum directæ ſuccedit. Vide ibi Odofred declarantem, cuius declaratio non placet, quia ſine legibus procedit, vnde aliter putarẽ poſſe intelligi directam, non enim poſſeſſionem vtilem. verſ. quam non poſſideat. Sed eo modo directam & vtilem accipi, quo accipitur per Imperatorem. Inſt. *de noxalib.in §.omnis.* & vide contrarium, quod formari poteſt. *de leg.1.§.ſi rem depoſitam.depoſ.* Et an probetur opinio Bart. *multa ibi per Doct.*

l.Et generaliter.28.

Vide Cuiac. *libro 6.ad Affrican.18.obſeruat. cap.25.*

l.Non ſolum.29.

In poteſtate alium habet qui eum habere poteſt quoties voluerit.

l.In

Digitized by Google

l.in noxalibus.30.

Coniunge *l. eorum, D. de dam. inf.*

l.Et ſi condemnatus.35.

Vide Socin. *regul.*398. Et ad gloſſ 1. *ibi vide Bar. in l. ſi finita, D. de vectigal. in vl. col. num.* 13. *& ibi* Alex. *num.*51. *verſ. item in quartū.* Bar. *colum.* 20. *de damno infecto.*

l.ſi quis ſeruum.36.

Dominus onera realia poteſt recuſare licet res poſſit ab eo auferri.

l.ſi plurium.39.

Liberum eſt domino non defendere.

l.ſi ſeruus.40.

Furtum rei hæreditariæ non fit, niſi ſit pignorata, aut commodata, aut talis in qua alius vſumfructum habuit.

l.Cum ſeruus.41.

Cuiac. *lib.*17 *obſ. cap.*15.

l.ſi ad libertatem.42.

Ioan.Robert. *libr.*1. *ſent. iur. cap.*12. Menoch. *de arbit. iud. caſ.*567.

§.Hæ actiones.2.

Noxales actiones quomodo perpetuæ eſſe poſſint, notat hic in Gloſſ.

LIBER DECIMVS.

Tit. primus.

Finium regundorum.

EXtant quidam *de finibus regundis tractatus.* Vide Frontinum & Agenium vrbicum. *Paul.* 1. *ſentent.*16. An & quando iudicium iſtud competat, vide Felin. *in cap. ex literis. infra de probation.* item quod ad iſtam materiam, finium regundorū, & quod in eis probandis ſufficiant ſeniores probationes, vide Dec. *in conſilio* 41.

In hunc titulum ſcripſit Petrus Corneſius Ceſpitelenſis.

§.iudici.1.

Cuiac. *lib.*10. *obſer. cap.*2.

§.in iudicio.1.

Vtilitas quælibet dicitur intereſſe, concordat & facit *l. loci corpus, §.1. ſupra ſi ſer. vind.* Nota etiam quod finium regundorum iudicio veniunt, perſonales præſtationes.

l.Sed & ſi quis 3.

Iuramentum in litem defertur aduerſus eum qui non paret iudici.

§. ſi dicantur.4.

Conſtant. Lādus *enarrat. in tit. de iuſt. & iur. cap.*24.

§.ſi alter. 5.

Cicero *lib.*1. *offic.*

§. Non ſolum.8.

Actio finium regundorum, competit non ſolùm inter duos fundos, ſed etiam inter tres pluréſve, vt hoc §.

§.Finium regundorum.9.

Finium regundorum actio datur ei cuius intereſt.

§.Hoc iudicium. 10.

Confines ſunt prædiorum ruſticorum, vt vicini prædiorum vrbanorum, vnde actio finium regundorum, non ad vrbana prædia, ſed ad ruſtica pertinet. Vicinus autem & vicinia quomodo vſurpetur apud Bartolum, *vide l. ſi terrius infra de aq. plu. arcen.*

l.De domo.7.

Cuiac. *lib.*10. *obſ. cap.*2.

§. Ad officium. 1.

Iudex poteſt in rem præſentem venire, & oculis controuerſiā terminare, qua de re eſt *l. illicitas, §. veritas, ſupra de off. præſ.* nota autem hic quod arma deferentem iudex punire poteſt, ſiue relatiuè ad principem.

An & quomodo iudicandum ſit An iudex pronunciare poſſit ſecundùm conſcientiam, vide hic Bald.

l. In finalibus.11.

Papinianus hoc reſponſo oſtendit, in lite de finibus regundis probationes finium ſumi ex antiquis monumentis, & monumenta intelligit quæ ſunt in agris ſculpta ſaxis vel ære priſco, quæ conſtitutio Tiberij Imperij de *l. agrorum* & limitum apud Iulium Frontinum, aut publicam fidem tenere.

l. Eos terminos.12.

Zaſius *lib.*2. *ſingul. intellect. cap.*14. contra Gloſſ. & Doct. G.1.2. Zaſius.

l.ſciendum.13.

Alciat. *lib.*1. *parerg. cap.*18. *lib.*2 *diſpunc cap.*6. *& in l. quinque pedum. C. fin. regun.* Valla *tract.* 8. Crinitus *de quinque pedibus.*

Tit.2. Familiæ erciſcundæ.

Prateius *catapodiſmat. li.*2.

l. Hæc actio. 1.

Ad intellectum huius legis vide Bald. in *l.*

Digitized by Google

non ignorat. *Cod. qui accuſ.* Quando autẽ quis negatur eſſe coheres, an quare & quomodo non poſſit agere familiæ erciſcundæ, vide Bald. in *l. non epiſtolis. C. de probat.*

§. Quæ quidem. 1.

Vide §. *quidem, Inſt. de action. l. 1. in toto titul. D. & C. famil. erciſ.* & Cuiac. 9. *obſ. cap. 36. ibi, explicat. l. familiæ. 27. D. fam. erciſ.* per coheredes etiam hic intelligimus, quaſi, ſiue vice hæredes qualis eſt bonorum poſſeſſor, *l. 1 infra de poſſeſ. hæred. pet. l. 2. D. de bonorum poſſeſ.* quemadmodum etiam per contractum & delictum, intelliguntur etiam quaſi contractus, & quaſi delicta.

§. ſi quarta. 1.

Non tantum hæredi, ſed etiam bonorum poſſeſſori, directam non vtilem familiæ erciſcundæ actionem competere, quidam aduerſus communem doctorum oppinionem exiſtimant. Duplex autem eſt huius loci lectio, quidam enim ſic legunt. *Si quarta ex conſtitutione Diui Pij ad aliquem deferatur*, quod vt cõcinnius etiã viris doctis probari video, nam arrogatio inquiunt ex conſtitutione Diui Pij non eſt profecta: ſed ex ea delata eſt adrogatis quarta, *l. ſi arrogator, D. de adoption.*

§. Item ſi filiifamilias. 2.

Hæreditas lege duodocim tabularum agnatis defertur.

§. In familiæ. 3.

Coniunge cum hoc §. *l. inter cohæredes. 44. §. Qui familiæ. 4. infra hoc tit.*

l. Planè ad officium. 3.

Bonorum appellatio tria continet, mobilia, immobilia & nomina, in mobilibus & immobilibus iudicis facto opus eſt, ſi alias inter cohęredes non poteſt conuenire, vt hac lege: at nomina ipſo iure diuiduntur, ex lege duodecim tabularum idque pro hæreditariis portionibus, *l. ea quæ, C. eod. l. 1. C. ſi cert. pet. l. pro hæreditate. C. de hæred. act.*

§. Mala medicamenta. 1.

Magicis artis. Quemadmodum in actis Apoſtol. cap. 19.

l. ſi quæ ſunt. 5.

Vide gloſſ. *in l. 1. §. dies in gloſ. mag. circa med. D. de edend.*

l. ſi hæres vnus. 7.

Pro intel. iſtius l. vid. per Alex. *in l. ſæpe, col. 5. de re iud.*

l. Pomponius. 8.

Cuiac. *lib. 3. obſer. cap. 13.*

l. Veniunt. 9.

Quæcumque veniunt in petitionem hæreditatis, veniunt etiam in hoc iudicio, *l. ſed etſi. 25. §. pen. ſupra de petit. hæred.* hæ autem res veniunt in petitione hæreditatis &c. *l. 19. in prin. D. de petit. hæred.* & hac lege. Vnde quod cohæres ante iudicium familiæ ex re hæreditaria vſucapit, non ſibi tantum, ſed etiam cohæredibus vſucapit, vt hic videre eſt.

l. Item prædia. 10.

Nota hic quod cohæredes poſſunt inter ſe diuidere rem emphyteuticam etiam irrequiſito domino.

§. Res quæ ſub. 2.

Sententia res transferuntur cum ſua cauſa & quales quales ſunt.

l. Alienationes. 13.

Martreſius *in notis cap. 19.*

§. Vſusfructus. 1.

Vſusfructus qua ius eſt, diuidi non poteſt qua modum vtendi continet, poteſt.

l. Et puto. 16.

Vſusfructus inter cohæredes, aut adiudicatur vni aut alterna fruitione communicatur, Zaſius *hic num. 16.* adde *l. 7. §. 10. h. t.*

§. Id quod amnis. 3.

Quod amnis fundo poſt litem conteſtatã illuit. Hæc eſt Florentina lectio, quæ à Charonda quoque retinetur: Ruſſardus autem quia alia exemplaria referunt, *Alluit* mutabat hoc in *attulit*, vt *l. adeo. §. præterea infra de acquir. rer. domin. & §. præterea. inſtit. de rer. diuiſ.*

l. His conſequenter. 18.

Vide Bart. *in l. fin. de cond. ſubſt. cauſ in fin.* quem refert & ſequitur Ruin *in rubr. ſolut. matrim. 19 char. in fin* Ad gloſ. poſitam pręſertim *in §. cum monumenta*, vide Bald. *in rubr. ex tr. de teſtam. in 2. col. 2.*

§. Sed an in. 1.

Nota hic ius vindicandæ necis defuncti vni hæredum non attribui.

§. Idem quærit. 2.

Ad intellectũ huius §. vide Zaſiũ hic, *n. 33.*

§. Celſus etiam. 4.

Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, non tenetur diſcedere de poſſeſſione, niſi ſibi ſoluatur, in contrarium tamen facit. *Authentica Et qui. C. de bon. auth. iud. poſſid.* qua de re Bart. *in l. ſi pecunia in fine. et in poſſeſſ. legat. & in l. ſi finita. §. 1. D. de dam. inf.*

§. Cum vnus. 6.

Molinæus *in Labyrintho de diuid. & indiuid. part. 2. num. 328.*

l. Item ex diuerſo. 19.

Licet in finium regundorum iudicio, pluribus ad-

Digitized by Google

ribus adiudicari eadẽ res pro indiuiſo poſſit, l. 4. §. *ſi alter. D. fin. reg* ſecus tamen eſt in hoc & communi diuidundo iudiciis. Vide Cuiac. *lib. 22. obſer. cap. 39.*

l. ſi filia nupta. 20.

Hæc lex eſt notabilis in eo quod ait eum dotem percipere debere, qui onera matrimonij ſubſtinet.

§. ſi filiusfamilias. 1.

Si pater meus, vxoris meæ nomine dotem dederit, ad eam conferendã non teneor, hãc enim accipio, vt creditor & ex cauſa lucratiua, *l. ex promiſſione D. de oblig. & act.* quod ſi eam non abſtulero à patre viuo, debebo illam in diuidẽda hęreditate præcipere, vt hic dicitur, quod & hodie ſine controuerſia eſt, cum iure Codicis actiones quas contra defunctum hęredes habent non confundantur, ſed ſimiles in eo reliquis creditoribus hęredes ſint, ſi modo inuentarium confecerint.

§. Familiæ erciſcundæ. 4.

Familiæ erciſcũdæ iudicio amplius quam ſemel agere quis nõ poteſt, niſi cauſa cognita, quod ſi quædam res indiuiſæ relictæ ſint communi diuidundo de his agi poteſt, *vt hoc §. & l. tres fratres. ſup. de pactis* licet diuiſione cõſenſu cohæredum abſque iudice facta, familiæ erciſcundæ agi permittatur, *l. 1. Co. hoc titulo.*

§. Idem ſcribit. 6.

Fideiubere pro filio pater videtur, cum ei conſentit magiſtratum aut munus aliud ambienti.

§. Neratius. 7.

Alciatus *lib. 1. parerg. cap. 22.*

§. Item Papinianus. 8.

Quem teſtator onerauit vt ſolus ſuſtineat onera, ſic etiam ſolus commoda percipere debet.

l. Item Labeo. 22.

An iudex & quo caſu poſt ſentẽtiam poſſit ei adiicere modum. An incerta ſententia ſuper principali ferri poſſit, vide hic Bald.

§. ſed & regionibus. 2.

Adiudicare verbum proprie pertinet ad iudicia diuiſoria.

l. Propter ſpem. 2 3.

Quando dubius euentus emptus eſt qui poſtea non contingit emptori nihil redditur.

l. Hæredes eius. 25.

Vide Dec. *in rub. ſi cert. pet. col. 2. in prin.*

§. ſi miles. 1.

Militibus licet patrimonia ſeparare.

§. Quantum verò. 2.

Bellon. *lib. 2. ſuppur. cap. 5.*

§. De pluribus. 3.

Nota hic quod in genere actio reperiri poteſt, vide Caſtrenſem & Cynum *in tit. C. de oblig. & action.*

§. Quod pro emptore. 7.

Titulus ſingularis excludit iudicium familiæ erciſcũdæ, ſicut excludit petitionem hæreditatis, vt notat hic Bart.

§. Idem ſcribit. 8.

Faber. 1. *Semeſtr. 23.*

§. An ea ſtipulatio. 9.

Molinæus *in labyrintho de diuid. & indiuid. par. 3 num. 97.* Valla *tract. 18.*

Vide Paul. de Caſtrenſ. *in l. 2. §. fin. col. 2. de verb. oblig.*

§. Contra ſi. 10.

Viam promittere is etiam poteſt, qui fundum non habet.

§. In illa quoque. 12.

Si vnus ex hæredibus quid prohibet omnes hæredes tenentur, intereſt enim prohibiti à nemine prohiberi.

§. Idem iuris. 13.

Pileus *quæſtion. 18. & 19.*

§. Idem obſeruatur. 14.

Cautio in pignoribus ſoluendis præſtari debet, vt notatur hoc §.

§. ſi vnus ex cohæredibus. 15.

In iudicio diuiſorio veniunt ea quæ pro parte non poſſunt expediri, ſecus autem in his, quæ poſſunt expediri pro parte.

§. ſi incerto. 17.

Electio generis legati cuius ſit quæſtio eſt difficillima, triplex enim fuit in ea re opinio, vna Bulgari, altera Rugerij, tertia Ioãnis, de quibus vide gloſſam hic.

§. Iudex familiæ. 20.

Diuiduntur res hæreditarię omnes, modo ſui natura diuidi poſſint, nec quicquam iudex familiæ erciſcundæ indiuiſum relinquere debet, vt hac lege.

§. Item curare. 21.

In iudicio familiæ erciſcundæ euictionis cauetur, vbi in eo ſit adiudicatio rei vni cohęredum, vt hoc §. quid ſi omiſſa eſt à iudice euictionis mẽtio in illã adiudicatiõe, nihilominus tamẽ euictio debetur, vt notat hic Azo.

l. Officio. 26.

Si vni ex hæredibus pecunia quæ domi relicta eſt relegata ſit à cohæredibus perinde pręſtabitur officio iudicis familiæ erciſ-

Digitized by Google

cundæ, atque ſi in hæreditate inuenta eſſet vt hac lege.

l. in hoc iudicio.27.

An res iudicata pro parte valere poſſit, *vide l.non ideirco. D. de iu .. ſi cum vn.. ſi ex nox. cau.agat.*

l.Rem pignori.28.

Vide *l.cum a tenam.C.de legat.*

l.ſi pignori.29.

Martreſius *in n. ti.cap.10.*

l.Fundus.30.

Fundus in quo eſt locus religioſus venit in diuiſione loco religioſo excepto.

l.Quę pater.32.

Vide Ruin. poſt Alex. *in .1.in vlt.chart. in addi .ſolut.matr.* & latè Iaſ.*in vl . v rb.illius* l. Ad iſtum textum cũ gloſ.vide Bar.*in tract. de duobus fratrib.in 1.parte 1 q.23. q.prin.in 5.coll.*

l.ſi paterfamilias.33.

De huius legis intellectu, vide latè Bar.*in l.qui Roma. §.duo ſ atres.in fi.q.D.de vert.oblig.*

l.ſeruos inter.34.

Emptio, ſtipulatio ac denique legatũ conditionale perimitur, ſi pendente conditione extinguatur.

l.Pomponius.35.

Inter patrem & filium ex cauſa dotis conſiſtit donatio, de hoc textu *in not. qu.* vt non procedat, niſi quando eſſet expreſſum pro dote. Socin. Iun.*conſ. 44.retro actu.& conſil. praced.lib.3.*Dec.*conſ.414.nu.13.*Iaſ.*ad l 1.num. 52.D.ſolut.matr.*vide Alex. *in l.mulier.§. cum proponeretur.in 5.coll.ad Trebell.* * Ant. Fab.*lib. 7.coniecturarum cap 12.*

l.Cum putarem.36.

In hanc legem Molinæus *in conſu.Pariſ.tit. 1.§.16 num.16* Pilæus *quaſt 106.* Ioan.Aurpachus.*lib.2.epiſto.cap.4.* Alciat *lib.1.diſpunct. cap.8* vide Alciat.*lib.1.diſp inct. ap.5.*

l.Qui familiæ.37.

Cuiac.*lib.9.obſer.cap.36.*

l.Lucius.38.

Diuidere prædia quoad culturam, & redditus minores inter ſe poſſunt, non quo ad proprietatem.

l.Ex parte.39.

Quod pro omnibus factum eſt, ab omnibus ſarciri debet, itaque quod vnus præſtitit in cauſa communi, ab aliis ſeruari debet, *l. haredes §.ſi vnus 3. hoc tit.*& ſi vnus ex hæredibus litem quam omnes cohæredes patiebantur, deffendit plerumque credimus communi nomine factam eſſe expenſam. *l.ſed etſi.§. ſi ec.D.geſt.de petition. hareditatis.*

§.inteſtato.1.

Colligit hinc Bart. bona diuiſa à teſtatore per prælegata vim hæreditatis portionis aſſumere.

§.Seruo libertatem.2.

Legatum alienum ſeruo relictum naturaliter debetur, ciuiliter verò indebitum.

§.Filius Reipub.3.

Frater fratri debita non imputat.

§.Pater in filios.5.

Non præſumitur voluntas defuncti mutata niſi mutetur ideoque ſtatur diuiſioni partis in codicillis factæ.

l.Si ex aſſe.40.

Molinæus *in lect. Dolanis.*

l.Quædam mulier.41.

Coniunge *l. vlt.de iure patron.* inſcriptio etenim, & res ipſa oſtendit eandem ſpeciem vtroque loco tractari.

l.Arbitrum.43.

Cuiac *lib.9.obſer.cap.14.* Gilbertus Regius *lib.1.i .noq.cap.16.*

l.inter cohęredes.44.

Repetit *6 f.32 1 num 58 f.214 num 35.*

§.Si familię.1.

Tuetur qui actionem aut exceptionẽ dat. *Cuiac.*ad l.iuriſgentium.§.ait 7 ff.de pact.*

§.Fructus quos.3.

Vide *l.ſed etſi.§ p n.ey vl .ſup. de pet.hared.*

§.Quod ex facto.5.

An hæres repetat à cohærede quod ex ſuo facto prę̃ſtitit, & an cohæredes repetãt quod eius facto præ iterunt, vide Gloſſam.hic.

§.Si quis ſtipulatus.6.

An ſtipulatio facti diuidui contrà hæredem vel contra facientem committatur, Bartolus hic.

§.Vſufructu.7.

An dos pro parte ſolui poſſit, Gloſſa hic.

§.Dolus.1.

Iudicio familiæ herciſcundæ conuenitur is qui geſſit.

l.Si maritus.46.

Cuiac.*lib.14.obſ.cap.31.*

l.In iudicio.47.

In ſingularem ſucceſſorem ex neceſſitate, tranſit inſtantia iudicij, de hoc textu & eius intellectu contra gloſ.& Bart.*ad l.non ſolum. §.morte 1.colum.D de oper.nou nunt.*vide Præpoſ.Seneſ.*7.caſ.q.3.*Harman.Dot.*ad d.§.morte.num.*

Digitized by Google

*te.num.*18.& ibi Ant.Rub.*numer.*1.*6*.Ludou. Bologn.*ad l.qui viam.num.*10. *D.de oper.nou. nunciat.*Repetitionum 5.*fol.*75.*num.* 8.*& fol.* 128.*num.* 10.& 18.

l. ſi familię.48.

Plures hæredes vnius hæreditatis,debent vnum procuratorem conſtituere,non ſeparatim agere:ad hunc textū,vide Cæpol.*ad l.quod ſi nolit.§.ſi plures.D.de ædilit.edict n.*15. & de intellectu Galiau.*ad l.4.§.Cato.D.de verbor.oblig.numer.* 10.& ibid.Rum. *nu.*85.Orman.*nu.*477.Socin.Iun. *nu.*145 Bolog *n.*188.

l.Qui erat hęres.49.

Hęres qui iuſſu prætoris vendidit duplum quo promiſit commiſſa ſtipulatione vtili actione partim a cohærede repetit.

l.Quæ pater.50.

Martreſius *in nouis,cap.*21.

l.Męuius.52.

In hoc familiæ erciſcundæ iudicio, ſingulares res,ſingulis hæredibus iudex adiudicare debet,& ſi in alterius perſona pręgrauare videatur adiudicatio,debet hunc inuicem co hæredi certa pecunia condemnare, *vt hac l. & §.ſi fam liæ.Inſt.de offic.iud.*

§.ſeruus liber.1.

Seruus inſtitutus à domino an & cur ex rationib.dominicis teneatur cohęredibus ſuis.

§.Arbiter.2.

Condemnari vnus poteſt compenſatione condemnationum facta.

§.Cum familiæ.3.

Compenſatio per condemnationem an & quemadmodum fiat,Gloſſa hic.

l.Pecuniam.53.

Actio quæritur patri adiecto ad ſolutioné.

l.ſi familiæ.55.

Repet.6.*fol.*277.*num.*110.

l.Arbitro.57.

Agitur hac in lege de diuiſione hęreditatis paternę facta à fratribus mutuo cõſenſu poſt acceptum arbitrium familiæ erciſcundę pendente iudicio,pẽdente lite,quam ſi fecerint, & Papinianus ait pietatis officio, functi ſunt miſſa lite omni.D. Ambroſius *lib.* 5. de fide bona pietas,inquit arbitros refugit etiam in diuiſione patrimonij rata tranſactio eſt litis, certe inter fratres,vel iurgij potius.

Tit.3.Communi diuidundo.

Actio communi diuidundo differt ab actione familiæ erciſcundæ, quia illa eſt vniuerſalis ,hæc ſpecialis , differt etiam ab actione pro ſocio,de quo alibi.

l.Communi diuidundo.1.

Communi diuidundo actio eſt, quæ inter eos redditur, inter quos communes ſunt res ſingulæ , vt earum diuiſio, & præſtationes perſonales fiant.Differt autem ab actione familiæ erciſcundæ,quæ de rebus vniuerſis hæreditariis competit.

l.Nihil autem.2.

Ad id quod ibi dicit Bart. vide Abb.*in cap. cum M. Ferrarien. ext. de conſtit. notatur in l.ex pluribus.in* 10.*col.in fi.D.de duob.reis.*Iaſon *Inſtit.de actionib.§.quada.in* 2.*col.in prin.in* 3.*not.*

§.In tribus.1.

Inter quos contrahatur ſocietas, declarat hic gloſſa.*Maſuer.*in tract.foren.tit.*2.*de dilationibus.num* 9.

l.Per hoc iudicium.4.

Actio communi diuidundo,eſt directa.

§.Hoc iudicium.2.

Communi diuidundo iudicium differt ab actione familiæ erciſcundæ, quoniam communi diuidundo iudicio iterum agi poteſt, at non familiæ erciſcundæ.

§.ſicut autem.3.

Congruit,*l.*1.*§.*4.*infra eodem & l.ſi finita.§.cum autem plures.D.de dam.inf.*

§.Ea propter.4.

Vide *l.ſi ſeruus communis. D. de noxalibus actionib.*

l.ſed ſi res.5.

Collige ex hac lege, ſententiam ex ſecundo decreto transferri dominium,*l.*5. *infra de dam.inf.ct.*

§.Quare etſi.1.

Fructus in iudicio communi diuidundo veniunt, ſiue immediatè percipiantur à ſocio, ſiue locentur colono nomine communi.

§.ſiue autem.2.

Communi diuidundo iudicium quando exerceri non poſſit,vide hic D.Gothof.

§.ſed & partum.4.

Officio iudicis, in familiæ erciſcundæ iudicio omnia quæ ad rem pertinent veniunt, poſt litem conteſtatam.

§.ſi quis in communem. 6.

An inuito ſocio quis poſſit mortuum in ſepulchrum commune inferre declarat hic Gloſſa.

§.Si fundus.8.

Vacca *tract* 10.

§.idem Iulianus.9.

Vide Romanum *ſing.*177.

Digitized by Google

§.Cætera.11.

Ratio eadem eſt hæreditatis, & cuiuſlibet alteriusrei communis, vt eleganter oſtendit Cicero *in oratione pro Roſcio Comœdo circa fin.*

§.Vrſeius.12.

Denuntiatio vni facta, omnibus facta intelligitur.

l. Communi diuidundo.7.

Nota hic vectigalem fundum non diuidi, quod verum eſt, ſi iudici id expedire viſum fuerit, alias etenim poſſet diuidi.

§.Qui in rem.2.

An qui publicianam habet, iudicium communi diuidundo intentare poſſit. An poſſeſſione ſola præſumatur, quis dominus in iudiciis diuiſoriis, vide hic Bald.

§.inter prædones.4.

An iudicia diuiſoria dicantur poſſeſſoria, vide Bald. *in l.poſt ſententiam. . de ſentent.* An poſſidens præſumatur iuſtè poſſidere. Bald. & Ang. *in l. ſuper longi* *C.de præſcrip.long.temp.* & gloſſa *in cap.1.§.ſi duo de pace tenenda.*

§.Iulianus ſcribit.5.

Dominus non eſt, qui precario poſſidet, hoc tamen non impedit quin agere poſſit interdicto vti poſſidetis.

§.Si duo ſint.6.

Nota hic, quod duo creditores communi diuidundo iudicio agere poſſunt, immo etiam familiæ erciſcundæ, *vt l.25.ſupra familia erciſcunda.*

§.item ſi duo.8.

Poſſeſſio ea dicitur iuſta, quæ fit à prętore.

§.Cum de vſufructu.10.

Iudex omnes res de quibus quidem actum erit, (nam vltra id quod in iudicium eſt deductum, extendi poteſtas iudicis nequit,) diuidere debet.

§.Neque colonis.11.

An coloni inquilini, & depoſitarij dicantur poſſidere Gothof.hic.

§.Inter eos.12.

Pignoraticia propriè in perſonam competit, itaque pignoraticia hic, pro hypothecaria poſita eſt, *vt l.3.§.eſt autem infra ad exhib.*

§.Venit in.2.

Agi iudicio communi diuidundo poteſt, vt ſarciat damnum qui rem communem fecit deteriorem.

l.Sed poſteaquam.9.

Hanc legem explicat Cuiac. *lib.7.tract.ad African.*

l.Item quamuis.10.

Vſum vnius indiuiduum eſſe ſatis conſtat, ſi tamen duo vſum habent, poterit id neceſſitatis cauſa admitti, vt vnus ſolus vtatur, & alteri pecuniam reficiat, vt hic.

§.In communi.2.

In hac actione iudex, ex officio ſuo iuſto pretio rem æſtimari, & alterum alteri de euictione caueri iubet.

l.Si ædes communis.12.

Guevarra *in Top.Ciceron.§.14.nu.5.* Beroius *quæſt.26.*

l.In hoc iudicium.14.

Valde corruptam eſſe hanc legem declarat Ant.Fab. *lib.3.coniect.cap.1.pag.167.*

§.Impendia.1.

Molinæus *tit.1.§.1.gloſ.5. num.59.in conſuet. Pariſ.*

§.Si conueniat.2.

Pactum ne perpetuo diuidatur, non valet: de intellectu declaratione & limitatione huius textus, vide notata per Dec. *in conſ. 265.* ampliat hunc textum vt procedat, etiam ſi iuramentum interuenerit, Alex *conſ 18.viſis col 2.lib.2.* & amplia, vt non producat naturalem obligationem, Ang. *conſ 215.col.1.* Rom. *conſil. 3.idem videtur mihi.*

l. Vt fundus.18.

Anton.Guiber. *lib.quæſt iur. cap.9.* Grammaticus *deciſ 19.*

l.Arbor.19.

Vide Gloſſam & Bartolum. *in l.in prouincia li. D.de oper.nou.nunt.*

§.De veſtibulo.1.

Aul Gell. *lib.16.cap.5.*

§.si per eundem.

Aditus an diuidi poſſit Godof.hic.

§.Iudex communi.3.

Impenſa facta non in re communi, ſed eius occaſione quo iudicio quáve actione repetatur: vide Gloſſ.hic.

§.Aquarum.4.

Martreſius *in notis cap.12.* Cuiac. *lib.9.obſer. cap.37.*

l.Si is cum quo.20.

Duar. *lib.1.diſput.anniuerſ.c.4.* Ioan.Rober. *lib.3.ſent.iur.cap.4.* Ræuardus *lib. 1. variorum cap.7.* Cuiac. *lib.13.obſer.cap.29.*

l.Si conuenerit. 23.

Hæc lex deſumpta eſt ex *tit.pro ſocio.*

§.Cum agere.1.

Bellon. *lib.1.ſuppuiat.c.5.*

l.Sabinus

Digitized by Google

l.ſabinus in re.28.

Zaſius *lib.1.intellect.ſing.cap.1.*

l.Si quis cum.29.

Pupillus obligatur vbi ex re actio venit, *l.furioſus,D.de oblig.& action.*

l.Communi.30.

Bellonus *dicto cap.5.*

Tit.4. Ad exhibendum.

Hæc actio eſt mixta, quia eſt perſonis in rem ſcripta, & datur maxime ob rei vindicationẽ,cuius eſt præparatoria, exhibere autẽ eſt facere in publico poteſtatem,vt ei qui agere intendit.experiundi ſit copia *l.1.h.t.*

l.Exhibere.2.

Exhibet qui poteſtatem facit videndæ & apprehendẽdæ ipſius rei,vnde teſtibus oportere exhiberi maleficium, vel reum cuius teſtes eſſe debent.hinc colligunt,vt videre poſſit an ſit res ipſa de qua agitur, & eius ſigna, adde *l.cum ſi exhibuiſſent.inf.de publicanis.*

§.Qui ad exhibendum 1.

An exhibitio ad inſtructionem actoris fiat, vide hic Bald.

§.Eſt autem.3.

Actio ad exhibendum eſt perſonalis,vt notat hic Iuriſconſultus,ſed diſſentit Donellus *in §.omnium autem.num.14.Inſt.de action.*

§.ſed etſi quis.5.

Cuiac.*lib.5.obſ.cap.23.*

§.ſi quis noxali.7.

Actor vero deſignare non poſſit. Florentini archetipi *deſtinare* referunt:quod nihil aliud eſt quàm deſignare.

§.ſi quis extra.8.

Cuiac.8.*obſer.7.*

§.ſciendum eſt.9.

Ad gloſſam hic in ver.*ſummatim.*adde Bartol.*in extrauag. ad reprimendum in verbo ſummarie.*Guid.Papæ.*deciſ.*349.Marant.*in tract. iur.in 4.parte diſtin.9.nu.* 41. quia melius quã omnes.

§.Si mecum.11.

Cuiacius *dicto cap.23.*

§.ibidem ſubiungit.13.

Ex hoc textu generaliter dici ſolet, exceptiones oppoſitas in iudicio præparante,reiici ad iudicium directum, ſi aliorum quæſtionem deſiderent.

§.interdum æquitas.14.

An inſtrumenta ſua ſibi edi recte quis ſibi poſtulet.D.Gothof.hic.

§.Sciendum eſt.15.

Actio ad exhibendum competit aduerſus eum duntaxat qui poſſidet, vel detinet, aut qui dolo malo deſiit poſſidere aut detinere, *l.5.§.idem Iulianus.l.Theſaurus in prin.D.ad exhib.*vnde nec hęredi, vt hæredi datur: ſed ſi eius interſit,nec cõtra hæredem vt hæredẽ: ſed poſſeſſorem,*l.de eo.12.h.t.*

l.Nam & cum.4.

Depoſitarius, commodatarius, & conductor naturaliter rei incumbunt.

§.Iulianus.1.

Ad intellectum huius §. vide Bart. *in l.qui reſtituere in fin. D.de rei vind.*& Bart.*in l.peregre.§ ſi.in fin. D.de acquir.poſſeſſ.*

§.idem Iulianus.2.

*Ruta caſa.*Quid ſibi velint, hæc verba. optime D.Gothof.hic.

§.item Celſus.3.

Exhibendi reus,an teneatur poteſtatem facere rei vendendæ,Gloſſa hic.

l.Gemina.6.

Ræuard.*ad leg.xij.tabu.pag.68.*

l.Tigni appellatione.7.

Vide *l.vtrum.D.de reb.dub.l.adeo.inf.D.de acquer.rer.dom.l.6.inf.de verb.ſignif.*

§.item municipes.3.

Nota hic quod vniuerſitas ad exhibẽdum, etiam teneri poteſt.

§.Si quis non.4.

An poſſidere ante ſententiam ſufficiat, vt quis rem reſtituere condẽnetur,Gloſſa hic.

§.ibidem.7.

Deceptio tua non intereſt actori, etiam poſt litem conteſtatem opponi nõ poteſt,ſi iure opponãtur:ſec⁹ ſi perſonæ.adde Innocẽtiũ *in c.ſuper hu.extr.de excuſat.*& Bald.hic.

l.Si ad exhibendum.8.

Collige ex hac lege poſſeſſionem hereditatis ſuperuenientem parere condemnationem ex inſtantia cœpta cum defuncto.

l.Iulianus.9.

Repetitionum *7.fol.* 260.*num.37.*

§.Glans ex.1.

Ad intellectum huius §.Vide titulum. *De glande legenda infra.*

§.Si quis rem.2.

An denominatio fieri poſſit à forma declarat hic Bald.

§.Sed ſi quis.3.

Digitized by Google

Nota hic quod forma dat eſſe rei & commutata forma ſubſtantiali, res non dicitur eadem: ſed diuerſa.

§. Quantum autem. 5.

Res exhibenda eſt in ea cauſa, in qua fuit cum iudicium acciperetur, vnde ſi inter moras exhibēdi vſu capta ſit res à poſſeſſore, nihilominus condemnabitur hac lege, *&* §. *ſi ad exhibendum. Inſt. de off. iud.*

§. Proinde. 6.

Cuiac. *lib. 6. obſ. cap. 9.*

l. ſed etſi hæreditas. 11.

Amittere rem is non videtur, cuius propria nunquam fuit.

§. quo autem. 1.

Exhiberi ibi rem oportet, vbi fuit cum lis conteſtaretur, periculóq. & impendiis actoris perferenda, ducendáue eo loci vbi actum eſt.

§. Et filiuſfamilias. 1.

Actione ad exhibendum tenetur filiusfamilias, ſi facultatem rei exhibendæ non habeat.

§. ſi quis ex vuis. 3.

Vide *l. idem Pomponius. §. idem ſcribit. ff. de rei vind.*

§. ſi poſt iudicium. 4.

Bellon. *lib. 4. ſupput. c.* 8. Ioan. Robert. *lib. 1. ſent. cap. 3.* *Faquineus *lib. 8. ca. 101. controuerſiarum iuris.*

l. ſi liber 13.

* Pro libero homine exhibendo non competit actio ad exhibendum, quia exigit pecuniarium intereſſe.

l. Theſaurus. 15.

An verum ſit quod vbi vnum iudicium eſt præparatorium alterius, in illo ſufficiat ſummaria probatio, vide Bald. *in l. quod tēpore. C. de reſtit. milit.* facit quod notat Bal. *in l. 2. Cod. quan. fiſ. vel priua.* Fel. *in c. qua in eccleſiar. ext. de conſt. & in cap. veniens. in fi. de teſt.*

l. Si quis hominem. 17.

Tenetur quis actione ad exhibendum, ſi hominem debilitatum exhibeat.

l. Solutione. 18.

Cuiac. *lib. 9 obſ. cap. 7.*

l. Ad exhibendum. 19.

Auguſt. *lib. 1. emend. cap. 18.*

l. quæſtionis. 20.

Torqueri quis ſeruus poteſt, vt ſocios & correos criminis patefaciat, an autem idem ſit in libero homine, vide Gloſſam hic.

LIBER. XI.

Titulus primus.

De interrogationibus in iure faciendis.

IN hunc tit. Duar. *lib. 1. diſput. anniuer. cap. 43.* Ræuard. *pro trib. c. 5.* Rænald. Corſus *lib. 3. indagat. c. 6.*

l. Toties hæres. 1.

Loriott. *de hæred. inſt. axiom.* 1. Briſſon *lib. 4. ſelect. antiq. c.* 1. Cic. in oratione *pro Cæcinna,* Ioan. Robert. *lib. 4. ſent. iur. c. 18.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cap. 51.* vide Dec. in Rub. *extra de probat. in 5. coll. in fi. verſ.* 1. Arct.

l. Edictum. 2.

Quomodo probetur, an quis ſit hæres, an bonorum poſſeſſor quæritur hoc loco, verũ extraneus hæres nuda voluntate fit, & contraria repellitur.

l. Quia plerunque. 3.

Probatio aditæ hæreditatis difficilis eſt.

§. Quod ait. 1.

Hotoman. *lib. 1. obſ. cap.* 40. recte reprehenſus à Ioan Robert. *lib. 1. recep. iur. ciu. lectionis. c. 13.* & Iacob. Cuiac. *lib. 14. obſer. c. 11.* Ræuard. *pro trib. c. 7.*

l. Qui interrogatur. 5.

Ioan. Robert. *lib. 4. ſent. iur. cap. 18.*

l. Et quia hoc 6.

Quo caſu interrogatus non teneatur reſpondere notatur hic.

§. interdum. 1.

Qui laqueum timet Capricornis non tenetur reſpondere.

§. Si quis interrogatus: 8.

Si ſeruus damnũ dederit, tenetur dominus.

l. Si ſine. 9.

Reſponſio ſine interrogatione aliquem obligat interdum.

§. Interrogatum. 1.

Quid interrogandi verbo intelligendum ſit, explicat hoc loco Vlpianus.

§. Sed ſi ſeruus. 2.

Collige ex hoc §. regulã ſeruum in iudicio eſſe non poſſe, ſiue agat, ſiue deffendat.

§. Alius pro alio. 3.

Interrogationum materia declaratur à Cyno *in l. 1. 2. & 3. C. de confeſſ.*

§. Celſus. 4.

Bellon. *lib. 1. ſupput. c. 17.*

§. Qui

Digitized by Google

§. Qui interrogatus. 5.

Qui ſimpliciter reſpondit, an ſuper toto reſpondiſſe intelligatur, vide hic Zaſ.

§. Illud quæritur. 6.

Summatim iudex cognoſcere poteſt an petitio ſit pertinens an impertinens.

§. Si de peculio. 8.

An impertinenti interrogatione reſpondendum ſit, declarat hic Zaſius *numero* 10. & 11.

l. Non alienum. 10.

Ex negatiua confeſſione quis ſibi in perpetuum præiudicat, eámq. niſi incontinenti erroreq. probato reuocare poteſt, *l. iſtud. inf. de acquir. hared. §. item iniuſta Inſt. de act.*

l. De ætate. 11.

Repetitionum *6. fol. 87. num. 16.*

§. Si quis cum hæres. 1.

Menoch. *de arbit. iudic. lib. 2. caſ 93.*

§. qui ex quadrante. 2.

Si quis interrogatus falsò reſponderit, tenetur hac actione.

§. Si cum eſſet. 3.

An & quæ ſit mentiẽtis pœna, vide Bartol. hic.

§. qui tacuit. 4.

Ioan. Robert. *d. cap.* 18. Concenn *lib.* 1. *quæ. cap. 9.*

§. quod autem. 5.

Alciat. *lib. 2. diſpunct. cap.* 10.

§. Si interrogatus. 6.

An appellatione partis, dimidia contineatur, vide *l. etiam. D. de vſufructu.* Bald. *in l. ſcimus. in prin. C. de inoff. teſtam.*

§. Nihil intereſt. 7.

Dubitare & obſcurè loqui an eadem ſint, vide Damhouderium in enchiridio parium in pari dicere obſcurè.

§. Ex cauſa. 8.

An ex cauſa iuſti erroris poſsit quis confeſſionem ſuam reuocare, vide hic Bart.

§. qui interrogatus. 9.

Confeſsio iudicialis, extraiudicialis & cauſam non habens an obliget, vide hic D. Gothof.

§. Qui iuſto errore. 10.

An & quemadmodum iuſto errore negare quis poſſit ſe eſſe hęredem, vide hic Gloſſam.

§. Sed etſi quis. 11.

Si quis forte culpa malè reſponderit, non tenebitur niſi culpa dolo proxima fuerit.

§. Celſus ſcribit. 12.

Auguſt. *lib. 1. emend. cap 6.*

l. Si filius. 12.

Filius an ex mendacio vel taciturnitate puniatur, vide hic Bart.

§. Exceptionibus. 1.

An quiſque confeſſione ſua vti poſſit, vide hic D. Gothof.

l. Confeſſionibus. 13.

Auguſt. *lib. 1. emend. cap. 3.*

§. Eum qui. 1.

Confeſſio vt vera ſit quid neceſſarium.

l. Si ſeruus. 16.

Idem Auguſt *lib. 1. emend. cap. 3.*

§. Quanquam. 1.

An ſimplex confeſsio conſtituat nos dominos & quid præterea requiratur, vide hic D. Gothof.

l. Si filius. 19.

An & quatenus contumax habeatur pro confeſſo, vide Felyn. *in c. cum Ber bold. ad fin. 7. col. ex. r. de re iud.* An reſpondens videatur confiteri, vide Paul. de Caſt. *in l. 3. C. od. qui teſtam.* & Lanfranc. *in rep. c. quoniã contra. de proba.* Fel. *in c. ii. el. ... circa prin. de iudic.*

l. Qui ſeruum. 20.

An homicidium, ſi ſit in vno punitum releuet alium a pœna, vide hic Gloſſ.

l. Vbicumque. 21.

Iudex poteſt ex officio poſt concluſionem in cauſa, ad declarationem retroactorum in iudicio interrogare. Amplia non ſolum in retroactis in iudicio. ſed etiam ad fundandã de nouo intentionem partis: Alex. *ad l. dies cautioni. §. hoc autem iudicium, numer.* 18. *D. de damn. infect.* Abb. Dec & Rip. *ad cap. 1. extr. de iudic.* Iacob Menoch. *de arbit. iudic. lib. 2. cent. 1. caſ. 51. num. 34.*

l. Procurator. 22.

Fol. 465. num. 223. Repetitionum 3. & quo caſu procedat. *pag. 60. num. 5. fol. 553.*

Tit. 2. De quibus rebus ad &c.

Mynſing. *4. obſ. cent. 1.*

l. Si inter. 1.

Gloſſa huius legis mentionem facit de reconuentione, qua de re vide Gloſſam *in leg. cum Papinianus. C. de ſent.*

Tit. 3. De ſeruo corrupto.

Digitized by Google

l.Ait prætor.1.

Vide Alciat.*lib.2.pratermiſſ.fol.*240.

§.Qui bona fide.1.

Cuiac.*obſ.lib.*17.*cap.*11.

§.Perſuadere.3.

Plaza *lib.1.miſcellan.cap.*7. Alciat. *lib.1.prætermiſſ.* qui non recte verba græca hic emendat, vt nec Budæus nec Catellianus Florentina lectio vera eſt, Bened.Capra *in Reg.c.*11.

§.Sed vtrum.4.

Clarus 5.*ſent.§.vlt.quæſt.*89.

§.is quoque.5.

Quot & quibus modis ſeruus corrumpatur, declaratur hoc §.

l.Dolo malo.3.

An iocose facta promiſſio obliget, vide Guid.Pap.*ſing.*65.*& cap.tua nos.*

l.Doli verbum.5.

Ad intellectum huius legis vide Bald. *in l.1.C.de legitim.hæred.*

l.sed & hæres.8.

An hæres ſerui corrupti nomine agere poſſit, vide hic.

l.Neratius.11.

Huc pertinet regula quæ eſt *in l.*138. *inf.de reg.iur.*

§.Quamuis.2.

An damnum dediſſe videatur, qui cauſam vel occaſionem proximi delicti dederit, vide hic Gloſſam.

§.sed etſi quis.1.

Zaſius *lib.1.ſing.reſponſ.cap.*14.

§.si ſeruus.2.

An affectionis ratio in condemnationibus interdum habeatur, vide hic Gloſſam.

§.in hac actione.5.

Auguſt.*lib.1.emend.cap.*2.

Tit.4.De fugitiuis.

An & quomodo fugitiuus ab errone diſtinguatur, Pac.*in Synopſi.*

l.is qui.1.

Furti actione tenetur is, qui fugitiuum celauit.

§.senatus.1.

Contra hoc Senatuſconſultum eſt, quod dominus iubet. Deut.*ca.*23.*non trades ſeruum domino ſuo, qui ad te confugerit, habitabit tecum in loco qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarum requieſcet, ne contriſtes eum.*

§.Hoc autem.2.

Stationarij milites qui dicantur, notat Budæus in Pandectas.

§.Fugitiuum.5.

Fugitiuum hic cum errone confundit.

§.Diligens.7.

Diligenter ſæpenumero exponitur ſecundum ſubiectam materiam, vide Corſetum *ſing.diligenter.*

l.Fugitiui.2.

Cuiac.*lib.7.obſ.cap.*12.

l.Limenarchæ.4.

Cotta *in memor.in voce Limenarcha.*

Tit.5. De aleatoribus.

Benedictus Capra *in reg.conſ.*89.

l.Prætor ait.1.

Vide Ciceronem 1.*Philippica.*

§.Quod autem.3.

Auguſtin.*lib.4.emend.cap.*17.

§.in eum.4.

Cotta *in memoralib.in voce Latomia.* Cuiac.*lib.6.obſ.cap.*7.

l.solent.n.2.

Rainald.Corſus *lib.3.indagat.cap.*11.*fol.*191.*poſt nu.*11.*tractatuum* 4.

§.senatuſconſultum.1.

Vide Græcum epigramma, de quinque ludorum generibus, *lib.1.tit.1.* * Forcatulus in Capedine *iuriſper.cap.*20.

§.Aduerſus.2.

An quod amiſſum eſt in ludo prohibito repeti poſſit, vide hic Gloſſam.

Tit. 6. Si menſor falſum modum dixerit.

Iaſon poſt Alex. *in l.arbitro, num.*10. *D.qui ſatiſd.cog.*

l.Aduerſus.1.

Alciat. *lib.3.diſpunct.c.*15. Zoannet.*lib.reſtit.D.c.*6. Vaconius *lib.6.declar.iur.ciuil.c.*88. Dec. *ad l.edita, C.de eden.* vbi Rip.*num.*9.

§.Hęc actio.1.

Si negligenti quid accidit mali, de ſe queri debet.

§ is autem.2.

Nota hic regulam quod facere videtur, qui per alium facit.

§ sed ſi ego.1.

Electio malæ culpæ, ſpecies dicitur.

§.Competit.1.

Hęc actio competit ei cuius intereſt.

§.Hanc

Digitized by Google

§.Hanc actionem.5.

Actio hęc quatenus eſt pœnalis,deneganda eſt hæredi.

l.Hæc actio.4.

Notatur hic tempus huius actionis.

l.si menſor.5.

Liberetur. Zoannet.*reſt.cap.* 6.legit *lædetur,* quod placet Cuiac.*lib.7.obſ.c.*37.

l.Siue de itineris.6.

Alciat.*lib.3.diſpunct.cap.*15.*&* *cap.*20.

§.Et ſi menſor.1.

Cuiac.10.*obſ.cap.*2.

§.Ego etiam.4.

Cotta *in memoralib.in voce Tabularius.*

Tit.7.De religioſis & ſumptibus funerum * & vt funus ducere liceat.

Scripſit in hunc Titulum Ion.Baptiſta Aſinius, Aul.Gel.*li.*4.*c.*9.Vide Cælium Rhodiginum *l.b.*9.*an iq. ect cap.*44.poſt Ciceronem *Tuſc.*1.Alex.ab Alex.*lib.*3.*genial.dier.c.* 2.*&* 7.Ræuard.*ad leg. xij.tab.cap.*151.copioſè Vanderanum *in prolegom.lib. de priui.credit. c.* 1.Briſſon.*lib.*2.*ſelect. antiq.cap.* 25. Nonnulla quoque Rebuffus *de ſententiis proniſionalibus, in præfat.*præſertim de actione funeraria.De quadruplici antiquorum funere multa Voſſ. Zazius *lib.*3.*de Repu.Rom.cap.*18. * Paulus *lib.* 1.*ſentent.tit.*21.

l.Locum in quo.2.

Quis locus appelletur religioſus, declarat hoc loco I.C.

§.Qui mortuum.1.

Nota hic differentiam eſſe inter bona fide poſſidere,& eius dominium habere.

§.Purus autem.4.

Purus locus appellatur in quem nemo fuit illatus,Varro 4.*de ling.lat.*

§.Sepulchrum.5.

Sepulchrum hic definitur,vbi corpus oſſáue hominis condita ſunt,non totum locum qui ſepulturæ deſtinatus eſt, totum non eſſe religioſum : ſed eatenus duntaxat quatenus corpus humatum eſt.*Briſſon.*lib.*2.*ſelect.ca.* 15.

§.Monumentum.6.

Quid ſit monumentum,vide hic.

§.Locum qui ſeruit.8.

*Fol.*24.*num.*32.*&* *num ſeq.*39.*Repet.*1.

l.Ex concenſu.3.

Nota hic communi voluntate quædam valere,quæ alias non valerent.

l.Familiaria.5.

Briſſon.*lib.*2.*ſelect.antiq.cap.*14.

l.Vel quod.6.

Briſſon. *d.c.*14.Forcat.*dial.*1.*à num* 33.

§.Si adhuc.1.

Briſſon.*lib.*2.*ſelect.antiq.c.*16.

l.Oſſa.8.

Corraſius *ad l.*1.D.*de ſeruit.pag.*59 *f* 44.*nu.* 22.Repet.5.*&* *fo.*58.*nu.*15.*eadem repetit.*

§.Si locus.1.

De dictione *Quaſi,*vide hic Gloſſam.

§.si in locum.2.

Cicero *lib.*2.*de legib.*

§.Nec ſolum.4.

Repetitionum 5.*fol.*15.*num.*177.*&* 181.

l.Quod ſi locus.11.

Forcat.*dial.*92.*num.*3.

l.Si quis ſepulchrum.12.

*Deciſ.*265.*num.*108.*fol.* 470.*deciſionum.Afflicti.*

§.Prætor vel.6.

Plato *de legib.dial.*12.

l.Et ſi quis.14.

Menoch.*de arbit.iud.caſ.*276.

§.Funeris.2.

Ad corpus commendandum. Hoc eſt deponēdum ad tempus,vt in libello quodam oblato Seuero Imperatori cum ſubſcriptione Iuuentij Celſi Iuriſcōſulti,cum inquit ante hos dies coniugem & filium amiſerim , & preſſus neceſſitate corpus eorum fictili ſarcophago commendauerim, donec quietus locus quem emeram ædificaretur.

§.impenſa.4.

Cuiac.*lib.*2.*obſ c.*17.*&* *lib.*11.*c.*1.

§.Non autem.5.

Sepeliri nemo debet cum ornamentis,etiamſi hoc ſpecialiter mandauerit,facit *l.fin.* §.*fin.*D.*de aur.& arg.leg.*

§.Hæc actio.6.

Superſtitio in omi actione vitanda eſt.

§.Fortaſſis.9.

An confeſſio indefinita in omnibus præiudicet, vide *l.*5.*C.de diu.reſcript.* Alber.*in l.ſi deffenſor* §.*qui interrogatus.ſ.de interrog.act.*

§.iudicem.10.

Vide Senecam *libro de remediis fortuitorum.*

Digitized by Google

§.Diuus autem.14.

Vlpian. *in frag. tit.* 1.

§.Qui mandatu. 15.

Funeraria actio, an detur ſi alia actio cõpetat, vide hic Gloſſam.

§.Datur.17.

* Paulus *lib.1.ſenten. Tit. vlt. §. vlt.*

l.Funeris.15.

Actio funeraria in quem detur, vide Paul. 1 *ſen. tit. vlt. §. vl.*

l.Sed ſi nondum.17.

Sciendum eſt ei qui mulierem] mortuam funerauit ſuis ſumptibus non animo donandi, aut pietatis cauſa, id quaſi negotiũ alienum gerens, dari actionem funerariam, de recuperandis ſumptibus factis in funus mulieris, actio eſt prætoria & priuilegiaria, *l. quæſitum*, D. *de reb. auth. iud. poſſ.* & datur hæc actio ceſſante ac deficiente alia actione, vt patet *ex l. ſed & ſi quis.* §. *Labeo ait*, D. *hoc tit.*

l.Impenſa.18.

Funeris impenſa quo loco habeatur, vide hic D.Gothof.

§.Cum materfamilias.2.

Funeris impenſa, an omne creditum excludat, vide hic D.Gothof.

l.In patrem.21.

Funeraria actione qui teneantur, declarat hic Gloſſa.

§.Maritus.1.

Si maritus dote abutatur quid præſtandum ſit, declarat hic D.Gothof.

§.Qui ſeruum.1.

Paul. 1. *ſent. vlt. §. vlt.*

l.Si filiusfamilias.31.

* Paulus 1. *ſent. tit. vlt. §. vlt.*

l.Si locus.34.

Conditione legati pendente, an ius legati hæres mutare poſſit, vide hic Gloſſam.

l.Minimè.35.

An hæc lex locum habeat in bannito qui rueret contra patriam, vide Dec. *ad c. quæ in eccleſiarum. nu. 61. extr. de conſt.* an habeat locum ſi filius occideret patrẽ bannitũ, Ang. *ad l. ſi adult. cum inceſt. §. libert.* D. *de adult.* ſed Bart. contrarium tenet, & de intellectu huius legis, vide Nell. *in tract. bannit. in 2. part. ſecundi temporis qu.* 10. Veron. *conſ. 5. caſus talis. & conſ.* 48. *col.* 3 & 4. *n.* 715. *cum ſeq.* itẽ de hoc textu contra Bart. Socin. Innoc. *conſ.* 54 *conſideratis, col pen in fi. lib* 3. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *q.* 90. *n.* 46 Ad hanc legẽ ſcripſit Marcus Mãtua poſt mille loquiũ. * Zaſius *hic n.* 22.

l.Cum loca.36.

Antonius Guibertus *lib.* 1. *quæſt. iur. cap.* 3.
* Hotoman. *lib* 5. *illuſt. quæſtion.*

l.Funeris.37.

Cuiacius *lib.* 11 *obſer. c.* 21 & *libr.* 5. *c.* 40.

§.Monumentum.1.

Ræuardus *lib.* 3. *variar. cap.* 3.

l.Ne corpora.38.

Mortui inferendi cauſa quot & quæ remedia competant, vide hic Gloſſam.

l.Diui fratres.39.

Ræuard. *lib. 2. variar. cap.* 4. Cuiac. *libro* 11. *obſ. cap.* 21.

l.Si quis enim. 40.

In hanc legem Cuiacius *lib. 2. obſ. cap.* 17. Si quis inquit Paulus hac lege, eo animo corpus intulerit, quod cogitaret poſtea inde alio transferre, magiſque temporis gratia depoſuerit, quàm quod veluti æternæ ſedi deſtinauerit, aut tradiderit, manebit ille locus prophanus locus purus, nec erit religioſus, id enim non eſt ſepelire, ſed deponere & commendare.

l.Si plures.41.

An fauore religionis in communi fundo inuito ſocio ſepelire ſocium liceat, vide hic D Gothof.

l.Monumentum.42.

Briſſonius *lib. 2. ſelect. cap.* 15.

l.Sunt perſonæ.43.

Ræuardus *lib. 3. varior. cap.* 3. Labitus *in vſu indicis pag.* 24. Cuiacius *lib. 3. obſ. cap.* 22. & *lib.* 11. *obſ. cap.* 11. Ioannes Robertus *libr. 2. recept. iur. ciuil. lect. cap.* 5.

l.Cum in diuerſis.44.

Ad intellectum huius legis, Forcatulus *dial. 1. nu.* 35. Si diuerſis inquit locis corpus cæſum, vt ſolebant ſepultum ſit, vtrumque locum non eſſe ſepulchrũ ait hoc loco Paulus, quia vna ſepultura plura ſepulchra efficere non poteſt, & vna eſt ſepultura, quæ vnius eſt, vna tutela quæ vnius pupilli, vna noxa quæ vnius ſerui: ſed illum locum ait eſſe religioſum, vbi quod eſt principale conditũ eſt, & principale ſtatuit eſſe caput, cuius, inquit, imago ſit, vnde cognoſcimur.

§.Cum autem.1.

Si quando impetratur à principe, vel magiſtratu, vel collegio pontificũ, vt reliquiæ quæ ſemel traditæ ſunt iuſtę ſepulturæ loco moueantur, & in aliũ commodiorẽ transferantur, quod ſi res exigat impetrari ſolet, l. 39. *hoc tit.* vt ſi fortè reliquiæ vi fluminis contingantur, L.1.C. *eo. tit.* locus quo mouentur, qui

Digitized by Google

qui ſanè erat religioſus, deſinit eſſe religioſus,idem etiam euenit,ſi locus ille captus ſit ab hoſtibus , nam victoria & captiuitas prophanat omnia : & locus ſepulchri captus ab hoſtibus deſinit eſſe religioſus , ſicut homo captus ab hoſtibus deſinit eſſe liber.

l.impenſa.45.

An impenſa funeris ſemper ex hæreditate deducatur,declarat hic Marcianus,qua de re vide *l. 30 iuncta l.1. D. ad leg.Falcid.*

l. si plura.46.

Si vſumfructum defunctus omnium prædiorum ſeparatim legauerit vbi ſit ſepeliendus, vide hic textum.

§.Ei cui.2.

Si veſtimenta legata in funus erogentur quid præſtetur.vide hic textus.

Tit.8.De mortuo inferendo, *& ſepulchro ædificando.

Hunc locum Cicero copioſe tractat *libro 2.de legibus.*

l.Prætor ait.1.

Fornerius *ſelect.capite 9.libro* 1.vide Gloſſam,*in capite,quanto 3.extra de praſcriptio.*

§.Qui inferendi.1.

Quid ſit prohibere,inferre, declarat hoc loco Vlpianus.

§.Hoc interdicto 2.

Quis hoc interdicto de mortuo inferendo vti poſſit, vide hic.

§.item ſi mihi.3.

Si quis via prohibeatur , an poſſit hoc interdicto experiri,probat hic §.

§.Hoc interdictum.4.

Interdictum de mortuo inferendo prohibitorium eſſe, conſtat ex hoc loco.

§. Prætor ait.5.

Continetur hoc §. aliud edictum nempe de ſepulchro ædificando quod itidem prohibitorium eſt.

§.interdictum.6.

Exponit quæ ſit ratio eius edicti, & ait religionis eſſe , vt monumenta extruantur & exornantur.

§.Facere.7.

Quis poſſit eſſe locus ſepulchri condendi, textus hic.

§. Ædificare. 8.

Si *iure te.* Duplex eſt hic lectio, alij legũt *ſi ire:*ſed rectius *ſi iure*, vt ſenſus ſit, ſi iure prohibeam te machinam imponere.

§.Ædificare.9

Reficiendi verbum,an & quid comprehendat,vide *l.5. §.penul.ʃ.de i.in* & Gloſſam hic.

l.Negat lex.2.

Vide Valerium Maximum, *libro 1. cap.vlt.*

l. si propius. 3.

Labitus *in vſu iudicis ſui pagina* 18.

§.si propius.1.

Legitimum modum ſtatuit lex duodecim tabularum 60.pedes,Cicero *libro 2.de legib.*

l.Longa poſſeſſione.4.

An res incorporales præſcribi poſſint,declarat hic Gloſſa.

l.Si in eo monumento.5.

Hæc lex eſt de monumento perficiendo, & loco religioſo reficiendo.

§.Sed ſi religioſus.1.

Ad quos pertineat cura ſepulchrorum,vide D.Gothof.hic.

LIBER XII.

*Hic incipit Digeſti veteris pars poſterior:in quam ſcripſit Raphael Fulgoſius natione Placentinus.

Titulus primus.

De rebus creditis.

HVnc titulum non eſſe generalem neque vllos inD. titulos generales inueniri docet Cuiac.*lib.7.obſ. c.32.& in parat.pag.*54. contra Ant. Cont.*lib.1.diſſut ſubſeciuar.ca.* 4.Ad hanc Rubricam vide Ant.Aug.*lib.3 emēd.cap fin.*Bellon *lib.2.ſupputat.cap.*10. Gilbert.Reg.*lib.1. inarmoq.cap.4.* * In hunc titulum vide Commentaria Iohannis Borcholten. Imp.in 8o. 1596.

¶ Ad verba inſcriptionis huius tituli ſcripſit breuem ſententiam Franciſcus Zoannet. * In hanc legem Iacobus de Nigris.

l.Ere eſt.1.

Cotta *in memorabil.in voce more.* Vacon*lib. 3.declar.*45. *Papon.1.*notar.pag.3.*

l.Mutuum damus.2.

¶ Mutuum contrahitur ratione rei conſiſtentis,numero pondere,vel menſura,declarat per Alciat.*lib.2.paradox.cap.*20 Bellon. *lib.1.ſupput.cap.4.&* 16 Vacon *declar.*94.ſed contra eius intellectum facit *l.certum in fin. ʃ.eod.vbi declarat.* *Pap.1.*notar.c.de preſt mut.*

Digitized by Google

¶ Verbum *functionem* quomodo intelligatur, adde Forcat. *in Necyoma. Iur. dial.* 13. Bel. *lib 2. ſupput. cap.* 12. Non. *ad prin. Inſt. quib. mod. recont. oblig. num.* 2.

¶ Ad hunc textum in fine, quod aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt. Socin. *in reg.* 377. Aretin. *ad l. lecta. 2. not. D. eod.* Curt. Burgenſ. *lib. 3. ... ad fratrem. c* 30. Aug. *lib.* 4. *emend. cap.* 8. Zaz. *ſing. intell. lib. 1. cap.* 1 Duaren. *lib.* 1 *anniuerſal. diſput. cap.* 14. Charõd. *lib. 3. veriſſ. cap.* 13. Vvalther *lib. 2. miſcell. cap.* 11. Ioan. Robert. *lib. 3. ſent. iur. cap.* 14. Forcat. *in penu iuris cap.* 13.

¶ Limita §. 1. vt per Socin. *reg.* 377.

¶ Declara vt per Aret. *in l. litera. in 2. not. eo. tit.* & Alciat. *lib. 2. parad.* 20 ad prin. *vid. eund. lib. 1. parad. ca.* 19. *& in* §. *appellata*, ad ea quæ ponit Dec. ibi. circa etymolog.. vide Nigr. *in ſtit. de teſtam. in princ.* qui eum reprobat. Romanus *ſingulari* 28. Repetit. 2. *fol.* 35. *num.* 24.

§. Mutui datio. 1.

Seneca 6. de beneficiis.* *Pag.* 1. *notat. pag.* 4.

*Quid ſibi Paulus voluerit in hoc §. declarat Faquineus. 1. *par. controuerſiarum iuris. lib.* 2. *cap.* 48.

§. Appellata. 2.

Nota hic argumentum ab etymologia vocabuli, Vide Bald. *in l. non ſine. Co. de bon. qua lib.* *Papon. 1. *notar. cap. de preſt mutuel.*

§. Creditum. 3.

Nota hic quod mutuum naturale non contrahitur, niſi reipſa fiat numeratio.* Pap. *notar. 1. cap. de preſt mutuel.*

§. In mutui. 4.

Mutuum ciuile & naturale quid ſit, declarat hôc loco D. Goth. *Papon. *ſupradicto loco.*

§. Verbis. 5.

Mutuum damus, & credimus ciuiliter.

l. Cum quid. 3.

*Papon. 1. *not. cap. de preſt mutuel.* Bellon. *lib. 1 ſuppu. cap.* 4. *&* 5. *& lib.* 4. *cap.* 17. *Loriottus *de eo quod intereſt axiom.* 537. Corraſ. *lib.* 3. *miſcell. cap.* 12. Mar. Mant. *ſing.* 243. *nu.* 1. *fol* 876.

*In hanc legem ſcripſit Petrus Franciſcus Curtius.

l. si quis nec. 4.

Auguſtinus *lib. 4. emen. cap.* 17. *Faquineus *Controuerſ. parte prima lib. 2. cap.* 76.

§. Res pignori. 1.

I*n iuſta cauſa.* Male legitur hic *iuſta*, quade re Auguſt. *d. loco.* 5.

l. Quod te. 5.

Equinarius Baro *tom.* 3. Ioan. Robert. *lib.* 2. *ſent. ca.* 17. *Faq. *Contr. iur. par. pri. lib. 2. cap.* 71.

l. Certum eſt. 6.

Ioan. Robert. *lib. 3. ſent. iur. cap.* 14.

l. Omnia. 7.

Zaſius *lib. 1. ſing. intellect. cap.* 1.

l. Proinde. 8.

Cuiac. *lib. 2. obſer. cap. 7. fol. 76. num.* 10. *& ſeq. repet.* 1.

l. Certi. 9.

Ad limitationem eorum quæ dicuntur per Doctores in quantum concludunt quod diuerſus eſt modus concludendi in libello demonſtratiuo, vide Ruin. *in l. 1. §. ſtipulatio. pag.* 39. *D. de verb. oblig.* *Cuiac. *ad l. iuriſgentium. D. de pact.*

§. Competit. 1.

Auguſtinus *lib. 3. emendat. cap.* 6.

§. siue autem. 2.

Obligamur nomine proprio & alieno.

§. Quoniam. 3.

Hic §. optime explicatur à Bartolo hic, quem vide.

§. Numeraui. 4.

Certi condictio vtrum mihi competat, ſi quod tibi numeraui, alij dari ſtipulatus ſim, vide hic Gloſſam.

§. item quæri. 6.

An in teſtamentis conditio impoſſibilis vitiet legatum, vide hic D. Gothof.

§. Sed ſi ei. 7.

Is cui bonis interdictum eſt non poteſt ſe obligare, ratio eſt, quoniam redigitur ad inſtar furioſi.

§. Si nummos. 8.

Emanuel Zoares *lib. 1. obſ. cap.* 13. valet argumentum à ſolitis & conſuetis accidentibus, vt eſt in Gloſſa. *in l. neque natales. C. de probat.* vide Marſ. *ſing.* 1. Paul. de Caſt. *ad l frater à fratre num. 4. &* 11. *D. de condic. indeb.* & ibi Socin. *num.* 25. Doctores *ad. l. ſi à furioſo numer.* 6. *D. ſi cert. petatur.* Vacon. *lib. 3. declar. cap.* 96. Marſ. *ſing.* 491. Mod. Ancor. *in tract. de mercat. 2. parte num.* 10. Zuccar. *ad Rub. eod. tit. num* 44. Euerard. *in loco à communiter accidentibus.* * Iaſon.

§. Depoſui. 9.

Depoſitum conuertitur in cauſam mutui, ex ſola voluntate contrahentium.

l. Quod ſi ab initio. 10.

Auguſtinus *lib. 2. emendat. cap.* 1.

l. Rogaſti. 11.

Baro *tom.* 3. Ioann. Robertus 2. *ſentent. iur. cap.* 5. Pap. 1. *notar. cap. de preſt mutuel.*

§. ſi tibi

Digitized by Google

§.Si tibi.1.

Duarenus *de pactis f.l.38.* Loriott.*de pactis axio.15.19.& 20.* *Pap 1.*not.c.de preſt mutuel.*

§.si fugitiuus.2.

An & quis dicatur fugitiuus,& an ob ipſam fugam amittat liberam adminiſtrationem peculij,vide hic Gloſſam.

l.si à furioſo.12.

Coniunge *l.ſi pupilli.de ſolution.*

l.Nam & ſi fur.13.

Cuiac.*lib.13.obſ.cap.28.*

§.si ſeruus.2.

Ad intellectum huius §.vide Bart.in additionibus.

l.si filiusfamilias.14.

Cuiac.*lib.14.obſ.cap.35.*

l.singularia.15.

Charondas *lib.2.veriſſ.cap.14.* Corraſ.*lib.6. miſcell.cap.14.15.& 16.* Cuiac.*libr.8.obſ.cap 8.* Ioan.Rober.*lib.2.ſentent.iur.cap.4.* Emanuel Zoares.*lib.1.obſ.cap.4* Prateius *inuerſio.cap.5.* * Pap.1.*notar cap.de preſt mutuel.*
* Faquineus *controuerſ part.1. lib.2.c.73.*

l.si ſocius.16.

Hæc lex pertinet ad tit. pro ſocio, Cuiac. *lib.8.obſ.c.8.** Pap 1.*not.cap. de preſt mutuel.*

l.Cum filiusfamilias.17.

Anton.Guibertus *lib.1.quaſt.iur.ca.10.* Labitus *in vſu indicis ſui fol.15.*

l.Si ego.18.

Baro *tom. 3.* Charondas *lib.2.veriſſimilium cap.2.** Pap.1.*not.cap.de preſt mutuel.*

§.Si ego.2.

Error in cauſa contractus, quando impediat translationem dominij. Actum ab vna parte,an & quando inſpici debeat,Bartolus hic.

l.Non omnes.19.

Vide ad quid ponderet,iſtam GloſſamIaſ. poſt Ruin.*in l.1.coll.1.in fin.Cod.de iur.emphyteut.*Ad illam regulam,quæ eſt vt actus agētium non operentur,vltra intentionem.Vide Socinum,qui eam limitat *in l.1.§.ſi inſerim.in 2.notab.de acquirend.poſſ.ſſ.* quæ eſt formaliter,quod illa procedit ratione effectus, non autem modi.Nam diuerſitas modi concurrente eodem effectu non impeditur,per illam regulam notabilem.

§.Si pupillus.1.

An mutuum & ſolutio reconcilientur cōſumptione,& quare,vide hic Bart.

l.Si tibi pecuniam.20.

Vide Bart.*in l.1.in 2.oppoſit.de donationib.* * Pap 1.*not.cap.de preſt mutuel.*

l.Quidam.21.

Baro *tom.3.*Anton.Guibertus *lib.1.quæ.iur. cap.9.*Molinæus *in labyrintho de diuid. & indiuid.l.pag.2.num.13. & 47.*vide Sozin.*in l.qui Roma.in prin.in 5. col.num.10.de verb.oblig.*limita vt per Sozin.*in reg.75.*

l.Vinum.22.

Bellonus *lib.1. ſupput.cap.17.* Ad hanc ex profeſſo Francìſ. Hotom. ſcripſit Loriottus *de eo quod intereſt axiom.52.*In hāc legē Corraſius ſcripſit poſt epiſtolicas quęſtiones,vide eundem *in dictis quæſtionibus, cap.5.* & Ioannem Antonium de Rubeis.

* ¶Quomodo intelligenda ſint verba illa, Quanti tunc fuiſſet, cùm peritum eſſet, explicat Faquineus *part.1. Controuerſiarum iuris lib.2.cap.74.*de vera huius legis interpretatione conſule *Anton. Fabr. lib. 17.coniect. cap.3.*

l.Si eum ſeruum.23.

Cuiac.*2.ad Africanum.*

l.Si quis certum.24.

Repetitionum *6.f 576.num.14.16.& 18.*

l.Creditor.25.

Materia huius legis, optimè explicatur à Gloſſa hic quam vide.

l.Si pecuniam.26.

Tract.*7.f.197.num.66.*

l.Ciuitas.27.

Zoannet. *rer. quotid.cap.45.* * Faquineus *Controuerſiarum iuris part 1.lib.2.cap.75.*Extat in hanc legem diſputatio Petri Scholcher. in 8o.1593.

l.Creditor.28.

Vide Roman.*conſ.222.*

l.Si inſtitorem.29.

Cōiunge *leg.47.de pecul. & leg.5.quod iuſſit.*

l.Qui pecuniam.30.

Ad ibi dicta per Bart. vide Iaſ.poſt alios *in l.qui Romæ.in prin.in antepen. col.num.31.& 32.*& vide Bald.*in l.cum quis.C.de iur.& fact. ignor f.444 num. 59. rep.1.**Pap.1.*not.c.de preſt mutuel.*

l. Cum fundus.31.

An omnes contractus ſint hodie bonę fidei,declarat hic Zaſius.

§.Seruum tuum.1.

Errans an & quando transferat dominium,Bart.hic.

l.Si & me.32.

Facit *l.ſeruus,quem poſt princip.inf.de action.*

Digitized by Google

*empt.** Antonius Faber. *lib.* 11. *coniectur. cap.* 8.

l. Principalibus. 33.

Benuenut. *tract. de m. r. num.* 44 *fol.* 25. *decif. cap.* 9.* Vide Faquineum *controuerſ. lib.* 2. *c.* 78.

l. Præſidis. 34.

Alciat. *lib.* 1. *pa erg. cap* 25.

l. Periculum. 35.

Huius legis ſpecies proponitur *in l.* 41. *tutor. D. de vſur.* ideo eam coniunge.

l. Pecuniam. 36.

De dictione *Tanquam*, vide Gloſſ. *in cap. ſolita. in verbo tanquam. extr. de ma o. & obed.*

l. Cum ad præſens. 37.

Alex. *conſ.* 97. *& conſ.* 40. *volum.*

l. Reſpiciendum. 38.

Ant A g. *lib.* 2. *emend. cap.* 2.

l. Itaque. 39.

Conditio quæ propriè dicatur, notat hic D. Gothof.

l. Lecta. 40.

Baro *tom.* 3. & in illam extat Balduini commentarius; Briſſon *lib.* 3. *ſelect. cap.* 9. Ræuard. *lib.* 1. *variar. c.* 15. Ant. Auguſt. *lib.* 1. *emend. c.* 10. Loriott. *de pact. axio.* 30. Latiſſimè habes hic per ſcribêtes præſertim per Butigel Groſſor. Curt. & Pau. de Mon. *in reg* Alcia. *lib.* 3. *diſpun. cap.* 2 Bereng. Fernan. *ad l. pacta conuenta. D. de contrah. empt. cap.* 1. *num.* 54. Franc. Curt. *ad l. petens. Cod. de pactis n.* 51. *& ibi* Bulg. *nu.* 5. 11. & 25. Connan. *in comment. iur. ciuil. lib.* 7. *ca.* 1. *num.* 12. Didac. *in collat. veter. num fin. cap.* 4. *n.* 4. Fortun. Garzia. *ad l. iuriſgentium. §. quinimo. D. de pactis num.* 18. 20. & 22. Faber. *ad §. qui hoc anno. circa fi. Inſt. de inutil. ſtip.* Bart. *ad l. qui hoc anno. D. de verb. oblig.** Cuiac. *ad l. iuriſgentium* 7. *§. quinimo.* 5. *D. de pact.*

¶ Ad verſ. igitur, vide Ioan. Fabr. *Inſt de inutil. ſtipul. §. ano. circa fin.* & Portium & Aret. *in §. etſi ſtipulatus. Inſtit. de verb. oblig.* & gloſ. *in verb. hoc anno in* 1. *concluſ.* & Bar. *in l. qui hoc anno. de verb. oblig. fol.* 299. *num.* 54. *repet.* 2. *& fol.* 200. *num.* 5. *&* 11. *&* 25. *& fol.* 198. *num.* 51. *repet.* 7. *fol.* 418. *nu.* 18. *&* 20. *&* 27. *repet.* 1.* Hanc legē repetiit Arnoldus de Reyga Imp. Ionæ 1593.

l. Eius qui. 41.

Baro *tom.* 3. Loriottus *de morte axiom.* 12. optimè Cuiac. *ad Affrican. tract.* 8. & in hanc legem & ſequentes extat commentarius Hugonis Cyni. campani.

l. Si ego decem. 42.

Molinæus *in labyrintho de diuid. & indiuid. parte* 2. *numero.* 349. Guterius *parte* 1. *reſolut. cap.* 23. *numero* 22.

§. Labeo. 1.

Coniunge *l. ita ſtipulatus* 67. *D. de verb. oblig. l. ſi quis ab alio. D. de re iud.*

Tit. 2. De iureiurando.

Scripſit in hunc titulum Duarenus Conſtantius Landus prætermiſſor. *cap* 13. vide Cottam. *in voce iuſiurandū*, & Emanuel. Zoar. *lib.* 1. *obſer. cap.* 7. Alex. ab Alexan *genial. dier. lib.* 5. *cap.* 10.

l. Maximum. 1.

Latè Dec. conſ. 23. *& in l.* 2. *num.* 15. *de reg. iur. & in conſ.* 22 vbi etiam loquitur de fœminis. Adde quod iſta regula non procedit in exceptionibus, quæ habent vim actionis, & poſſunt intentari, ſine expectatione aduerſarij, ſecundum Cardinalem Zabarellum *in clem.* 1. *vt calumniis in* 14. *quæſt. de re iud.* Dec. *conſ.* 80. *coll. pen.* & quod reſtitutio in integrū non competat. poſt 4. annos, etiam in modum exceptionis, Iaſon *in l. nam poſtea. §. ſi minor. num.* 12. *de iureiur.*

l. Iuſiurandum. 2.

Forcat. *dial* 46. *num.* 2.

l. Ait prætor. 3.

Repet. 3. *fol.* 483. *num.* 254 *&* 256.

§. Quacunque. 1.

An iuſiurandum in criminali cauſa interpoſitū proſit ei, qui iurauit, vide Gloſſā hic.

§. Sed & ſi de. 2.

An & quando in matrimoniali cauſa poſſit iuramentum deferre, vide Bart. hic.

§. Vnde Marcellus. 3.

Ræuard. *lib.* 5. *variar. cap.* 5. Conſtantius Landus *præter. cap.* 14.

l. Vel filiorum. 4.

Vide Ioannem Chriſoſtomum *lib. de virginitate.*

l. Non erit. 5.

Forcatulus *dial.* 12. *per totum.*

§. Diuus Pius. 1.

Quam varium & multiplex iuſiurandum apud diuerſas gentes, Alex. ab Alex. *lib.* 5. *gen. dier. cap* 10

§. Dato iureiurando. 2.

Fol. 276. *nu* 92. *repet.* 7. *fol.* 216. *nu.* 24. *repet.* 2.

§. Sed ſi quis 3.

Vide Balſam. *ad cap.* 95. *ſynodi ſexta.*

§. Si neque. 4.

Cato Sacuſ. *ad l. admonendi, D. eod. num.* 104. & vide quod pulchrè per hunc textum notatur hic per Iaſon. *nu.* 10. & conſuluit ante Zaſius in conſiliis ſuis *conſ.* 5. *lib.* 2.

l. Remittit

Digitized by Google

l.Remittit.6.

Paulus 2.*ſent.tit.*1.§.3.

l.Ait prætor.7.

Rei appellatione quid cõtineatur Bar.hic.

l.Nam poſteaquam.9.

Non ſolum exceptio iuriſiurandi impedit litem conteſtari,ſed & periurium, Ant.But. *in c.dilecti,de excep.*

§.Iureiurando.1.

Actio hæc ex iurtiurando vnde oriatur, vide hic Bart.

§.ſi damnetur.2.

Adde Marſ.*ſing.*141.*audiuiſti* Io.Igne.*in repet.ad l.neceſſarias,§.non aliàs, D.ad Sillan.nu.* 2?7.2 6.*& ſeq.*

§.ſi is qui.3.

Guterius *Reſolut.part.3.cap.1.*

§.ſi minor.4.

Explicatur hoc commodiſſimè *ex l.non omnia.ſup.de minoribus.** Cuia.*ad l.*7.§.10.D.*de pact.*

§.ſed & ſi quis.5.

Iuſiurandum in fraudem creditori delatum non ſeruatur.

§ iuſiurandum.6.

An procurator in rem ſuam acquirat domino actionem vel exceptionem, vide hic Gloſſam.

§.ſi petitor.7.

Quod ex iudiciali iuramento oriatur actio facit,*l.actori,C.de iureiur.*

l.Quia non.10.

Acta inter alios,an,quando, ſeu in quibus aliis noceant,vide Gloſſam hic.

l.ſed ſi poſſeſſori.11.

Hanc legem inducit Lanfranc. *in ſimili in tract.de arb.char.*42.

§.Item ſi iurauero.2.

Hunc §.optimè explicat Zaſius hic.

§.ſi cum de hæreditate.3.

Balbus *deciſ.*300.Rom.*ſing.*22.

l.ſi duo.13.

Repetitionum 6.*folio* 263.*numero* 46.*Faquineus *controuerſiarum iuris lib.4.cap.96.*

§.Iulianus.1.

Ræuard.*in Tribon.pag.*22.Corraſ.*ad l.ſeruitutes.*4.*num.*14. Gram.*deciſ.*45.*à nu.*4.*fol.* 341. *num.*73.*& ſeq.repet.*5.*fol.*360.*num.* 69.*repet.*?. *f.*502.*nu.*121.*repet.*6 *fol.*237. Couar.*c.quamuis.* *Quis ſit ſenſus huius §. vide Faquineum *parte prima controuerſiarum iuris lib.*1.*c.*70.

§.idem Iulianus.2.

Ant.Auguſt.*libro* 4.*emend.cap.*6.

§.Si quis iurauerit.3.

Forcat.*in Cupidin.iuriſp.cap.*18.Ioan.Rober. *libr.* 2.*ſent.iur.cap* 20.Ræuard.*lib.*1.*varior.cap.* 3.Cuia.*libro* 8.*obſ.ca.*7.Duarenus *de in lit.iuran.num.*54.

§.idem dicemus.4.

Repetitionum 7.*fol.*308.*num.*51.

§.Marcellus.5.

An iuramento quaſi contrahatur,vide Bal. *in cap querelam,ext.de elect.*

§.ſi quis iurauerit.6.

Cuiacius 7.*obſ.c.*14.vide Duarenum & Contium.

l.Quotiens propter.14.

Iuramentum veritatis parenti vel patrono non remittitur.

l.Ad perſonas.15.

Couar.*c.quamuis,col.*2.*folio* 7.

l.ſi patronus.16.

Coniunge *l.patronus,De re iud.cum aliis.*

l.Iuſiurandum.17.

An iuramentum ſit modus inducendæ obligationis,vide Bar.*hic*,& Alex.*conſ* 37.*lib.*2.

§.Pupillus.1.

An qui non poteſt alienare, iuramentum non poſſit deferre,vide Bar.hic.

§.Procurator.3.

Concordat gloſſa ſuper verbo ſpeciali *in c.nonnulli,§.cum autem,extra de iureiur.*

l.Aliàs autem.18.

Duaren *lib.*1.*diſput.vniuerſ.c.*2. Ioan. Rob. *lib.*3.*ſent.iur.c.*2.Cuia *lib.*5.*obſ.c* 33.

l.Si itaque.19.

An valeat quod procurator facit extra mandatum,Bald.hic.

l.Quidam de peculio.22.

Cuiacius Bald.*lib.*8 *obſ.cap.*11.

l.Si ſeruus.23.

Congruit hæc lex cum *l.ſeruus.*20.*ſup.h.t.*

l.Multo magis.24.

Vulgo hæc lex incipit *quanto magis.*

l.Qui iuraſſe.26.

Cuiac.*lib.*1 *obſer.ca.*21.Guterius *parte* 1.*reſolut.cap.*13 *numer.*15.

§.Si pater.1.

Iuramentum patris ſuper obligatione,an & quando proſit filio Bart.hic.

Digitized by Google

§. Iuriſiurandi. 2.

An iuramentum tollat naturalem obligationem, an habeat vim nouationis, vel fictæ ſolutionis, vide Bar. hic.

l. Iuſiurandum. 27.

Vide *l. iuſiurandum. §. 1. de verb. ſignif.*

l. In duobus. 28.

Repetitionum. 2. *fol.* 214. *num.* 47.

§. Quod reus. 1.

Iuramentum delatum ab vno ex reis debendi, an noceat alteri, Bart. hic.

§. Exceptio. 4.

Iuramenti exceptio vtrum mutatione actionis ceſſet, vide Gloſſam hic.

§. Si quis iurauerit. 5.

Nota hic quod ſpecie remota non remouetur genus.

§. Colonus. 6.

Tenetur quis proponere actionem quandoque, quia cum ex vna cauſa plures actiones oriuntur non ſufficit cauſam proponere ſimpliciter.

§. Quæ iurauit. 7.

Vxor an & quando furti & rerum amotarum actione teneri poſſit, vide Gloſſam hic.

§. Igitur ſi quis. 8.

Iuramentum vnius quando proſit alteri vel noceat, notat Bart. hic.

§. Item Pomponius. 9.

Ratio huius §. optime explicatur hic in Gloſſa.

§. Item cum. 10.

An iuramento poſteriori ſtetur, vide Bartol. hic.

l. Eum qui. 30.

Alexand. *conſ.* 29. *vol.* 3. *&* *conſil.* 100. Felin. *in cap. de hoc, de Simonia.* Barb. *conſi.* 51. 1. *col. volum.* 2.

§. Si iurauero. 1.

An & quando res quæ non eſt iuramento deberi poſſit, Bart hic.

§. Si mulier. 2.

Vide Socinum, *regul.* 366. *incip. ſententia lata.*

§. In popularibus. 3.

Vide ad iſtum textum *cap. lator. de re iud.* *&* *in Rubr. de ſponſ. in fi.* Rom. *conſ.* 213.

§. Si libertus. 4.

An iuramentum habeatur pro veritate, Bartol. hic.

§. Si iurauero. 5.

Bald. *in cap. dudum. 2. de electiom.*

l. Admonendi. 31.

Scripſit in hanc legem Corraſius *tom. 1.* Duaren. *lib. 2. diſput anniuer. cap.* 33. Guterius *parte 3. reſolut. cap. 6. &* *numer.* 10. nonnulla de materia hac Menoch. *de arbit. iudic. libro 2. caſ.* 193.

¶ Ad ibi dicta per Bart. *in 2. col. in fin. verſ. venio ad ſecundam.* vide Soz. *in regul.* 163. Et ad verſ. ſolent cum materia, vide eundem *in regul.* 204. ad materiam iſtius l. vide Alexand. *conſ.* 32. *vol.* 1. *incipit. viſo puncto.* Repet. 2. *fol.* 216. *nu.* 18. *&* 13 *Extat Ludouici Pontani in hanc legem repetitio. Curt. Senioris & Ludouici Schinderi.

l. Iuriſiurandi. 32.

An tutor poſſit compromittere cauſam pupilli in arbitratorem cum poteſtate iudicandi de iure & de facto, vide Angel. *in l. Imperatore, infra de pact.*

l. Qui per ſalutem. 33.

Si non eſt legitimè iuratum, iterum iurandum eſt. Paul. de Caſt. *ſing.* 1. 6. Caſſ. *ad deciſ. 2. de iud.* Tiraquell. *de ll. connub. gl ſ. nu.* 26. *&* *gloſ. 7. num.* 108. Item add Iaſ. *ad l. . numer.* 10. *D. de lib. & poſthum.* vbi allegat hanc legẽ quod requiſitum pro forma non ſufficit per æquipollẽs ſeruari, in qua materia Pariſ. *cõſ.* 41. *nu.* 15. *lib.* 4 latiſſimè Felin. *ad ca. ad aures. numer.* 12. *&* 13. *de reſcript. & ad c. ſedes. col.* 8. *conclu.* 216 *intellige* 2 *eod. tit.* Socin. Iun. *conſ.* 57. *nu.* 14. *& ſequen. lib.* 2.

l. Iuſiurandum. 34.

Exceptio per quæ verba opponi poſſit, vide *l. ſi debitor. D de petit. hæred.*

§. Defenſor. 1.

An deffenſor municipij æquiparetur tutori, an procuratori, vide Bart. hic & Alexã. *conſ.* 22. *in vlt. col. in* 1. *vol.*

§. Pupillo. 2.

Pupillo non defertur iuſiurandum.

§. Procurator. 3.

Iurare *non compelli*, delendam eſſe negationem ex authoritate, Baſil. quidam exiſtimant.

§. Qui iuſiurandum. 4.

Cuiac. *lib. 2. obſ.* 37.

§. Si de qualitate. 5.

Diſcordia inter pares diſcernitur arbitrio iudicis, vide Iaſon. *in l. 1. in 3. not. de iud.* Feli. *in cap. cum te. de re iud.*

§. Ait prætor. 6.

Menoch. *de arbit. iud. caſ.* 185.

§. Non

Digitized by Google

§. Non ſemper. 8.

Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. caſ.* 189.* Anton. Faber. *lib.* 16. *coniect. cap.* 12.

§ Cum res. 9.

Bald. & Ange. *in l. ſi reus paratus, ſupra de procurat.*

l. Tutor pupilli. 35.

Vide Dec. *cap. 3. col. 4. extra de probat.* Iaſ. *in repet. huius legis.* Dec. *in l. ſi certū petatur, in prin.*

§. Prodigus. 1.

Quoniam prodigo rerum ſuarum adminiſtratio non competit, ideo ſi deferat iuſiurandum audiendus non eſt.

§. Qui non. 2.

Iurare quis non cogitur vbi non poteſt conueniri.

l. ſi actor. 36.

Iuramentum ad quid reſtringatur, vide D. Gothof. hic.

l. ſi non fuerit. 37.

Paul. 2. *ſent. tit.* 1. §. 2.

l. Manifeſtæ. 38.

Vide ad eius intellectum quod dicit Iaſ. *in l. admonendi. in 32. coll. in fin. cum ſeq. eod. tit.* vide Soc. *in regu.* 205. Hip. Marſ. *ſing.* 83. *nu.* 1. & 6. *folio* 660.

A paucis & rectè & ſanè intellecta, & de ipſius intellectu. Hip. Marſ. *dicto ſingulari.*

Si cui deferatur iuramentum, & voluerit nec iurare nec deferre, habetur pro cōfeſſo, quod intellige procedere, quando actor haberet aliquam iuris præſumptionem pro ſe, vel aliquid ſemiplenè probatum, Marſ. *ſing.* 83. v. Iaſ. *ad l. admonendi, num.* 72. & 73. D. *de iureiur. in 2 lect.* & ibi Rip. *nu.* 65. & alij, & *in l. iuſiurandum, §. procurator. num.* 18. D. *eod. t.* latius per Socin. *regu.* 205. *iuramentum.* Dec. *ad c. ſicut, de probat. in* 283. *col.* poſt Specu. *vt* ibi, fallit in caſu *l. fi. C. de fideicom.* vbi hæres eſt obligatus iurare vel ſoluere, nec poteſt ibi dicere nolo iurare, ſed iures tu. Adde quod communis eſt, quod hæc lex locum habeat etiam in actore nihil probante, Crauet. *conſ.* 207. *n.* 4. & affirmat Decius *d. cap. 2 de probat.* Boer. *deciſ.* 95. *nu.* 5. & 6. Limita tamen hanc communem quando actor aſſumpſit & tentauit probare, & nihil probauit, quia tunc nō habet locum iſtā lex Boer. *d. deciſ. nu.* 6. Rim. *quib. alien. licet vel non.* 6. 1. *n.* 109. Claud. Cant. *ad §. fi. Inſt. de fideicom.* Balb. *deciſ.* 29. Stephan. Forcat *in necyomon d. al.* 54. *nu.* 4. an iſte textus ſit hodie correctus, Iaſo. *ad §. ſi quis poſtulanse, num.* 83. *Inſt. de action.*

l. ſi quis cum. 39.

An pœnitere liceat in contractibus innominatis ſub modo factis, vide Bar. Ang. Fulg. *in l. ab emptione, ſupra de pactis.*

l. Iuſiurandum. 40.

Iuſiurandum præſtitum ſuper principali extenditur ad acceſſoria, vt notat Bald. hic.

l. Labeo. 41.

Ræuard. *lib. 5. varior. cap.* 2.

l. Creditore. 42.

Iuramentum debitoris an & quando proſit fideiuſſori, & an iurari poſſit ſuper iure Bart. hic.

§. Si fideiuſſor. 1.

Auguſtin. *lib. 4. emend. cap.* 17. Hotom. *lib* 4 *obſ. cap.* 15.

§. Sed etſi. 2.

Ant. Aug. *lib. 4 emend. cap.* 17.

Tit. 3. De in litem iurando.

In hunc titulū ſcripſit Baro *tom* 3 & Duarenus. & de in litem iurando ſcripſit Phannucius, & multa tradidit Ioan. Baptiſt. Plotus *in repetit. l. ſi quando, C. vnde vi.* multa, & Menoch. *de arbit. iud. caſ.* 207. & 208.

l. Rem in iudicio. 1.

Molinæus *de eo quod intereſt, num.* 191.

l. Siue noſtrum. 2.

An iuretur in litē cōtra eū qui eſt in dolo, an contra eum qui eſt in culpa, vide hic Bar.

l. Nummis. 3.

Corraſ. *lib. 6. miſcell. c.* 3 *n.* 3. & Bellon. *lib* 3. *ſupp. c.* 16. Duaren. *in comment. de in lit. iur nu* 5. Pet. Rebuf. *ad l. vn. C. de ſent. quæ pro eo. n.* 421. Beren. *ad d. l. vnicam, num* 119. & 124 Io. Plot. *in rep. l. ſi quando C. vnde vi, num* 417. & pluribus ſeq. Loriottus *de eo quod intereſt, num.* 23. Molinæus *de eo quod intereſt, num.* 47. & 98 *f.* 473. *num.* 421. repetitionum 8. & *fol.* 492. *nu.* 119. & 124. eadem repet.

l. Videamus. 4.

Repetitionum 8. *fol* 435. *num.* 16. *fol.* 440. *n.* 26 & *fol* 490. *num.* 98.

§. Deferre. 1.

In fine huius §. nota quod culpā iudex æſtimare debet, qua de re vide Doctores hic.

§. Iurans. 2.

Duarenus *d. loco n* 27 & Cuiac. *lib* 2 *obſ cap.* 12. Menoch. *d caſ* 207.* Antonius Faber *lib* 16. *coniect cap* 17.

§. Ex culpa. 4.

Hunc §. optime declarat Zaſius hic.

l. In actionibus.

Hanc legem expoſuerunt Curtius Iunior.

Digitized by Google

Bolognetus, Frãciſ. Duaren. & Corraſ. *tom.* 1. *pag.* 264. *& libro* 6. *miſcell. cap.* 4. Menoch. *de arbit. iud. libro* 1. *cap.* 3. *cum duob. ſeq.* *Antoni⁹ Faber proximè citato loco.

§. sed iudex. 1.

Nota hunc §. quod ad effectum iuriſiurandi.

§. sed in his. 3.

Culpa lata in criminalibus dolo non comparatur, qua de re vide Socin. *reg* 95. *dolum:*

l. Alias ſi. 6.

Ad quod allegetur hæc lex, vide Aret. in *D. de verb. oblig.* §. *locati.*

l. Vulgo. 7.

An dominus iuret in litẽ pręter hic dicta à Gloſſa vide Bart. hic.

l. Tutorem. 8.

Coniunge *l.* 48. *D. locati.*

l. Cum furti. 9.

Libitus *in uſu iudicis ſui, folio* 23. Menoch. *de arbit. iud. libro* 2. *caſ.* 47.

l. in inſtrumentis. 10.

Iuratur in litem contra non exhibentem inſtrumentum.

l. De periurio. 11.

Quid ſibi velit Paulus in hac lege optimè declarat hic l. Pac.

Tit. 4. De condictione cauſa data.

Raynald. Corſ. *libro* 1. *indagat. cap.* 26. Prateius *in verſ. cap.* 13.

l. si ob rem. 1.

An inſtitutus ſub conditione eam implendo videatur adire, vide hic Iaſon.

§. si parendi. 1.

Ad intellectum huius §. vide Zaſium hic.

l. sed etſi. 2.

Pro faciliori huius legis intellectu, vide notata à Bar. *in l.* 1. *C. h. t.*

l. Dedi tibi. 3.

Forcat. *dialog.* 94. *num.* 1. Cotta *in memorabilibus in voce pantominus.*

Ad eius limitationem vide Caſtr. *in ult. col.* & poſt eum Alex. & cæteros *in l.* 2. *in princ. ſi certum pet.* & ad rationẽ eius deciſionis, vide quæ dicit Dec. *in l. certi, in prin. in gloſſ. in verb. centum, ſi cer. pet.* & ad ibi dicta per Barto. vide Iaſ. *in l. qui Romæ.* §. *Flaccus, in* 2. *col. de verborũ oblig.*

§. idem erit. 1.

Loquitur hic § de cautione Mutiana, qua de re vide Bart. *in l. Mutiana, D. de condit. & demonſtrat.*

§. Quinimo. 4.

De dictione *Vltro* hic poſita vide Donatum in Terẽtio. *Cuia. *ad l. iuriſgentium, ff. de pact.*

§. si liber homo. 5.

Corraſius *in epiſt. quæſt. cap.* 12.

§. si quis quaſi. 6.

Filius an & quando patrem corrigere poſſit, declarat hoc loco Bart.

§. sed ſi ſeruus. 7.

Æquitas naturalis inſpicitur penes effectum.

§. Quanquam. 8.

Plurimum hunc textum commendat Bart. hic. *vide Antonium Fabrum. *lib.* 8. *Coniecturarum cap.* 7.

l. si quis accepto. 4.

Acceptilatio an in diem, an ſub conditione fieri poſſit, vide *l.* 5. *ſupra de acceptilat.*

l. si pecuniam. 5.

Facit Gloſſ. *in verbo aſſumatis. in cap. cum inter, extra de elect.*

§. si ſeruum. 1.

Non eſt hic inſiſtendum Gloſſæ quæ videtur reprehendere iuriſconſultum.

§. item ſi quis. 2.

Ant. Aug. *lib.* 2. *emend. cap.* 1.

l. sed ſi accepit. 3.

Hic §. optime explicatur à Zaſio hic quem vide.

l. si extraneus. 6.

Pro intellectu huius legis, vide *l.* 29. *D. ſolu. matrimon.*

§. Sed & ſi. 1.

Vide Prætum. 3. *de interp. vlt. volunt.* 3. *dubitat.* 1. *ſolut.* 11. *num.* 49.

l. Qui ſe. 7.

Zaſius *lib.* 2. *intellect. ſing. cap.* 12. *&* 29.

§. Fundus. 1.

Vſurarum & fructuum an & quæ differẽtia ſit, vide hic Gloſſam.

l. Quod ſeruius. 8.

Datum cauſa dotis non repetitur, donec matrimonium putetur ſubeſſe, vt ſpes ſit quod contrahatur poſt Iaſ. hic vide Alcia. *de præſump. reg.* 2. *præſump.* 16. Zucchar. *ad Rub. C. qui admitti. col.* 6. *in princ.* Decius *conſ.* 335. *viſo, num.* 3. Tiraq. *de ll. connu. glo.* 2. *num.* 19.

Vide Gloſſ. *in l. ſi pecuniam. & ibi Bart. & alios doct. eod. tit.*

l. ſi

Digitized by Google

l.ſi donaturus.9.

Dos an ſit Titulus lucratiuus, vide Campegium *de dote part.1.q.17.*

§.ſi quis indebitam.1.

Explicatur hic locus copioſe à Bart.hic.

l.ſi mulier.10.

Repetitionum 1.*fol.38.num.23.& ſ.q.*

l.ſi hæres.11.

Condicitur datum nudo miniſterio cauſa non ſequuta.

l.Cum quis.12.

Donatio mortis cauſa quibus actionibus reuocetur, vide Glo.*in l.1.C.de don.cau.mort.*

l.ſi filius.13.

Loquitur hæc lex de collatione, ideo ad eius intellectum, vide *l.3.§.vlt.D.de bonorum coll.*

l.ſi procuratori.14.

Pro faciliori huius legis intellectu coniungenda eſt, *l.ſi procurator, D.de cond.indeb.*

l.Cum ſeruus.15.

Vide Iaſ.*Inſt.de act.§.ex maleficio, in 1.not.*& ibi Gomeſ.*qui latius loquitur.*

l.Dedi tibi.16.

Cum quis promittit dare ſpeciem pro quãtitate, & ſic transferre dominium non eſt emptio, ſed contractus innominatus, quod tamẽ limita non procedere, quando eſſet conuentio de dando genere pro quantitate, cũ vt ſupra proximè diximus, in emptione generis teneatur quis etiam transferre dominium, vt per Bart.*ad l.2.in ſi princ. num.7.D.ſi cert.pet.* Adde Afflict.*deciſ.*108.Corraſ.*libro 2. miſcel.cap.9.*Zaſius *in 2.parte antin.diſſol.coll.2.* Fortun.Garſ.*ad l.iuriſgentium, in princ. nu.17. D.de pactis.*Bart.*ad l.1.in 2.col.D. de donat.*Iaſo *ad §.ſic itaque, num.12.Inſt.de donat.*Alciat. *lib.1.de eo quod intereſt.* Molin. *in labyrintho de diuiduis & indiuiduis. in prin.num.22.* Forcat. *dialog.49.num.2.* * Cuiac.*ad l.iuriſgentium* D. *de pact.4.*

Titul.5.De condictione ob turpem cauſam.

Raynald.Corſus *libro 1.indagat.cap.26.*

l.Omne.1.

Pignora data ob turpem cauſam quando poſſint repeti, vide hic Bart.

§.Ob rem 1.

De dictione *igitur*, vide hic Gloſſam.

l.Vtputa.2.

Turpiter facit qui fecit aliquem redimere.

§.Sed ſi dedi.2.

An ſententia abſolutoria tollat obligationem naturalem vel ciuilem optimè Iaſ.hic.

l.Fideicommiſſum.62.

Ioan.Robert.*lib.1.ſent.iur.cap.7.*

l.Si quod.64.

Repetitionum *1.f.61.num.1.*

l.in ſumma 65.

Vide Bart. *in l. ſtipulationes, in oppoſ. & ibi Doct. ff.de verb.oblig.*

§.Et quidem.1.

Molinæus *de diuiduis & indiuiduis, parte 2. num.10.*

§.Id quoque.2.

Henric.à Suer.*libr.repet.iur.ciuil.lect.ca.44. pag.160.*

§.In frumento.6.

Zaſius *2.reſponſor.*

§.Et ſic habitatione.7.

Vide *D.Gothof.hic.*

l.Hæc condictio.66.

Ioan.Rob.*lib.1.,en .iur.cap.8.*

l.Stichus 67.

Vide Iaſ.*in l.qui Romæ, §.duo, in 13.col.verſic.idem, num.5. ff. de verb.oblig.*

§.Tutor creditori.1.

Hotom.*libr.5 i ſ.cap.24.*

§.Titius cum.2.

Inſtrumentum ſolutionis apud quem eſſe debeat Gloſſa hic.

§.Idem quæſiit.3.

Couarruu.*lib.2.reſolut.variar.cap.4.* Auguſtin.*lib 4.emend.cap.12.f.297.num.106.Repetitionum 7.*

§.Lucius Titius.4.

Marſ.*ſing.48.*

Tit.7. De condictione ſine cauſa.

Vide quæ notat hic D.Gothof.

l.Eſt & hæc.1.

Loriottus *de pact.axiom.39.*

§.Siue ab initio.2.

Initio quid fiat ſiue poſt nihil intereſt.

§.Conſtat.3.

Plin.*libr 35.*

l.Si fullo.2.

Cuiacius *11.obſ.* Senec.*epiſt.15.*

l.Nihil refert.4.

Cuiacius *8.ad Affrican.*

l.Auunculo.5.

Ant.Aug.*lib.4.emend.cap.8.*

Digitized by Google

l.ſi obligatio.1.

Bellon.*libro* 1.*ſupput.cap.* 11. Repetitionũ 2. *folio* 414.*numero* 51.*In hanc legẽ extant Ludolphi Schraderi commentaria Imp. in 8o. 1596.

Tit.3. De condictione triticaria.

Omnino vide Cuiac. *in paratit.*hic Molin. *in tract.de contract.vſur.q.*62.*num* 99.

Qui certam.1.

Alciat.*lib.* 2 *pareg.c.vlt.*Ad vnum,quod ibi videtur velle Caſtr.quod poſſeſſio ſit incerta,vide Bart.*in l.qui exempt.*§.*ſi pars,de cõdict. indeb.*

§.Rem autẽm.1.

Condicere rem ſuam quando quis poſſit, vide hic Bart.

l.In actione.3.

Alcia.*libro* 2.*diſpunct.cap.*11.Repetitionum 8.*folio* 447.*numero* 62.*Antonius Faber.*li.*16. *coniectur.cap.*3.

Tit. 4.De eo quo certo loco.

An id quod certo loco debetur alio loco peti poſſit,vide hic D.Gothof.

l.Alio loco.1.

Vide Theoph.*in* §.*plus autem.Inſti.de actio.*

l.Arbitraria.2.

In hac actione habetur ratio intereſſe actoris & rei vide per Gloſſ.& Bald.*in l.*1.*Cod. eodem tit.*

§.Si quis Epheſi.2.

Creditor non poteſt debitori auferre vtilitatem loci.

§.Scæuola.3.

Ant.Aug.*libro* 1.*emend.cap.*9.

§.Si quis ita.4.

Alciatus *libro* 2.*pareg.c.*49.

§.Si quis inſulam.5.

Incertitudo loci vitiat relictum niſi in piis cauſis.

§.Idem Iulianus.7.

Angel.*in l.ſi marito.*§.*fin.*ſ.*ſoluto matrim.*

§.Nunc de.8.

Briſſon.*libro* 3.*ſelect.cap.*1.

l.Ideo in.3.

Repetitionum 8.*folio* 499.*numero* 196.*Ex hac lege modum articulandi circa valorem rerum colligunt Baldus.

l.Quod ſi.4.

Curtius Brugenſ.*lib.*2.*eluer.ad fratrem c.*9.

§.Interdum.1.

An arbitrator poſſit in totum condemnare,aut in totum abſoluere,vide Bart.*in l.furti.*§.*qui iuſſu*, D.*de his qui not. infa.* *Antonius Faber,*lib.*15.*coniectur.cap.*2.

l.Aut mutuæ.6.

In vulgatis eſt,*l.aut ſi mutua.*

l.In bonæ fidei.7.

Actiones bonæ fidei non dicuntur arbitrariæ propter locũ: ſed actio ſtricti iuris ſic Iac.Nig.*ad rub.*D.*de ver. obli.nu.*155. Matheſ. *ſing.*46.Fab.de Monte *intract.de emp.& vend.* 5.*q.princ.num.*55.*fol.*482. *num.*55.*tractuũ* 5.*fol.* 6.*num.*135.*Repetitionum* 6.

l.Centum.8.

Corraſius *libro* 2.*miſc.ca.*13.Labittus *in vſu indicis ſui folio* 21.*cum ſeq.*

l.Is qui certo.9.

Vide Socin.*in l.qui Romæ.in princ.in* 3.*col.nu.* 6 *ff.de verb.obl.*

l.ſi poſt.10.

In hanc legem Duaren.*libro* 2.*diſput.cap.*11. Martreſius *in l.veteribus ſupra de pact. folio* 38. *cum ſeq.*

Tit.5. De conſtituta pecunia

l.Si poſt.10.

Oldendor.*claſ.*4.*act.*8.*in princ.** Paulus *lib.* 2.*ſent.tit.*2.

l.Hoc edicto.1.

Vide Iaſ.§.*omnis,Inſt.de action.in gl. in verb. nullo.*

§.Ait prætor.1.

Hotom.*libro obſ.cap.*3.

§.De pupillo.2.

An & quomodo pupillus obligetur, vide hic Gloſſam.

Eum qui.4.

Bald.Nouel.*ad l.*1.§.*ſi quis ita,D.de verb.obl. num.*28.vbi Iacob.Nig.*num.*79.Fortu.Garzi. *ad l.leg.D.de pactis,num.*50.Forcat.*in Necyom. iur.dial.*5.*numero* 6.Loriot.*de pact.axiom.*147. *fol.*396.*nu.*50.*Repet.*1.*fol.*114.*num.*28.*Repetitionum* 6.*fol.*184.*nu.*97.*Repetitionum* 6.* Iaſ. *in* §.*in perſonam in vltimo notabili in fine. Inſt.de actionib.*

Digitized by Google

§.Debitum.7.

Legata an & quomodo debeantur, vide hic Zaſium.* Cuiac. ad *l. iuriſgentium. ff. de pact.*

§.ſed & is.8.

Cuiacius 11. *obſ.* 17.

l.Quod ſi filij.2.

Vide Aret. & poſt eum Soz. in. *in l.1. in prin. in 1. not. D. de verborũ oblig.* Ruin. *in princ. & plenius in 17. lectura.*

l.Quod ſi maritus.3.

Vide pro declaratione Alex. poſt Imol. *in l. non tantum de re iu.ti.*

§.ſi quis autem.1.

Repetitionum 1. *fol.* 419. *num.* 26.* Cuia. *ad l.1. ff. de pact.*

l.ſed etſi.4.

Vide Alex. *in l. vinum, in gl. mag. in princ. ſi certum pet.*

l.Eum qui.5.

Vide Iaſ. *inſt. de action. §. in perſona, in 2. col. in gloſſ. in verb. conſtituens.* qui videtur aliter illius §. literam legere, quàm communiter habetur. Et ego vidi Codicẽ antiquum manuſcriptum, cuius verba ſtant, vt legit Iaſ. ſed ſi quis conſtituerit alium, ſoluturum non pro ſe pro alio non tenetur.

§.Iulianus.1.

Cuiacius *libro* 13. *obſ. cap.* 17.

§.Quod exigimus.2.

Zaſius §.9. *Inſt. de actio.*

§.Iulianus quoque.3.

Conſtitutum aliis modis fieri poteſt quàm per verba conſtituo.

§.ſed ſi quis.4.

Fieri poteſt conſtitutum per verba de futuro.

§.Iulianus.6.

Felyn *in cap. 2. ext. de reſcriptis.*

§.item tutori.7.

An ſi procurator concipiat verba libelli in perſona domini valeat libellus, vide hic Bar.

§.ſi actori.9.

Quis dicatur qualis qualis ſeruus hic, vide D. Goth. hic.

§.ſeruo quoque.10.

Cuiacius *libro* 11. *obſ. cap.* 35.

l.ſed etſi.7.

Conſtitutum valet ſi & filiofamilias conſtituatur.

l.ſi vero.8.

An ſolui poſſit adiecto, vide hic Gloſſam.

l.idem eſt 10.

An conſtitutum per omnia ſit ſolutioni ſimile, tractat Gloſſa hic.

l.Hactenus.11.

An conſtituens debitum teneatur actione de conſtituta pecunia, vide hic D. Goth.

§.ſi quis.1.

Circa gloſſ. in verb. *tenetur,* vide Caſtren. reprobantem hanc gloſſ. *in l. iuriſgentium, §. ſed cum nulla, colum. 2. de pact.*

l.ſed etſi.12.

Vtile per inutile non vitiatur.

l.ſed ſi quis.13.

Conſtitutum plus debito, an valeat ſaltem vt donatio, vide Bald. *in rub. C. h. t.*

l.Qui autem.14.

Hunc textum allegat Bartolus *in l.1. in 3. q. D. de iuriſd. om. iud.*

§.ſi quis.1.

Bellon. *lib. 3. ſuppur. cap.* 13.

§.ſed etſi quis.2.

Paul. de Caſt. & Rom. *in l. ſtipulatio iſta, D. de verb. oblig.*

§.Conſtituere.3.

Vide Alex. *in l. quod quis, C. de probat.*

l.Et licet.15.

Hotom. *libro* 4. *obſ. cap.* 12.

l.ſi duo.16.

Vide *Nou.* 99. *cap.* 1.

§.ſed & certo.1.

Euerardus *in loco à nomine dignitatis.*

§.Ait prætor.2.

Repetitionum 1. *fo.* *lio* 448. *num.* 26.

§.Hæc autem.4.

Ioan. Robert. *libro* 2. *ſent. iur. c.* 18.

l.Sed etſi alia.7.

Vide Alex. *ad l. qui Romæ, §. 2. cohæredes, nu. 6. D. de verborũ oblig.* Iacob. de Nig. *ad l. ſi inſulam, D. de verb. obli. num.* 199. Ant. Rub. *in d. l. vinum. D. ſi cer. pet. numero* 179. *fol.* 92. *nu.* 176. *Repetitionum* 2.

l.Item illa verba.18.

Molinæus *in Labyrinth. de diuiduis & indiuid. pars. 3. num.* 161.

§.Quod adiicitur.1.

Hunc §. notat Bald. *in Rub. C. h. t.*

§.Et re autem eſt.2.

Hæc actio eſt rei perſecutoria & non pœnalis.

§.Vetus

Digitized by Google

§.Vetus fuit.3.

An & quomodo tollatur vetus actio tradit hic D.Gothof.

l.Id quod ſub.19.

Oldendorp.*claſ.4.act.8.nu.8.*

§.Si pater.2.

Impoſitionis tempus quando inſpiciatur Bart.hic.

l.Promiſſor.21.§.ſi ſine.1.

Quod dicatur modicum tempus, vide Glo. mag.*in clem.1. de reb.eccleſ.nõ alien.* ſuper verbo *modicum.* *Antonius Faber.*lib.15.Coniect. cap.4.& 5.*

l.ſi poſt.22.

Repetitionum 7.*fol.194.num.3.*

l. Promiſſor.23.

Vide Ozer. *Inſt.de inutil.ſtipul.in princ.ſuper gloſſ.in verb.credebatur.Ad §.1.vide quæ remiſſiue dicit Aret.*

l.Titius ſeio.24.

Epiſtola quãdo inducat obligationem vel inductam probet, vide hic Bar.

l.Quidam ad 26.

Vide Ozer. *Inſt.de obligat.coll.7.num.45.*

l.Qui iniuriarum.29.

Hunc textum notat Bald. *in l.1.C.ex delict. defunct.*

l.ſi quis duobus.30.

Cuiac.*lib.13.obſ.cap* 20.* in fine.

l.Lucius Titius.31.

Duaren.*lib.1.diſput.cap.45.*

Tit.6.Commodati,* vel contra.

Paulus 2.*ſent.tit.4.*

l.Ait prætor.1.

Gilbertus Norſorenus *lib.1. ἐναντιοφ. cap.2.*

§.Huius edicti.1.

Facit Gloſſa *in verbo conſiſtit, in cap.1.extra eod.tit.** Vide Albericum hic.

§.impuberes.2.

Contractus ſi ab initio non tenet ratione inhabilitatis perſonę nũquam confirmatur, vide *l.ſi vſuſſructus,ſ.de ſtip.ſer.*

l.ſed mihi.3.

Locupletari cum alterius iactura etiam pupillus non debet.

§.ſi reddita.1.

Nota hic quod actiones bonæ fidei non extinguuntur re deteriore reſtituta aduerſus debitorem,quia de damno conueniri poteſt, vt hac lege.

§.in hac actione.2.

Repetitionum 2.*fol.63.num.42.& 46.** Quę ſit vera huius loci interpretatio,declarat Anton. Fab.*lib.17.Coniect.cap.3.* Hotom.5.*obſ.15.*

§.Hæres eius.3.

Vacon.*declar.191.*Alciat.*ad l.4.§.Cato.D.de verb.oblig.num.*81 *vſque ad* 88 vbi Hiero.Bottigel.*num.*87.Ang.*num.*12 Lancel.Gal.*nu* 33. Horman.*nu.*189 *&* 223 *& ſeq.* Socin.Iun.*nu.* 89.111.*&* 113.Molin.*in labyrinth.de diuiduis & indiuid.part.2 nu.*232.233 *&* 237.*& part.3. nu.* 230.*cum ſeq fol.*302 *num* 18*.& nu.ſeq.&* 223. *&* 225. *&* 228. *Repetitionum 6 fol.*263. *numer.*12. R*epetitionum* 87.*Repet.*6. *& fol.*272.*num.*33.*eadem repetitione.*

¶ Ad eius intelligentiam vide Doctor. *in l. ſtipulationes non, n* 8.*oppoſ. Bart.de verb.oblg.*& Socin.*in l.4 §.Cato,in* *collat.de verb.obliga.*& ibi per alios omnes 2.oppoſ.Bar.& etiam ſuper 2.aliquid. & vide ibi Ruin. vbi ponit vnum verbum ad declarationem iſtius text.*in* 15.*chart.coll.2.*

¶ Et ad intellectum §.in hac ea l.vide glo. mag.*in l.vinũ, D.ſi cer.pe* .& ibi Doct.omnes. Et ad § hæres,vide Iaſ in Rubric.*ſi cert.pet.in* 1.*chart.*Ad gloſſ.1.illi⁹ l.vide Aret.*Inſt.de autho.tut.2.coll.*Ad §.ſi reddita.vide Bart.*in l.ſtipulationes non,6.quæſt. de verb.oblig.fol.*527.*nu.* 89.*& num.ſeq.&* 111 *&* 113.*Repetitionum.6.*

l.ſæpe etiam.4.

Duaren.*lib.1. diſput.c* 47.Alciat.*lib.4.diſpũc. c.*15.Corr. *lib.4.miſcellan.c.*8.Forcat.*dial.7.nu.* 5.Cuia.*lib.5.obſ.c.33.** *& lib.*10.*obſ*37.Couarr. *lib.4.variar.reſolut.c.* 8. Turneb.*lib.11.aduerſ. cap.*20.Sigonius *in annotat. Liuianis.* *Auguſtinus *lib.2. emend. cap.2.* Petrus Pithœus 2. *aduerſ.*8.

l.ſi vt certo.5.§.ſi quis hac.1.

An litis æſtimatio ſit ſimilis emptioni, vide *l.litis æſtimatio.ſ.pro emp.*

§.Nunc videndum.2.

Concordat. *cap.2.cum gloſſa 2.in princ.extra depoſ.**Bartolus hic.

§.Etſi fortè.3.

Bald.*in l.1.num.9.C.commod.*

§.Quod vero.4.

Paulus 2.*ſent.4.§.2.*

§.Cuſtodiam.5.

Vide Innoc.*in cap.nuper.ext.de ſent.excom.*

§.ſed an etiam.6.

Fugitiuus an & quando in dubio debitor vel alius non præſumatur, vide hic gloſſam.

§.ſed interdum.7.

Vide Gloſſam *in cap.1.extr.hoc eod.tit.*

Digitized by Google

§.Quinimò.8.

Prateius *ſent.cap.*13.

§.Vſque adeò.9.

Forcat.*auiarÿ cap.6.* *Pullus an cenſeatur venditus equa vendita, vide hic Albericum.

§.Interdum planè.10.

Bart.*in l.pen.*§.1.*D.ſol.matr.*

§.Nunc videndum 11.

Qua actione agendum ſit, quando res mea eſt per te pignorata.*declaratur hic.

§ si me rogaueris.13.

Ant.Aug.*libro 3.emend.cap.6.*

§.si de me petiiſſes.14.

An per appoſitionem cuſtodis videatur remiſſa cuſtodia, vide Bald.*in l.ex diut*, *Cod. locati.* & ibi etiam an dominus teneatur ex mala cuſtodia.

§.si duobus.15.

Domini in ſolidum plures eiuſdem rei, vel iuris eſſe non poſſunt, vt hic & *l.3.§.ex contrario,D.de acquir.poſſeſ.*adde Socin. *vbi ponit* 8.*limit.in reg.99.domini*, vide Vacon.*declar.*72. tãgunt doctor.ad *l.4.§.Cato* , D.*de ver.ol l.*vbi Socin.Iun.*n.*51.nouiſſimè Ari.Pinel.*in repet. ad l.1.Co. de bonis mater. 3.part.num.*10.*& ſeq. folio* 307.Molinæus *in labyrintho de diuid & in diuid.part.3.numero* 190.208.216.Ioã.Robert. *libro 3.ſent.iur.cap.*8.Martreſius *in notis cap.23. folio* 307 *numero* 10.*cum ſeq.*

l.Vel alterutro.6.

Molinæus *d.par.3.num.*162. *Accurſius hic.

l.Vnde quæritur.7.

Martreſius *in not.c.*24.vide Ioan.de Platea, *Inſt.de teſtam.*§.*legatarius.*

§.sed ſi legis.1.

Nemo id præſtare cogitur quod præuidere non potuit. *Vide hic Iacob.de Arena.

l.Rei commodatæ.8.

Nota in hac lege quæ ſit differentia commodati & mutui.*Seneca epiſt.63.

l.Eum qui.10.

An redditum videatur quod deterius eſt redditum, vide Gloſſam hic.

§.Si rem.1.

Vide Bart.*in l.cum proponas*,*C.de dolo.*

l.Qui non.11.

Mala electio culpæ tribuitur.

l.Si mei cauſa.12.

Gilbertus Regius *libro 2. enantioph. cap.*20.

l.Is qui.13. §.Si quem.1.

An furtum faciat qui re commodata ſciẽs vtitur ad alium vſum contra domini voluntatem, vide hic Gloſſam.

l.Si ſeruus.14.

Cuiacius *libro 17.obſ.cap.*12. *Dynus *in cap. Nullus extr.de regu.iur.*

l.Commodare.15.

Bart.*conſ.1.volum.1.& in l.iudex.D.de minoribus.*

l.In commodato.17.

Dolus futurus remitti non poteſt , vide Gloſſam *in l.ſi vnum,§.3.ſupra de pactis.*

§.Contraria.1.

An & ex quibus contractibus ſoriantur tam directæ quàm contrariæ actiones , vide hic Bart.

§.Si ex facto.2.

Bald.*in l.curatoris,C.de neg.geſt.*

§.Sicut autem.3.

Gilbertus Regius *libro 1.enantioph.cap* 2.

§.Duabus.4.

Vide Alex.*in l.ſi mihi & tibi, D.de leg.*1.

§.Rem commodatam.5.

In alternatiuis cuius ſit electio , notat Bart.hic.

l.In rebus.18.

Piratarum. De Piratis *Seneca 4.declam.cap.* 4.Cicero *5.off.*

§.Poſſunt.2.

Vide Bart.*in l.diuortio,§.impendia*, D.*ſoluto matrimonio.*

§.item qui.3.

An vitioſam rem reddens teneatur ad intereſſe, vide Bald.*in l.1.C.de ſent.quæ pro eo.*

§.Quod autem.4.

Vide *cap.dilectus,ext.de ord.cogn.* * Oldendorp.*claſ.4.actio.*15.

l.Ad eos qui.19.

Conductor, ſiue commodatarius an teneatur de damno dato à tertio , vide hic Barto. & Gloſſam.

l.Argentum.20.

Si res culpa nuntij perdatur, perit periculo domini, ſi remittens non fuit in culpa malæ electionis, adde Dec. *ad cap.ſignificauit.nu.9.vſque ad fin.extr.de appel.*Cagnol.*ad l.contractus.numero.32. D.de regu.iur.*vide aliqua circa hanc legem per Petrum de duobus fratribus. *in 38.q.8.*

l.Rem mihi.21.

Cuiacius 8.*ad Affrican.*

§.In exe-

Digitized by Google

§.in exercitu.1.

Contubernalibus. De contuburnio, vide Veget.1.*de re mil.* Iſid.9.*orig.vlt.*

l.ſi ſeruus.22.

Paulus 2.*ſent.tit.*4.§.1.

l.ſi commodauero.23.

Harmenop.*libro 6.tit.*14.

Tit.7. De pigneratitia actione.*vel contra.

Paulus 2.*ſent.tit.*5.

l.Pignus.1.

Ad gloſ.ibi, in verb.*tradit*, & quod ibi per Iaſ.*Inſt.de action.§.item in præmiſſis.*

§.ſi igitur.1.

Quæ ſit differentia inter pignus prætorium & conuentionale, vide hic Bart. *Paulus *lib.*5.*ſentent.tit.*25.§.4.

§.ſi quis tamen.2.

Simon.de Prateis 3.*de interp.dub.*2.*ſolut.*4.

l.ſi debitor.2.

Aliena res an poſſit obligari, notat Bartol. hic.

l.ſi quaſi.3.

An & quando emptor dicatur fidem habere de pretio, vide hic Bart.

l.ſi conuenerit.4.

Menoch *de arbit.iud. caſ.*210. vide Aret.*Inſt. quib.alien.lic.in* 1.*col.*§.1.*in fin.* hanc limita, vt per Alex. *in l.deducta,in §.nummis,circa fi.*D. *ad Trebell.fol.*205.*num.*13. *Repetitionum* 5.

l.idque iuris.5.

Ad hanc legem, vide Roman.*conſ.*44.

l.Quamuis.6.

Paul.2.*ſent.*5.§. 1. *&* *tit.*13.§.5. * Antonius Faber.*lib.*7.*Coniecturarum cap.*16.

§.ſi creditor.1.

Vſuræ veniunt poſt moram in actione pigneratitia.

l.ſi neceſſarias.8.

An & quæ dicantur neceſſariæ impenſæ vide hic Gloſſam.

§.ſi annua.3.

Couarr.*lib.*1.*variar.reſol.cap.*13.

§.De vendendo.4.

Conditio adimpleta an tranſeat ad hæredes remiſſiuè, Bar.hic.

§.Cum pignus.5.

Cuiac.*lib.*5.*obſ.cap.*27.

§.ſi rem alienam.9.

Ad gloſſ.*l.cum res,Cod.ſi alien.res pignor.data ſit*, Deciſ. 40.*poſt numer.*2.*fol.*92.*deciſionum Afflicti.*

§.Non tantum.1.

Res hypothecæ dari poteſt pro quacunque obligatione.

§.Propriè.2.

Vide Vallam *lib.*6.*Elegantiar.*

§.Omnis pecunia.3.

Neguſant. *tract.de pignor.parte* 5.*memb.*3 *par.* 3.*num.*4.

§.Qui ante.5.

Repetitionum 6.*fol.* 444. *nu.*319.

l.Solutum non.11.

Repetitionum 1.*folio* 388.*numero* 20.

§.Si quaſi.2.

Robert. *recep. lect. cap.*27. Cuiac. 19.*obſ.*27.

§.Si in ſortem.3.

Cuiac.*lib.*5.*obſ.c.*28.*&* *lib.* 15.*c.*12. *Harmenopulus *lib.*3.*tit.*5.§.14.

§.Si creditori.4.

Robertus 1.*animad.*25. Anton.Mercat.2.*notar.*26.*Harmenopulus *ſupra dicto loco* §.7.

§.Solutam.5.

Gilbertus Regius *lib.*2. *enarr.c.*20. Io.Robert.*lib.*1.*recep.iur.ciuil.lect.cap.*27. Vitalis *lib.* 2.*variar.lect.cap.*18. Si domum tibi à domino locatam, tu mihi relocaſti quod iure permittitur certa mercede, qua ex cauſa friuola & vaſa, quæcunque mea in eam domum induxi, intuli, importaui tacitè mercedis nomine, non tantum tibi locatori meo, ſed etiam locatori tuo pignorata ſunt, vt oſtenditur in fine huius §.& ideo ſi locatori tuo, mercedem ſoluero nō tibi rectè ſolui, quia friuola mea ei quoque pignorata erāt, atque ita iuſta mihi fuit cauſa ei ſoluendi. *Romanus *ſingular.* 552.

§.Per liberam.6.

Ioan.Robert. *lib.*2.*ſent.iur.cap.*1. Cuiac. *ad tit.**Inſt per quas perſon.nobis adquir.*

l.Vel vniuerſorum.12.

Ornat. ſub *num.*7 *folio* 113. Cagn.*de reg.iur.*

l.Si cum venderet.13.

Coruarr. *libro* 3 *reſolut. cap.*8.*pag.*829 *nu.*3. *fol.*514. *num.* 41. *&* *numer. ſeq. repetitionum* 7.

*De ſpecie & ſententia huius legis, conſule Antonium Fabrum in libro de erroribus pragmat.*decad.*22.*cap.*9.

§.Venit autem 1.

In hunc §.Cuiac.19.*obſ.*24.

Digitized by Google

l.Creditor.15.

Inquiſitio an hodie ſit neceſſaria, vide D. Gothof.

l.Tutor.16.

Pignus quemadmodum & qua ex cauſa poſſit dari, collige ex hac Gloſſ.

§.Etiam vectigale.2.

*Fol.*470. Arius Pinellus, *C. de bonis matern.*

l.Sanè.17.

De lectione huius loci, vide hic Gloſſam.

l.ſi conuenerit.18.

Rem mihi pignoratam, alij pignorare poſſum.

§.Seruus rem.4.

Pignori an & quatenus dari poſſit is, qui liberam rei adminiſtrationem habet.

l.Aliena.20.

Aret. *in l.2.in 3.col.in verſ.3. principaliter, D. de duobus reis.*

§.Si pluribus.1.

Res an pluribus obligata, & in dominio plurium eſſe poſſit, vide Bar. hic.

l.Domo.21.

Area eſt pars domus, & domus pars areæ.

l.ſi pignori.22.

Corraſ. *lib.6.miſcel.cap.7.* Bellon. *lib.2.ſupp. cap.14.* Vitalis *lib.2.variar.lect.c.17.*

§.idem Papinianus.1.

Hotom. *lib.5.obſ.c.23.*

§.ſi prædo.2.

*Antonius Faber *lib.7. coniecturarum c.19.*

§.Si creditor.4.

Culpam admittere quis non videatur, vide hic Gloſ.

l.Eleganter.24.

Briſſon. *libr.4.ſelect.cap 9.*

§.Qui reprobos.1.

Pilæus *quaſt.5.& 35.*

§.ſi vendiderit.2.

Aug. *lib.1.emend.cap.1.* *Paulus *lib.2.ſenten. tit.13.§.1.*

§.In pignoratitia.3.

* Romanus *ſingulari.554.*

l.ſi ſeruos.25.

Paulus *2.ſent.13.§ 7.*

l.Non eſt mirum.26.

Grammat. *deciſ.51.*

§.Sciendum 1.

Ad intellectum huius §. vide Bartolus *in l.1.in princ.D.de acquir.poſſ.*

l.Petenti.27.

Vincent. Lirinenſ. aduerſus prophanas nouat.

l.Petenti.28.

Neguſ. *tract.de pignor.parte 7.memb.1.*

§.Si ſeruus.1.

Actio commodati datur contra dominum de peculio.

l.Si rem alienam.29.

Qualiter intelligatur quod res aliena nō poſſit pignorari, vide per Gloſſ.& Doct. *in l. cum res, C. ſi res pign.da.* *vide hic Albericum & Accurſium inter ſe diſcidentes.

l.Qui ratiario.30.

Cotta *in memorab.in voce Ratiarius.*

l.Si ſeruus.31.

Cuiacius *libro 8.ad Affrican.*

l.Cum debitore.32.

Nota hic quod plus eſt cautionis in rem quàm in perſonam.

l.Si pecuniam.33.

Alciatus *libr.2.diſpunct.cap.3.* Cuiac. *libro 3. obſ.cap.35.*

l.Titius cum.34.

Nicolaus Valla *tract.11.*

l.Cum & ſortis.35.

§.Pignus.1.

An dicatur creditor poſſidere pignus debitoris, vide hic Gloſſ.

l.ſi quis in.36.

Hæc lex pertinet potius ad Titulum de dolo.

§.Sed & ſi quis.1.

Ad hunc §. adde textum notabilem *in l. quem prædium, Cod. ſi res aliena.*

l.Pupillo.38.

Vt pupillus conueniri poſſit actione pigneratitia quid neceſſarium ſit, vide hic Bart.

l.Gaius.39.

Puluæus *de alienat.rei diſtract.cap.*10. Hotom. *libr.5.obſer.cap.13.*

l.Debitor.40.

Initio huius legis oſtenditur actionem pignoratitiam, quæ de reſtituenda poſſeſſione proponitur, debitori nō aliter dari, quàm ſi totum debitum ſoluat, vel offerat in iudicio, *vt in l.ſi rem,§.vlt.hoc t.* vel eo nomine creditori ſatisfaciat, *l.ſi rem.§.omnis,l.hæredes.§.idē obſeruatur, ſupra fam.ercij.* & hoc eſt quod dicitur

Digitized by Google

citur indiuiduam eſſe pignoris cauſam, *l. rem*, D. *de euiction.* quoniam nec parte maiore pecunia ſoluta, vllo modo vllave ex parte pignus liberatur, *l. 6. C. de diſtrac. pig.* vniuerſa pecunia ſoluta creditori, vel oblata, vt dixi, pignus liberatur.

§. Debitoris. 1.

Ait hoc loco Papinianus, patrono patris præterito, dari partis debitæ verecundiæ patronali id eſt, legitimæ patronalis bonorum poſſeſſionem contra tabulas in hęredē ſcriptum, quæ non daretur in filium hæredē ſcriptum, nec in filium exhæredatum reſcindentem teſtamentum, per querelam inofficioſi teſtamenti, §. *ſed noſtra*, I*nſt. de ſucceſſio. libertor.* Vnde nota hic exhæredationem auferre ius noménque hæredis & ius peculij.

§. Soluta 2.

Hoc reſponſo oſtenditur pignus quidem à creditore, alij creditori ſuo pignori obligari poſſe, id quod conſtat ex *l. gregem, §. pignori, infra de pignor. l. 1. ſi pignus pignori datum ſit.* ſed ſi debitor qui dedit pignus creditori, id eſt, ſuo creditori, ſoluerit omnem pecuniam, vtraq. obligatio pignoris perimitur, & creditor primus tenetur debitori pignoraticia actione, vt pignoris poſſeſſionem reſtituat tantum, non vt quicquam amplius præſtet.

l. Rem alienam. 41.

Alciat. *lib. 7. parer. c. 14.* Duaren. *lib. 2. diſput. c. 4.* Ioan. Robert. *recep. iur. ciuil. lect. lib. 2. cap. 1* Pulæus *dicto loco c. 26.* Martreſius *in notis ca. 35.* Io Aurpachus *lib. 1. epiſt. iurid. cap. 8.* *Connanus *lib. 2. comment. ca. 13.*

Pignoris perſecutio. Pignoris perſecutio nihil aliud eſt quàm actio hypothecaria quam appellant pignoraticiam, vt & alij ſępe eam ita nuncupant Cuiac. *lib. 19. obſ. cap. 26* *Hotoman. *lib. 5. obſ. 7.*

l. Locum purum. 43.

Alciat. *lib. 2 parerg. cap. 9.*

§. Titius. 1.

Cotta *in memoralib. in voce Culleus, & in voce Intertrimentum.*

LIBER XIIII.

Titulus primus.

De exercitoria actione.

HAc actione tenetur inſolidum exercitor nauis, ex contractu magiſtri eius rei nomine, in quā magiſter datus eſt. Exercitor autem nauis dicitur, is ad quem obuentiones & reditus omnes proueniunt, ſiue ſit dominus nauis, ſiue eam conduxerit, *l. 1. §. exercitorem h. t.*

l. Vtilitatem. 1.

Ad materiam huius legis, vide multa per Bald *in Rub. C. h. t.* *Harmenopulus *li. 2. Tit. 11. §. 7 & lib 6. Tit. 3. § 15.*

§. Magiſtrum. 1.

Magiſtrum quomodo hac in lege accipere debeamus, declarat hic iuriſconſultus. An magiſter obliget dominum, vide Pau. de Caſtr. & Bald. *in l. cauſa. §. 1. D. de procurat.* & Imol. *in ca. inter dilectos, ext. de fide inſtr.*

§. Magiſtri. 3.

Columella *libro 4. cap. 3.* Iſidor. *5. orig. 5.* Harmen. *2. tit. 11.* *Iſidor. *lib. 5. orig. tit.*

§. Cuius autem. 4.

An minor poſſit eſſe procurator ad negotia, faciunt leges hic citatæ ab Accur.

§. Magiſtrum. 5.

Relatiue Benuenut. *trac. de nau. naui. & nauig. num. 2. folio 139. deciſionum Capitij*

§. Nauem accipere. 6.

Cotta *in memorali in voce liberorum.* Aulus Gell. *libro 1. cap. 25.*

§. non autem ex. 7.

Pro intellectu huius §. vidi Bart. *in l. habeba. ff. de inſt.*

§. ſed etſi in pretiis. 10.

Creditor impropriè liberari creditur

§. igitur præpoſito. 12.

Afflict. *deciſ 82. dubitatur, numer. 9.* Aconit. *tract. de mercat. in tit. manda. nu. 25.*

Benuenut. *ſuper tit. manda. num. 25 deciſionū capitij.* Dec. 82. *n. 9 fol. 165. deciſionum Afflicti.*

*De lana 60. vide Pallad. *cap. 3. c. 5.* Iſidor. *lib 16. orig. cap. 27.* Briſſon *2. ſelect. cap. 16.* Ant. Auguſt. *lib. 4. emend. cap. 16*

§. ſi plures. 13.

Gellius *libro 10. cap. 25.* & Plin. *lib. cap. 25.*

§. ſed & ſi ſic. 14.

Cotta *in memorab. in voce legatus, & in voce Emphraſta,* Alciat. *libro 1. parerg. cap. 43.*

§. Exercitorem. 15.

Cuiacius *lib. 8. obſer. cap 9.*

*§ Parui autem. 16.

*Vide *l. 4. Cod. hac titulo.*

§. Eſt autem. 17.

Digitized by Google

Exercitor conueniri poteſt ex contractu ſuo.

§. Sed ex. 18.

* Pro intellectu huius §. vide D. Godofr. hic.

§. Si is qui. 19.

Bellonus *libr. 4. ſupput. cap. 14.*

§. Licet. 20.

Cuiac. *lib. 12. obſ. cap. 32.*

§. In poteſtate. 21.

Loquitur hic §. de poteſtate, qua de re vide Bar. hic.

§. Si tamen. 22.

* Vide hic Accurſium.

§. Quanquam. 23.

Paulus *2. ſent. tit. 6.*

§. Hæc actio. 24.

Exercitor & magiſter tenetur inſolidum, vnius tamen ſolutio alium liberat.

§. si plures. 25.

* Vbi plures ex contractu vnius conueniuntur, quilibet conuenitur inſolidum vide hic Godofr.

l. Ne in plures. 2.

Fidelitatis iuramentum ſingulis defuncti hæredibus, vaſſallus facere non cogitur vt hic colligitur, aduerſus gloſſam *l. ſi cuius 13. in verbo oportet, ſupra de vſufr.* quæ communiter in eo reprobata eſt.

l. Nec quicquam. 3.

* Coniunge *l. 13. in fin. ff de inſtitut. actio.*

l. ſi tamen. 4.

Ad intellectum huius l. vide Bart. *in l. eandem, infra de duobus reis*, & Bald. *in Rubr. Cod. eod. ad fin.*

§. Sed ſi ſeruus. 2.

An mortuo magiſtro detur actio in dominium, vide hic Bar.

l. ſi ſeruus. 6. §. ſi communis. 1.

Tributoria locum non habet vbi merx eſt peculiaris.

l. Lucius. 7.

Iſte textus ſolum habet locum in perſona priuata, non in priuilegiata, vt eccleſia, ciuitate, & ſimilib. ita Bart. hic. & doct. *ad l. ciuitas, D. ſi cer. pet. ad fin.* vbi Iaſ. *num. 28.* & vide Alex. *conſ. 4. libr. 3.* adde ad Alexan. Maler. Ancon. *in tract. de mercat. in tit. de nautis in 5. part. verſic. ſcio, num. 2.*

§. Interdum. 1.

Cuiacius 8. *ad Affricanum.*

§. Eadem 2.

An & quomodo probetur, quid eſſe conuerſum in vtilitatem alicuius, vide Bald *in l. 1. C. ſi aduerſ. cred.* adde Pet. de Anch. *conſ. vlt.*

Tit. 2. De lege Rhodia de iactu.

Paul. *2. ſent. 7.* Harmen. *11. tit. 13.* * Tertullianus *3. aduerſ. Marcionem.*

l. Lege. 1.

Decius de *reparat. eccleſ. cap. 8. num. 2. ad gloſ. ſi. in fin.* vide Ioan. Fabr. *in §. ſi plures, in fi. verb. Init. de fideicommiſſ.*

l. si laborante. 2.

Cuiacius *lib. 3. obſer. cap. 2. & lib. 11. c. 11.*

§. Cum in eadem. 2.

Menoch. *de arbit. iud. caſ. 145.*

§. ſi nauis. 3.

Harmen. *2. tit. 11.*

§. Portio. 4.

* Harmenop. *lib. 2. tit 11. §. 11. & 17.*

§. Seruorum. 5.

Pro derelicto rem quis habere non videtur.

§. Res. 8.

Pro derelicto, rem habere nō videtur, qui res ſuas nauis leuandæ cauſa in mare proiicit, niſi forte ex qualitate ipſius iactus, res præſumatur pro derelicto habitæ.

l. Cum arbor. 3.

Contributio in iactu arboris quibus caſibus debeatur, vide hic Gloſſam. * Paulus *libro 2. ſentent. tit. 7. §. 3.*

l. Nauis. 4.

Scapham. De ſcapha, vide Iſidor. *19. c. 1.*

§. ſed ſi. 1.

Ant. Aug. *lib. 1. emend. cap. 3.*

§. Cùm autem. 2.

Virgilius *3. Æneidos*, Cuiac. *12. obſ. vlt.*

l. Amiſſæ. 5.

* Amiſſa naue qui res ſuas naufragio liberarunt non conferunt.

l. Nauis. 6.

Curtius Brugenſis *libro coniect. ad fratrem cap. 15.*

l. Qui leuandæ. 8.

Connanus *in l. falſus, D. de furtis.* * Harmen. *lib. 2. tit. 11. §. 19.*

Aliens. 9.

Huius legis explicationem pete ab Alciat. *libr.*

Digitized by Google

lib.2.diſpunc.c.9. Forcat. *in cupid.iuriſper.ca.9.* Menchaca *lib.1. illuſtr. qu.cap.20 cum ſeq.* copioſè. Igneus *in ſua diſcu.* An imperatori ſubſit Rex Franciæ, Bartholom. de San. Caſas *in tract. An princeps ſubditos alienare poſſit.* §.3.

l.ſi vehenda.10.

*Huius legis interpretationem vide apud Cuiacium *libr.3.obſ.* .2. Difficultas ſuperueniens excuſat a pœna, Bell. *l.br.ſuppui.cap* 13. vide per Dec. *conſ.* 439.*num*.8. Requard.*can* 43. *anno præterito*, Afflict. *decſ.*19 . *Grammat.q*.2. per totũ Fed. de Sen. *conſ*.122 Aret. *conſ*.142. *colum*.3. Dec *conſ*.313.*column.penu*.ad principium. late Pariſ. *conſil*.110.*num* 25.*cum ſequ*. *libr*.10. Ioan. Laud. *de praſis. conſ* 47. & Ioan. Anton. *ſen. conſ*.14 *num*.8. *inter conſil.diuerſ. ad cauſ.crimin.tom.*1

¶ Deciſ. Cle.*n*.31.*f* 269. *deciſionum Afflict.*

§.Si ea.1.

Bellonus *lib.3.ſupput.cap*.13 Pilæus *quæſt*.7.

§ ſi conduxiſti.2.

Auguſt. *lib.3 emend. cap*.6. Benuenut. *tract. de nauibus, num.5.f.260. deciſionum Capitii, n.16.fol.264. deciſionum Capitij.*

Tit.3. De inſtitoria actione.

Paulus 2.*ſent*.8 §.1.

l.Æquum.1.

Inſtitoria actione inſolidũ tenetur pater vel dominus, qui merci vel negotiationi ſuæ filium vel ſeruum præpoſuit, æquum enim eſt, ſicut ex inſtitorum actu commoda ſentiunt, vt ex contractibus ipſorum etiam obligentur & conueniantur, vt hac lege.

l.Inſtitor.3.

Inſtitor quis dicatur diſce ex hac lege.

l.Cum.4.

Locus emendi & vendendi non mutat actionis cauſam.

l.Cuicunque.5.

Quando quis videatur præpoſitus inſtitor, vide hic Bart.

§.Nam &,1.

* De inſtitario vide quæ ſcribit Dion. God. *ad l.16.§.1 ff. de vſu & habit.*

§.Labeo.2.

Paulus 2.*ſenten*.8 §.2.

§.Sed.5.

Qui dicantur muliones Budæus in Pandectas.

§.idem ait.8.

Corta in memorali in voce *libitinarij*, & in voce *pollinctores.*

§.Idem.9.

Vide *l.16.in fin.ſuſ.de in rem verſo.*

§.Sed & cum.10.

Paulus 2.*ſenten*.8 §.2.*l*.

§.Non tamen.11.

Procurator datus ad vendendum an poſſit vendere habita fide de pretio, vide hic Bar.

§.ſi ei.14.

*Pro intellectu huius loci cõſule D. Godofr. hic.

§.Item.15.

Ant. Aug. *lib.2.emend.cap.*1.

§.Idem.16.

Vide Gloſ. *in cap.cum omne, ext.de off.deleg.*

§ ſi ab alio.17.

An mandatum vniuerſale finiatur morte, notat Bar. hic.

l.Sed & ſi.7. §.Parui.1.

Mulier poteſt eſſe executrix teſtamenti, ſicut poteſt eſſe executrix inter viuos extra iudicium. * Harmen. *lib.1.tit.2.§.58.*

§.Pupillus.2.

* Vide l.27 §.2 *ſupr de arbitr.*

l.Eatenus.10.

Huius legis regula variè illuſtratur hic à D.Gothof.

l.ſed ſi.11. §.ſed etſi.1.

Ancor. *in tract. de mercat. in tit. de contract. mer.nu.19.Cagnol.ad l.qui cum alio, poſt num.3. de reg.iur.Fel.ad cap.ex parte, ext.de reſcrip.*

§.De quo palam.2.

Cuiacius *lib.7.obſer.cap.*29.

§.Proſcribere.3.

*Nota hic, quod loci conſuetudo in proſcriptionibus publicis ſpectanda.

§.Proſcriptum.4.

In proſcriptione quot & quæ neceſſaria ſint declarat D.Goth. hic.

§.Condicio.5.

* Condicio in qua quis præponitur ſeruanda.

§.Sed ſi.6.

Vide Roman *ſi. g* 473.

§.ſi inſtitoria.7.

* Ratio huius §. adfertur hic à Dion. Godofr.

l.Habebat.13.

Qui reſtringit ſe ad vnam cauſam, ſi non probat, debet ſuccumbere: ad hanc regulã, adde Felyn. *ad cap.2.colum.11.de reſcrip.* & *ad*

Digitized by Google

c.licet,col.10 de probat.Soci.ad l.naturaliter. §. nihil. nu.21.& 3.D.de acq.poſſ. Gloſ.in .6.ext. de iudic.

§.Meminiſſe.1.

Menoch.de arb.iud.lib.1.7.3.

§ si duo.2.

Strabo libro 3. Suetonius in Tyberio, Euſeb. 10.hiſtor.eccleſ.5.

*l.Idem erit.14.

*Iunge l.4.§.1.ſupra de exercitoria.

l.si cum.16.

Cuiacius libro 10 obſer.cap.37.

l.si quis.17. §. si ſeruum.1.

Liuius libro 34.cap.38.

§.si impubes.2.

Pro intellectu huius §.vide Alex. in l.eius qui,D.ſi cer.pet.

§.Eius.3.

Socin.regul. mand.254.

§.Proculus.4.

Mediceus tract. mori omnia ſoluit, parte 2.conclus.64.numero 1,2.

§.Ex hac.5.

Cuiacius 8.ad Affricanum.

*l.inſtitor.18.

*Continetur hoc loco inſtitoris definitio.

l.In eum.19.

Equinarius Baro tom.3.

§.si dominus.1.

Bald.in l.mandatum,in 3.opp.C.mand.

§.Tabernæ.2.

Textum hunc eſſe ſingularem notat Bart. in l.mandatum,C.quod cum eo.

§.Seruus.3.

An inſtitor obliget dominum, vide hic Bart.

l. Lucius. 20.

Hæc lex optime explicatur à D.Goth.hic.

Tit.4.De tributoria actione.

Hac actione filiifamilias, aut ſerui in peculiari merce ſciente patre,vel domino negotiatis creditor petit, vt quod in mercibus peculiaribus eſt,inter ſe & alios creditores,pro rata portione diſtribuatur.

l.Huius.1. §.Licet.1.

Quod diſcrimen ſit inter nolle & velle, & non nolle, vide hic D.Gothof.

*§.Peculiarem.2.

*Continetur hic peculij & peculiaris mercis differentia.

§.scientiam.3.

Bellonus libro 4.ſupput.c.14.Alciat.lib.5.parerg.c.13.

§.Poteſtatis.4.

Poteſtatis verbum ad quid porrigi poſſit, vide hic textum.

l.Sed ſi.3. §.si ſeruus.1.

Coniunge cum hac l.leg.7,infra vt ex inſcriptione intelliges.

l.Procuratoris.5.§.sed & ſi.2.

An tributoria, an tributoria dicatur actio hæc,vide hic Gloſſam.

§.In tributum.6

Cotta in memoral.in voce ſagaria.

§.si plures.15.

Vide Aret.conſ.57.

§.Planè.17.

Vide Gloſſam in l.quod quis,D.de priuil.cred.

§.sed ſi.18.

Ant.Aug.libro 2.cap.1.

l.Non enim. 6.§. si cuius.2.

Auguſt.libro 3.emend.cap.6.

l.Quod.9.

Vide Iaſ.qui format optimè contrarium de hoc textu in l.1.de nou.oper.nun.circa med. ver. in 10.q.Bart.fol.105.num 56 repet.7.

§.Eligere.1.

De materia huius §.vide Bar.poſt Dyn.in l.1.§.vnde quæritur.ſ.de pub.in l.edita,Cod.de edendo, Roma conſ.13 Aret. conſ.19.Alex. in l.cum proponas,poſt Bar. de tranſ.

§.Si ſeruo.2.

Hæres ex proprio dolo tenetur in ſolidũ, ex dolo defuncti in id tantum quod ad eum peruenit,vide Dec.in l.toties in hæredem.D.de reg.iur.Gloſ.in l.vn.C.ex delict.defunct.

Tit. 5. Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicatur.

Hunc titulum generaliter pertinere ad contractus filiorumfamilias, & ſeruorum, conſtat ex tit.7.lib.4.Inſt.

l.omnia

Digitized by Google

l.Omnia.1.

Quamobrem hic proconſulis mentio fiat Vide Ant.Aug.*lib.1.emend.c.5.*

l.Ait.2.

L imita vt per Zozin.*reg.167.*

§.ſed etſi.1.

Gellius *lib.1.c.13.*

l ſed an.3.

Roman.*ſing.56.*

*l Sed ſi.14.

*Pro intellectu huius legis iunge *l.2. & in fine, & l.7.hoc titulo.*

§.interdum.1.

Mendacium vt puniatur, vide *Nouell.* 28. *cap.*10.

§.Quanquam.2.

Roman.*ſing.*181.

§.ſoli.3.

Huius edicti beneficium, non tranſit ad hæredem filij.

§.ſed an.4.

Brunus *tract.ceſſ.bon.4.queſt.*20.

§.is qui.5.

Qui ſemel egit an poſſit iterum eadem actione agere, vide hic Bart.

l.ſi filius.5.

Felin.*in cap.exceptionem extr. de exception.* Rom.*conſ.*300. Socin.*conſ.*221.

*§.ſi filio.1.

*Iunge Nou.1.*cap.*1.§.1.

l.Eum qui.6.

Beneficiũ perdit aliquis propter mẽdaciũ.

l.Pater.7.

Vide Cæpol.*caut.*15.& Bart.*in l.ſi dubitet, in §.filius, D.de fideiuſſ.*

l.Titianus.8.

Cuiac.*lib.3.obſ.c.35 & lib.17.cap.20.*

Tit. 6. De Senatuſconſulto Macedoniano.

Alex.ab Alexand. *lib* 1.*genial.die.c.*3. Ioan. Rob.*lib.1.ſent.iur.c.*8.

l.Verba.1.

Forcat.*dial.98. num.* 1. Alciat.*li.2.parerg.c.*32. Ad principium huius legis cum materia, vide Iaſ.*Inſtit.de action.in 7.coll.nu.35.& 36.*& textum, *in l.in pupillo*, D.*de ſolu.* vide etiã Abb. *in c.cum cõtingat, nu.*22. *verſ.vnde ſi bene*, D.*de iureiur.* an ſit principaliter odioſum.

§.Si pendeat.1.

Declaratur *n.9.ſ.*246. à Cagnolo, *de reg.iur.*

§.Certe.2.

Vide Bald.*in l ſi.in verſ.venio*, C.*de ſent.paſ.*

§.in filio.3.

Nou.81.abrogat ea quæ hic dicuntur.

l.Vſque.2.

Miles filiusfamilias præſumitur in cauſam caſtrenſis peculij mutuum accepiſſe, idque cauſa militiæ expendiſſe.

l.ſi quis.3.

Quomodo procedit *nu.* 216. Plautius *in l. Barbarius. ff.de off.preſid.*

§.Vnde.1.

Duarenus *lib* 1.*anniuerſ.diſput.c.*14.

§.Proinde.2.

Bart.*in l.Labeo*, D.*de ſuppellect.leg.*

§.is autem.3.

Menoch *de arbit.iudic.caſ.*21.

§.ſi à filio.4.

Gellius *lib.1.cap.13.*

l.Quia.4.

Quibus caſibus filiofamilias non ſit credendum, vide hic Gloſſam.

*l.Ergo hic.5.

*Vide in hãc legem Cuiacium *in poſthumis.*

l item.7.§.idem.1.

Si colore quæſitus. Color hoc loco prætextum ſignificat, vt optime notat hic D.Gotho.

§.ſed etſi.2.

An filiusfamilias poſſit mutuum in cauſam patris accipere, vide hic Gloſſam & Bartolum.

§.Non ſolum.6.

Cremenſis *ſing.*38.

§.Proinde.7.

Verius dicendum eſt. Duarenus exiſtimat *ſeuer us* legendum eſſe, & rectè meo iudicio.

§ item.8.

Nota hic ignorantiam interdum nec prodeſſe, nec nocere.

§.interdum.11.

Principale vbi non tenet nec acceſſorium.

§.Proinde.12.

Rom. *conſ.*353. *col.*1. Paul. de Caſtr. *conſ.*74. 1.*vol.*

§.Quod.13.

Vide Corſetum *ſing.expenſa.*

§.Si pater.16.

Patrem qui ſoluit, præſumitur approbare debitum.

Digitized by Google

l.Sed ſi.9.§.Si ab alio.1.

Cuiac.*lib.14.obſ.c.35.*

§.Hoc ſenatuſc.2.

Exceptio Macedoniani, an competat etiam patri, vide hic D.Gothof.

§.Non ſolum.3.

Ant.Aug.*lib.5.cap.7.*

*§.Et hi.4.

*Exceptio Macedoniani pœnalis eſt.

l.Tamen.11.

Zaſius *lib.2.reſponſ.ſing.c.28.* Auguſt.*lib.4.emend.cap.17.*

l.ſi tantum.12.

Vide quod notat Bald. *in Auth.ſi qua, Cod. ad Velleianum.*

*l.ſi quod.13.

*Pro ratione huius legis vide *l.3.§.3 ſupra hoc titulo.*

l.Filium.14.

Concedere an quis poſſit, quod facere ipſe non poteſt, vide hic Gloſſam.

l.Nihil.15.

Ciuitas an minore minus priuilegiata, vide *l.Reſpublica*, C.*ex quib.cau.*

l.ſi filius.16.

Circa materiam taciturnitatis & quid operetur, vide multa per Panorm.*conſ.81.*& quomodo poſſit extorqueri confeſſio ab aduerſario; vide Mat.*not.22.**Marſ.*ſing.344.taciturnitas.* Cæpol.*caut.9.*Iaſ.*in repet.l.admonendi.nu.142.de iureiur.*Fel.*in proœ.*Greg.*col 6* Rip. *ad dict.l.admonendi, num.137. cum ſeq.*Lucc.*ad Rub.C.de pact.num.72.* Crqt. *ad l.non ſolum.§.morte, ff.de nou.op.nunt.num 94. & ſeq.*Rim.*ad princ.Inſt.quib.alien.lic. vel non.num 190.* Ant. Rub.*ad l.vinum, num 71.ff.ſi cert.pet.* Franc. Caſon.*in tract.de iud.fol. 47. num. 4.* explicat Menoch.*in tract.de arbit.iud.lib.2.cent.1.caſ.21. numero 3.*

l.Titius.17.

De intellectu huius l. vide Alex.*in l.non ſolum.§.morte, D.de op.no.nunt.*

l.Creditor.18.

*Vide hic Bartolum & Baldum.

l.Iulianus.19.

Paria ſunt ſcire, & ſcire debere.

l.ſi is qui.20.

Ioan.Robert.*lib.1.ſent.iur.c.8.*

LIBER XV.

Titulus primus.

De peculio.

PEculij octo ſignificationes enumerantur hic à Cuiacio *in paratit.*

l.Ordinarium.1.

Ad intellectum huius legis, & denique totius Tituli, vide Bart.poſt Gloſſam *in l pater ius caſtrenſe.C.hoc tit.*

§.Eſt autem.1.

An & in quo differat actio de peculio, ab actione exercitoria, notat Bart.hic.

§.Verba.2.

Riſi hoc ego aliquando, ſed eodem vſus eſt ſilo quo Homerus & Ariſtot *lib.3.Rhetor.*

§.De eo.3.

Scip.Gentil *lib.1 parerg.c.3.*

§.ſi cum.4.

Actio de peculio in quo differat ab actione tributoria, notat Bar.hic *nu.11.*

§.Poteſtatis.5.

An actio de peculio ſit in rem, vel in perſonam, Bartol.*in l.frater à fratre.ſup.de condict.indeb.*

§.Nec magis.6.

Actio de peculio, an oriatur ex obligatione ciuili, & naturali, an ex naturali tantum, vide Bart.hic.

l.Licet.3.

An actio de peculio ſit datiua, notat Bart. hic.

§.Parui.2.

De ſignificatione huius verbi *Alterius*, vide Bar.hic.

§.In furioſi.4.

Curatoris nomine libellus concipiendus eſt, quoties agendum aduerſus furioſum.

§.Si filius.5.

Vide Doctor.*in l.ſi ex duobus*, §.1. & ibi omnino Ange.*D.de duob.reis.*

§.Si ſeruus.8.

Cuiac.*lib.8 obſ.cap.31.*

§.ſed ſi.9.

An filius poſſit compromittere ſine conſenſu patris, notat Bart hic.

l.Creditor

Digitized by Google

*§. Quare. 10.

* Compromittere filius poteſt, etiam ſine conſenſu patris.

§. idem. 11.

Marc. Mant. *ſing. 447. nu. 1. fol. 908.*

§. Ex furtiua. 12.

In delictis an pater teneatur pro filio de peculio, vide textum notabilem, *in l. quoties magna.* & ibi Bart. D. *de noxal. act.*

§. si filius. 13.

Cuiac. *lib. 7. obſ. c. 31.*

l. Peculij. 4.

De materia huius legis, vide Bald. *in l fi. C. quod cum eo.*

§. Sed hoc. 1.

Quod remittere ſit dare, facit textus *in l. ſi mulier ſ. de cond. ob cauſ.*

§. Ex his. 2.

Liberationis & obligationibus differentia notatur hic in Gloſſa.

*§. sed ſæpe. 3.

*Peculiũ minuit ſeruus delinquendo, cum ex delicto obligatur.

§. si opem. 4.

Vide quæ notantur à Bartolo *in l. 4. cum ſeq. ſ. de cond. furt.*

§. si aere. 5.

Petr. Rauen. 2 *feud. tit. 14. in fi.*

l. Depoſiti. 5. §. si filius. 2.

Iureiurando quaſi contrahitur, ſicut per ſententiam.

§. Peculium. 3.

Vnde dicatur peculium, vide hic.

§. Peculium. 4.

Dominiũ an & quomodo accipiatur, vide Gloſſam hic.

l. Definitio. 6.

Ræuard. *lib. 5. varior. cap. 10.*

l. Quam. 7.

Vitalis *lib. 2. variar. lection. cap. 25.* Aug. *lib. 1. emend. cap. 4.*

§. Et adiicit. 1.

Alciat. *lib. 2. diſpunc. c. 9.*

*§. scire autem. 2.

*Quotuplex ſit ſcientia declarat hic D. Gothof.

§. Pupillum. 3.

An ſeruo manumiſſo videatur peculium ademptum, vide Bald. *in l. 2. Co. an ſeruus ex ſuo facto.*

§. in peculio. 4.

Car. *conſ. 66.*

l. Non ſtatim. 8.

Ademptio peculij quid operetur, vide Imol. poſt Bart. & Doct. *in l. ſilio 2. D. ſolut. matrim.*

§. Peculium. 2.

Repetitionum *3. fol. 35. num. 437.*

§. si ipſe. 7.

Forcat. *in cupid. iuriſper. c. 12.*

l. Si verò. 10.

Et de peculio. Temerè quidam adiiciunt cõiunctionem, *&*.

l. si noxali. 11. §. Eſt autem. 3.

Vide Bald. *in l. fi. C. quod cum eo.*

§. Denique. 4.

In explicatione huius §. variantur Doctores, de quibus Gloſſa hic.

l. Quis ergo. 16.

Cotta *in memoral. in voce peculium.*

l. si ſeruus. 17.

Horatius 2. *ſermon 7.* Cuiac. 8. *ad Affrican.*

l. Cui. 18.

Quæſtio eſt ſubtiliſſima: ſeruus ordinarius eſt maioris cuiuſdam actus ſeruus, veluti diſpenſator, vel actor rerum domini, qui ponitur ſupra rationes, & plerũque habet ſub ſe alium ſeruum, qui vicarius eius dicitur, vel plures alios ſeruos vicarios, *l. 1. D. de inſt. act.* vicarius igitur eſt ſeruus peculiaris ſerui ordinarij, *l 39. h. t.* denique ſeru* ordinarius intelligitur quodam modo eſſe dominus ſerui vicarij, vicarius etiam dicitur conſeruus ordinarij, & illo loco Horatij, ſiue vicarius inquit, eſt qui ſeruo paret. Proinde ſicut in comediis Plauti, ſæpe duo domini vnius ſerui conſtituuntur, maior & minor, id eſt, paterfamilias & filiusfamilias, ita rectè dicemus, vicarium habere duos dominos, maiorem & minorem dominum & dominulum.

l. Hinc quæritur. 19.

Maritus tenetur de peculio ſerui.

*§. Poteſt 1.

*Antonius Faber *lib. 7. Coniecturarum cap. 14.*

l. summa 21.

Dolo facit qui rem in alium transfert, cum ſuſpicatur alium acturum.

§. si dolo. 1.

Cotta *in voce peculium.*

Digitized by Google

l.Curator.24.

Coniunge *l.9.D.de rit.nupt.*

l.id veſtimentum.25.

An veſtimenta vſu deterantur. vide hic D. Gotof.

l.Et ancillarum. 27. §. Conſtat.1.

Hæres deducit quod ſi ſibi debetur.

§.sed etſi.5.

Debere iudicium. temere in quibuſdam libris ſublata ſunt hæc verba.

l.si quis.29.

Vide Caſtrenſ. *in l. frater à fratre. in 7. col. dum examinat partem gl. de cond. indeb.*

l.Quæſitum.30.

Concordat Gloſſa, *in cap. dudum ſuper verbo tempore extr. de elect.*

§.si cum.1.

Bellon.*lib.4 i bor.cap.9.*

§.sed ſi ipſe.2.

Præſumitur liber fieri, qui liber inſtituitur.

§.in dolo.6.

Cuiacius negat hanc legem de replicatione doli intelligendam.

l.Si ex duobus.32.

Ad intellectum huius legis vide Paul.Caſt. & Alex.*in l. cum fundus, §. ſeruum ſuum, D.ſi cert.petat.*

§.Venditor.2.

Vide Bart. *in l.frater à fratre,* D. *de condict. indeb.*

l.sed ſi.33.

Peculium penes quem ſit diſce ex D.Gothof.hic.

l.Si creditor. 47.§.Si ſeruo.1.

Cuiacius 12.*obſ.*8.

§.seruum.2.

Cuiac.*l.b.14.obſ.c.*8.

l.Depoſui.38.

Vide Cuiac.8.*ad Africanum.*

§.Si nuptura.1.

Vide *l.conſenſu,§.hoc niſi,C.de repud.*

§.Seruo.3.

Cuiacius hunc §.optime explicat.

l.Peculium.39.

Terentius *in Phormione act.2.ſcen.1.*

l.Peculium.40.

Ariſtot.3.*de anima.*

§.Quomodo.1.

Cuiacius 9.*ad African.*

§.Nec ſeruis.41.

Nota hic quod ciuilis obligatio in ſeruum non cadit, hoc eſt quod ſeruus necquidquam debere, nec ipſi deberi poteſt, verum quod ſeruo debetur ab extraneis, dominus recte petet, *l.ſerui D.de act. & oblig.* Secus autẽ eſt in naturali. nam ſeruus obligatione naturali obligatur, *l.naturaliter, D.de cond. indeb.* quod verum eſt niſi ex cauſa fideiuſſionis promitteret, quia tunc etiam naturaliter ſeruus nõ obligatur, l.*ſed etſi ſeruit.in prin.* D.*de fideiuſſ.* Pręterea ſeruus obligatur, non in contractibus: ſed in delictis prout textus diſtinguit, *in l. ſerui,* D.*de action. & obligat.* quæ dicit idẽ eſſe in quaſi maleficio.

l.Ideoque.45.

Hæc lex deſumpta eſt, *tit.de bon.auth.iud.poſſ.*

l.Quotiens.47.§. Quæ diximus.6.

Roman. *ſing.* 217.

l.Libera.48.

Marſ. *conſ.*26 *& ſing.*202.

l.Non ſolum.49.§. Vt debitor.2.

Iure ciuili inter dominum & ſeruum nulla eſt obligatio.

l.Eo tempore.50.

Pars proprie dicitur illa, ſine qua tota conſiſtere non poteſt. In materia vide Soc & Iaſ. *ad Rub.*D *de leg.*1. vbi vide Alua. *num.*14. & quot modis accipiatur totum & pars. Bart *ad l.re coniũcti. de leg* 3. Vacon.*li.4.de clar.iur.ciuil.ca.*155. Vide Gloſſam, *Inſtit.per quas perſonas nobis acquiritur, § 1.in verb.re.in fi.& ibi de clar.* Ioan.Fab.

§.Etiam.1.

An naturaliter, an ciuiliter obligetur ſeruus, vide hic D.Gothof.

§.Seruus.3.

Ad differentiam inter ex, & propter & ob, vide quæ notat Baldus *in l.ſed etſi vnus, de iniur.*

l.Quod debetur.51.

Qui ideo tenetur, quia actionem haberet eam cedendo liberatur, ait hanc regulã procedere, quando quis ex eo tantum teneatur quia actioné habeat, ſecus ſi ex alio teneatur, licet actionem eam habeat vt declarat Bart. *ad l.cũ fundus. §.ſeruum, D ſi cert.pet.* Corn.*cõſ.*231.*incip.videtur in præſenti.col.ſi.vol.*2, Soc.Iun.*in rep.ad* l.4.§.*Cato,nu.*26. *ver.nec obſtat,*

Digitized by Google

obſtat, D. de verb. oblig. & num. ſeq. vbi plenè declarat. An & quando quis liberatur c. dedo actionem.* Cuiac. *obſ. lib. 18. cap. 1.*

l. Filio. 54.

Ant. Aug. *lib. 1. emend. cap. 7.*

Tit. 2. quando de pecul. actio annalis eſt.

Peculium an & quando extinguatur, vide hic Cuiac.

l. Prætor. 1. §. Quandiu. 1.

Repetitionum 5 *f. 342. num. 85.*

§. Annus. 2.

Repetitionum 7. *f. 473. num. 82.*

§. Alienatio. 4.

Gell. *lib. 1. cap. 13.*

§. Quæſitum. 10.

In vulgatis editionibus eſt *l. 2.*

l. Cum poſt. 2.

De dictione *cum*, vide hic Gloſſam.

l. Definitione. 3.

Cuiac. 9. *ad Affrican.*

Tit. 3. De in rem verſo.

Paul 2. *ſent 9.* Cuiac 8. *ad Affrican.*

l. Si hi qui. 1.

Ant. Auguſt. *lib. 1. emend. cap. 2.*

§. Nec videtur. 1.

Contrahere cum patre vel domino quis videatur, vide hic Gloſſam.

l. Quod ſi ſeruus. 3. §. Et regulariter. 2.

Paul. 2. *ſent. tit. 9.*

l. Nam. 6.

Diuerſa ſunt eſſe in peculio ſerui, & in rem domini verſum eſſe.

l. Et nihil. 8.

Dotare pater non tenetur filiam hæreticam vel iudæam, qua de re Rom. *in l. 1* D. *ſolut. matrim.*

* l. ſi vero. 9.

* Pro intellectu huius textus vide D. Godofr. hic.

l. ſi pro patre. 10.

Filius poteſt fideiubere pro patre, & hoc caſu filius vtiliter obligatur, *l. ſi filius, D. ad Macedon.* Sic etiam vice verſa filij nomine fideiubere pater pôt. *l. ſi ex alio, C. quod cũ eo.*

§. Sed ſi. 5.

Concordat textus *in l. quamuis, C. de vſur. text. in l. bona fides, Cod. de condict. indeb. cum ſimilibus.*

§. Verſum. 6.

Zazius *parte 2. Antinom. num. 9.*

* §. Si dominum. 7.

* Nõ reuiuiſcit extincta ſemel obligatio.

l. Quod ſeruus. 11.

Vide Bart. *in l. ſi in 1. quæſt. de duobus reis.* Et ad declarationem priuilegij huius legis, vide quod dicit Caſtrenſ. *in d. §. §.* qui § eſt ſingularis ſecundum inductionem Caſtrenſ. *& in Auth. hoc ita C. eod.* non habet locũ, quando pecunia mutuata fuit conuerſa in vtilitatem vnius tantùm: tunc enim non poſſunt eſſe duo rei, ſicut dicitur in fideiuſſore & principali per Bart. *in d. Auth. in 7. quæſt. & in l. eadem, in 5. quæſt.* * Antonius Faber *libro 11. coniectuarum cap. 7.*

l. ſi fundum. 12.

Vide Ioan. Fabr. *§. illud cum ſi. inſtit. de ſociet. vbi aſſignat rationem ad illum text.*

l. Si in rem. 13.

Ant. Auguſt. *lib. 3. emend. c. 1.*

*l. Interdum. 14.

* De emendatione huius legis, vide Cuiac. *lib. 8. ad Affrican. in explicatione legis 17. huius Tituli.*

l. Quidam. 16.

Sarmientus *lib. 3. ſelect. interpret. c. 8.*

l. Seruus. 17.

Cuiac. *lib. 8. ad Affrican.*

*l. Filiusfamilias. 19.

* Vide Cuiacium in quæſtionibus Pauli.

Tit. 4. Quod iuſſu.

l. Merito. 1. §. Sed ego. 2.

Iuſſus & mandati differentia quæ ſit, notat hic Gloſſa.

§. Sed etſi. 3.

Tiraq. *de pœnis cauſ 35.*

§. Sed etſi. 4.

Quinam iubere videantur optimè declarat hic D. Gothof.

§. Quid ergo. 5.

Conſentit qui ſciens ſubſcribit.

§. Si pupillus. 7.

Quot & quibus caſibus ratihabitio comparetur mandato vide hic Gloſſam.

l. Si tutoris. 2. §. Si iuſſu. 2.

An & quomodo obligemur nomine alieno, declarat Gloſſa hic.

Digitized by Google

l.Dominum.3.

Vitalis *lib 2.lection.cap.24.*

l.Si iuſſu.4.

Nota diſtinctionem Gloſſæ hic.

LIBER XVI.

Titulus primus.

Ad Senatuſconſultum Velleianum.

Scripſit in hunc tit.paratit. *Æmilius Ferretus.*

l.Velleiano.1.

Limita diſpoſitionem illius legis & totius tituli per textum,& ibi not.per gloſſ. *in c.ex reſcriptis. de iureiur.* de qua limitatione latè per Curt.*conſilio 43. ſuper contingentia.in 5.col. circa med.*

§.Nam.1.

Hotom.*lib.4.obſ.cap.15.*

l. Et primo.2.

Cotta *in voce annona in memoral.* Hotoma. *lib.6.obſ.in* D.*c.14.*

§.Poſtea.1.

Hotom.1.*obſ.c.14.*

§.Verba.2.

Cuiac. *4.ad African.*

§.Sed ita.3.

Baptiſta Egnatius *cap.3.*

§.Omnis.4.

Quid comprehendat verbum intercedere, declarat hic Bart.

l.ſed ſi.3.

In hac lege cum tribus ſequentibus proponuntur tres caſus, in quibus ceſſat Senatuſconſultum Syllanianum.

l.ſed ſi ego.4.

Ignorantia creditoris,an faciat interceſſionem valere,vide Bald.*in l.1.C.eod.*

§.Proinde.1.

Portius *in §.apum,Inſt.de rer.diuiſ.*

l.ſi fideiuſſore.6.

Mulieri conſulit Senatuſconſultum Velleianum.

l.Quanquam.7.

Guterius *parte 3.reſolu.cap.*18.Benedict.Capra *in reg.concluſ 79.*

l.Quamuis.8.

Nota hic mandatum inutile,non impedire actionem negotiorum geſtorum.

§.ſi mulier.1.

Hotoman. *lib.5.obſ.ca.23.**Antonius Faber *lib.18.coniect.cap.1.*

§.ſi mulier.2.

Paulus 2.*ſent.11.§.2.*

§.Interdum.3.

Vide iſtum textum allegatum per Bald. *in l.ſi vnus,§.pactus.D.de pactis.*

§.ſi conuenerit.8.

Imbertus in Enchiridio in verbo *retraict.*

§.Marcellus.9.

Vide Bald.*in l.4.C.eod.*

§.Quanquam.11.

Liberatio per nouationem vni facta,prodeſt omnibus.

§.ſi mulieri.12.

Cuiac.*obſ.lib.13.c.11.*

§.Planè.13.

Stipulatio de damno infecto dari videtur, ſi tā altè promiſſor extollat ædes ſuas, vt luminibus ſtipulatoris officiat, videlicet cū id ſuo iure facere non poteſt, vtputa cū vicino ceſſit ſeruitutem, ius ſibi non eſſe ædes ſuas altius tollere, & officere luminibus vicini.

l.Proculus.26.

Iuncta *l. præcedenti.ff. de damno infecto,folio* 489.*num.*83 *repetitionum* 8. Cagnol. *de regulis iuris,ſub num.*3.*columna* 151.

l.Plures eandem.27.

Huius legis ſentētia, hæc eſt, ſi plures ſint earundem ædium domini, quibus ædes vicini vitioſæ immineāt, ſinguli de vicino ſtipulari debēt dāmni infecti ſine adiectione partis, vt ſuadet Paulus, ex qua ædiū domini ſūt: quia & non adiecta parte dominica, ſatis de ſuo quiſq. damno ſtipulari intelligitur, non de damno vniuerſo quod imminet omnib. & ideo etiamſi partis non fecerit mentionem, in partem tātum quiſque ſuam ex ſtipulatu actionem habet *l.ex damni*, §. *quotiens, D.h. t.* quia nec pluris eius intereſt, & actiones non dantur vltra quàm actoris interſit, ac præterea inuentæ ſtipulationes ad hoc ſolum, vt quiſque conſequatur quod ſua intereſt *l. ſtipulatio iſta*, §. *alteri, D. de verb.oblig.*

Digitized by Google

l.In hac.28.

Cuiacius 8. *ad African.folio 190.in fine.*

l.ſed etſi.29.

An impenſæ vtiliter factę repetantur,notat hic Gloſſa.

l.Damni.30.

Modulorum,De lectione huius loci,vide D. Gothof.hic.

l.Qui vias.31.

Viæ publicæ muniuntur, per curatores viarum electis à Republica, vel muniuntur per redemptores,qui à Republica ad muniẽdas vias conduxerunt certo pretio,vel extra ordinem per tempora poſſeſſores prædiorum proximorum eas munire, aut certam ſummam ad eas muniendas conferre debent *l.cui muneris, D.de mun.e.& hon.*certe qui viã publicam exarauerit & aratro proſciderit, omnimodo ad munitionem & refectionem compellitur ſolus *l.vlt.D.de via pub.* & poſſeſſores quidem qui viam publicam muniunt, opere manufacto ſine damno vicinorum id facere debent:ex quo ſequitur neceſſariò & de operis vitio, vicinis eſſe ſatiſdandum damni infecti *l.fluminum,h.t.* & ita Agellius vrbicus *libro de limitibus agrorum ait*, iis qui prope ripam prædia poſſident ripæ muniendæ neceſſitatem incumbere, ita tamen vt ſine alterius damno faciat quiſquis, ripam ſuam munit, quod & Boetius ſcribit *lib.2.de Geometria.*

§.ſi controuerſia.1.

Ex edicto damni infecti extraneus,qui in alieno ædificat aliquid vnde damnum timetur,ſatiſdare debet damni infecti:dominum autem ædificantem in ſuo repromittere ſatis eſt: repromittere ſecundum noſtrũ idioma eſt nudam cautionem ſine fideiuſſoribus,repromittere nullo dato adpromiſſore,ſatiſdare autem eſt dare adpromiſſores ſiue fideiuſſores,at ſi dubitetur dominus ſit nécne is qui ædificat,à quo exigitur cautio damni infecti ſatiſdare iubetur edicto prętoris ſcilicet *l.7.§.1.h.tit.*non quidem purè ſed ſub hac exceptione ſi dominus non ſit *l.22.§.vlt.h.t.*

l.ſi ædibus.32.

Paulus *5.ſent.tit.*10.§.2.

l.Inquilino.33.

Vide *l.13.§.3.ſup.eod.*

l.Vtique.34.

Facit *l.6.ſupra in quibus cauſ.pign.*

l.in parietis.35.

Cui competat actio communi diuidundo, Gloſſa hic.

l.ſed ita.36.

Iunge hic *l.13.ſupra de ſeruit.vrb.*

l.Nam ſi.37.

Paries non idoneus à vicino deiici poteſt.

l.Emptor.38.

Vide *l.39.& ſequentem hic.*

l.inter quos.39.

Paulus *5.ſent.tit.*10.§.1.

l.Ex damno.40.

Auguſtinus *4.emend.cap.*11.

§.Quoties.1.

Gilbertus Regius *libro 1.variar.cap.*20.

l.in reficiendo.41.

Optimè hanc legem explicat Accurſius hic.

l.ſi ſeruus.42.

Vide § 3.*Inſt de inutil ſtip.*

l.Damni.43.

Damnum quod quis ex ſuo contractu ſentit,ſibi imputare debet.

l.Cum poſtulaſſem.44.

In hanc legem, vide Guterium *parte 1.reſolut.capite* 16.*numero*.9.vide Cuiacium *lib.9. ad Africanum.*.

l.Ædificatum.45.

Vide Ant.Aug.*lib 3.emend.cap.*9.& Alciat. *libro 1.pareg.capite* 6.multa allegat ad hunc textum Cæſar Cantar.*ad repet.l.diffamari,de ing.& manum. ampl.num.* 1. Vide Bolong.*ad l.ſi finita,§.Iulianus 5.h.t.*

l.Ad curatoris.46.

Idem procurator reipublicę dicitur.

l.Quod conclaue.47.

Conclaue quid,vide Cæpolam *de ſeruitut. vrb.præd.cap.de clauſtro.ſeu conclaui* 44.

l.ſi quis.48.

Vide *l.52.ſupra de contrah.emption.*

Tit. 3. De aqua,& aquæ pluuiæ arcendæ.

In hunc titulum,vide Pardulphum Prateium *Catapodiſmat.libro* 1.

l.ſi cui.1.

Aggenus *libro* 2.

§.Labeo.7.

Pro intellectu huius §.vide Alciatum *libro 2.prætermiſſ.& libro 2.pareg.c.*14.

§.Deni-

Digitized by Google

§. Denique ait. 23.

Briſſonius *libro 4. ſelect. capite 5.* Ræuardus *in Triboniano pag. 14.*

§. Caſſius. 3.

De operis aquæ mittendæ cauſa publica authoritate faciendis, vide Plat. *dialog. 6. de legibus.*

§. Apud Atteium. 5.

Pro intellectu huius §. vide Corraſium *ad l. ſeruitutes, 4. §. ſeruitutum, D. de ſeruit.* Ioãné. Aurpachum *ſing. allegat. capite 16. §. apud Atteium. verò, in l. 2. D. de aqua & aqua pluu. arc. cum §. idem Labeo. D. eodem*, 250. & 251. A. Connanus.

§. idem Varus. 5.

Varus *de aqua pluia arcenda, verſ. mihi.* Iaſon *in l. reſcript. numero 5. C. de precibus imp. offerend.* Decius *conſilio 244. coll. 2.* late Fabri *infra de l. ſuſ. can.* late Bart. *in l. 2. in principio, in 3. col. num. 14.* & ibi Iaſon *numero 32. D. ſolut. matrim.* & cogitur aliquando quis ędere actiones alij, quæ ſibi non proſunt, Gloſ. *in l. ſi res de euictio.* & ad hunc, ei etiam adde textum *in l. refectionis, ſupra communia prædiorum.*

l. Apud trebatium. 3.

Cuiacius *ad l. 7. ſ. de pactis.*

§. Iulianus. 1.

Ad gloſ. ibi poſitam in verb. *quæ dicit rem litigioſam eſſe*, de cuius dominio agitur. Adde tu principaliter & hoc de mente Bartol. *in l. pact. contract. de donat. in coll. fin. verſ.* Guilelmꝰ & facit ibi, quia bona principaliter non veniunt in quæſtionem ſed principaliter quęritur de iniuria, quòd ſi igitur in conſequentiam veniant, non litigioſa.

l. Si colonus. 5.

Nota hic paria eſſe, facere & facto vti.

l. Si Tertius. 6.

Ad intellectum huius legis, vide Bartolum hic.

§. Si ex. i.

Repetitionum *6. folio 334. numero 15.*

l. in concedendo. 8.

Non licet ius alicuius eo inuito tollere, vel minuere.

l. si autem. 10.

Specus quid, declarat hic D. Gothof.

§. Si flumen. 2.

Cuiacius 16. *obſ. 17.*

l. Supra iter. 11.

Cuiacius ſupra dicto loco, Beroius *quæſt. 65.*

§. Officium. 3.

Ad notata per Bartolum ibi, vide Ruinum *l. 4. §. Cato, in 12. & 15. col. de verb. oblig.*

§. Trebatius. 6.

De dictione omnino adde *cap. cum ex eo, de elect. libro 6. & ca. quamuis, de pactis eodem lib.*

l. Emptor. 12.

Hunc textum repetunt, Ang. *in l. donatione, C. de coll.* & Alexand. *in l. 1. §. ſi vir, ſupra de acquirenda hæreditate.*

l. sed venditor. 15.

Vide l. 3. §. 2. *ſ. de alienat. iud.*

l. Poſt venditionem. 16.

Coniunge hic l. 13. §. 12. *ſupra de actio. empt.*

l. Si prius. 17.

Repetitionum 1. *folio 314 numero 238.*

§. Rectè placuit. 1.

Contractus in dubio interpretatur ſecundum conſuetudinem, vt hic tradit Decius *conſilio 70. col. 2.* & in contractu principis. Socin. Iun. *conſilio 42. libro 2. numero 15. & in not. caſ.* Socin. Iun. *conſilio 61. num. 33. libro 2.* vbi vide quod ſemper videatur actum inter partes, id quod eſt de conſuetudine. Socin. Iun. *conſilio 27. numero 14. libro 2. in inſtrumentis*, Bart. hic & Decius *conſilio 449. nume. 26. in teſtamentis* Socinus Iun. *conſilio 179. numero 44. ibidem 2.*

l. si in publico. 18.

Facit l. 14 §. 2. *ſupra de ſeruitut.*

l Labeo ait. 19.

Nicolaus Valla *de rebus dubiis, & quæſtionibus in iure controu. tractat. 8.*

l. sed hoc ita 20.

Qui per errorem patitur, non conſentit.

l. si in meo. 21.

Vide l. 24. *in fine ſupra de damno.*

l. si vſusfructus. 22.

Duarenus *libro 1. diſput. anniuerſ. cap. 11.*

l. Vicinus loci. 24.

Porcas, *vide Feſtum.*

l. is cuius. 25.

Qui deteriorem viam facit fundo nocet.

l. Scæuola. 26.

Ræuardus Triboniani *capite 9. Prateius ſent. capite 1.*

Tit. 4. De publicanis.

¶ In hunc titulum Cuiac. *libro 7. obſ. cap. 4.* Parlador. *rer. quotid. cap. 4.* Boſſius *tit. 2. de vectig. folio 395.* vide Beroaldum *in comment. ad Cæſar. tranq* de commiſſis, vide Budæum, *ſ. de euict.* l. *Herẽnius.* De fraudibus publicanorũ

vide Liuium 25. Quid autem ſit vectigal, vide hic Gothof.

l. Prætor. 1.

Alexander ab Alexandro *libro 2. genial. dier. capite 29.*

§. Familiæ. 5.

Familiæ nomine, qui contineantur præter hic dicta ab Accurſio, vide Beroium *quæſt. 36.*

l. Nec liceat. 2.

Quod liceat domino abſentem defendere, vide l. 21. §. 1. *ſupra de noxalibus action.*

l. Cum ſi. 3.

Nota hic formam procedendi in hac actione l. 32. *ſupra ad l. Aquil.*

l. Si publicanus. 4.

Pro intellectu huius legis iunge hic l. 29. *ſupra de teſtibus.* iuncta ibi Gloſſ.

l. Hoc edicto. 5.

Ex hac lege colligit Accurſius regulam, non committi cum effectu moram poſt litis conteſtationem.

l. ſi multi. 6.

Fraudis participes tenentur in ſolidum, ſine vlla diſcutione, vt Gloſſa hic.

l. Imperatores. 7.

Cuiacius *libro 1. obſ. capite 5.*

l. Fraudati. 8.

Cuiacius *libro 9. obſ. capite 24.* Ræuardus *libro 3. varior. capite 2.*

l. Locatio. 9.

Alciatus *libro 1. diſpunct. cap. 12.* Aug. *libro 2. emendat. capite 9.* vide in hanc legem Petrum Crinit. *lib. de hon. diſc. 15. cap. 3.*

§. Reliquatores. 2.

Reliquator quis dicatur explicat hic D. Gothof.. qua de re vide Petrum Crinitum ſupra dicto loco.

§. Earum rerum. 6.

Alexander ab Alexandro *genial. dier. lib. 4. c. 10.* vbi explicat vectigalia quarum rerum apud Romanos conſtituta fuerint.

l. Cotem. 11.

Huc pertinet Timarchi decretũ apud Demoſtenem in oratione *[illegible]*.

l. Quantæ. 12.

Exemplum inſigne huius legis vide apud Liuium *libro 25.* & Tacitum *libro 13.*

l. Commiſſa. 14.

Ad hanc legem facit textus in l. *penultima, §. 1. loca.*

l. Cæſar. 15.

Fornerius *libro 1. ſelect. cap. 25.* Conſt. Land. *præter. cap. 10.*

l. interdum. 16.

Cæpola *caut. 15.*

§. Quoties quis. 3.

Cuiacius *libro 14. obſ. cap. 3* Plin. 12. *cap. 20.* Dioſco. 1. *ca. 14.* Colum. *libro 6. cap. 37.*

§. ſeruus qui. 4.

Cuiacius *dicto capite 3.* Iſidorus *libro 17. orig. cap. 9.* Plinius *libro 1. ca. 12. & 22. c. 24.*

§. ſpecies. 7.

Cotta in voce *calamus.* Forcatulus *in cupidine iuriſperit. c. 4.* Dioſcord. 1. *c. 15.* Plinius 12. *capite 13.*

§. Diuus. 9.

Forcatulus *in cupidine iuriſperit. cap. 13.* Galenus 1. *de comp. 6.* Cuiacius *lib. 14. obſeruationum, capite 3.*

Tit. 5. De donationibus.

De his Iulius Clarus ſcripſit à §. *Donatio* & Hippolitus Riminaldus *in comment. ad inſtit. Iuſtin.* Hotom. *volumine 1. variar. diſput. cap. 5.* Paulus 5. *ſentent. tit. 11.* Harmenopulus *libro 3. tit. 1.*

l. Donationes. 1.

Donatio quid Ariſtot. 4. *Topic.*

l. ſi cum filiusfamiliâs. 2.

Quod ex cauſa donatum eſt, non repetitur.

l. Generaliter. 3.

Quod conditionis implendæ cauſa datum eſt repeti poteſt.

l. Etiam per. 4.

Facit hic l. 10. *C. eod.* quam hic coniunge.

l. Affectionis. 5.

Donari inter viuos poteſt etiam inhoneſtis perſonis.

l. quis ſaxum. 6.

Lapidem quaſi tradit, qui patitur eum ex ſuo fundo eximi.

l. Filiusfamiliâs. 7

Arius Pinellus *Cod. de bonis maternis.* Vide in hunc locum Clarum 4. *ſententiarum §. donatio, quæſt. 6.*

*Faquineus *controuerſiarum iur. lib. 5. cap. 24.*

§. Quid ergo. 1.

Clarus *dicto §. quæſt. 6.* Nota hic, quòd qui donat perdere videtur.

l. Quæ liberti. 8.

Vide l. 34. *in fine, infra eod.*

l. In

Digitized by Google

l.In ædibus.9.

Clarus 4.*ſen*.19.

l.Abſenti.10.

Res donata non quæritur abſenti per ſeipſum,ſed per ſeruum ſuum ſi tradens hoc agat,vide Guid.Pap.q.49.*&* 212. Fran.Curt. *ad l.poſtquam liti.C.de pactis.num.*33.& ſemper valet,ſi per alium acceptetur. Decius *conſilio* 35.& ſi obligatio non quæratur abſẽti antequam acceptetur, tamen donans obligatur. Fortun.Garzi.*ad l.1.num. 7.D.de pactis*,per Iulianum Clar.*libro 4 ſententiarum*,§.*donatio,quæſt*.12.

Ad id quod dicit ibi Bartolus,vide Gloſſ.*in Rub.de verbor.oblig*.vbi loquitur de pollicitatione in fine verſ.ad illum textũ dicas,quod licet obligatio non contrahatur abſenti antequam acceperet,tamen donãs obligatur ita Fortun.*in l.1.in 3.coll.D.de pactis*.

l.Cum de.11.

An donatio incipiens à traditione valeat, Gloſſ hic.

l.Qui ex.12.

Is qui ex donatione conuenitur omni ære alieno deducto facere poſſe intelligitur.

l.Qui mihi.13.

Paulus 5.*ſent.tit*.11.§.4.

l.Qui alienum.14.

Papo 1.*notar.libro* 5.*tit.des donations*.

l.Poſt contractum.15.

Scripſerunt in hanc legem Alciat.*tomo* 6.& Corraſ.*tom*.2.*pag*.213.vide Cont.*in lib.ſing.ad leg.Iul. Maieſt. pag*.53. Boſſium *tit.debitores an delinquẽti ſoluere poſſint*.vide quo ſubtiliter.& in quo caſu intelligat Bartolus *hũc textum in penultima columna,in fine verb.ibi*.Sed ſi & reuocabilis non interdicitur,vt hic *in hac l.poſt contractum*.& ad hanc legem vide Baldum *in l.1.columna 3.in principio,de donat.cauſa mortis, folio* 190.*numero* 15.17.*&* 24.repetit.5.

¶Ad hanc legem, vide Iaſonem *in Auth.ſi qua mulier in §.cæl. ae ſacroſ.eccleſiis*.

*Antoniũ Fabrũ *lib*.7.*Coniecturarũ cap*.20.

l.Ex hac.16.

Valla *de rebus dub.c.tract*.2.

l.Si in ſtipulatum.17.

Nota hic nouari poſſe debitum ex cauſa iudicati.

l.Ariſto.18.

Donator non tenetur de euictione:ſed de dolo ſi interceſſerit Rim.*inſt.de donat*.§ 1.*numero* 108. vide Doct.*ad l.Iulianus,§.qui fundũ D.de verb.oblig*.Aret.*in 3.colũna,ad fin*.vt Iaſ. *ad l.Iuriſgentium in principio,numero* 9.*verſ. tenendo de pact*.

Vide Iaſonem *in l.qui Romæ.§.Flauius ſuper Gloſſ.in verbo conuenit,num* 12.*&* 15.Ad §.fin. vide Doctores *in l.Iulianus, §.qui fundũ D.de verb.oblig*.limitantes illum textum maximè Aret.*in 3.col.in fine*,& Iaſ.*in l.iuriſgẽtium in pr.* 7.*&* 9.*verſ.tenendo iſtam partem*.

l.Hoc iure.19

Ob cauſam datio non eſt donatio.

l.Si patronus.20.

Cuiacius *ad Nou.1.folio* 359.

l.Vt mihi.21.

Cuiacius *ad tit.de condict.ex lege*.

l.Eum qui.22.

Gilbertus Regius *libro* 2.*Enantiop.cap*.8.

l.Modeſtinus.23.

An vſuræ pacto donari poſſint,quærit Glo. hic.

*Tractare autem ſolent hic Doctores materiam inſinuationis, qua de re copioſum tractatum edidit Antonius de Canorio.

§.Modeſtinus.1.

Tract.9.*folio* 151.*numero* 19.

l.Fideiuſſori.24.

Exceptiones rei coherẽtes,etiam fideiuſſori competunt.

l.Si tibi dederim.25.

Nota hic æquitatem præferri iuri ſtricto.

l.Nuda ratio.26.

Quæ dicatur nuda ratio.declarat hic Gloſ. quam vide.

l.Aquilius.27.

Alciat.*lib* 2 *parerg.cap* 49. Cuiac.*obſ.lib*.17. *cap*. 3.Clarus *d.§.q*.3.In materia ad hunc textum late & notanter Dec.*cõſ*.355.*diſpoſitum* 1. *&* 2 *q*.præcipuè quod nõ intelligitur de ſeruitute vſus,quę in iure cõſiſtit,ſed de nuda facultate & cõmoditate quæ in facto eſt,ſecundum Cont.intelligũt ſcribentes,adde etiam ad hunc textum Rim.princ. *Inſt.eod.tit. num*.76 93.*&* 161.*&* *ad* 1.*num*.475. Bald.*ad leg.ſed etſi leg.§.cõſuluit de petit.hæred*. Fal.*Inſt. de oblig.2.col.verſ.quarto impedit,folio* 352 *& folio* 341.Arius Pinel.*C.de bon. matern.folio* 151. *poſt numerum* 16.*tract.9.numero* 16.*folio* 151.

Vide Bald.*l.ſed etſi lege, §.conſuluit,de petit. hæred*.Gloſſa *in verbo non more*.Limita *in d.l. Sed etſi lege,§.cõſuluit*,de quo per Port.*Inſtit. de donat.§.1.ſuper gloſ.in verb.inuenit*.Et vide omnino Bal.*in l.iuriſgẽtiũ, §.ſi ob maleficium verſ.opp*.quod nunquã;& ibi ad Nicoſtratum præceptorem,aliàs prætorem. Quæ lectura ſit melior, vide *lib*. 2. *capite* 49. apud Alciatum.

Digitized by Google

l. Hæreditatem. 28.

Vide Ruinum *in* l. 1. §. *& ſtipulati, in* 2. *not. de verborum oblig.*

l. Donari. 29.

Hinc colligunt Doctores, Donationis verbum liberalitatem innuere.

§. Quidam. 1.

Perperam hic noua lex inchoatur. Aug. *li.* 3. *ca.* 1.

l. Nam ei. 30.

Indigno quod aufertur fiſco applicatur.

l. Donationes. 31.

Papon. 1. *notar. libro* 5. *tit. des donations, folio* 362. *&* 363.

§. ſpecies. 1.

Menochius *de arbit. iudic. libro* 2. *cap.* 88.

§. Ratæ. 2.

Contius in dicto *libro ſing pag.* 21.

l. Lucius. 32.

Couarruuias *libro* 3. *variar. reſolut. capite* 15. Menochius *de arbit. iudic. lib.* 1. *q.* 63. Cuiacius *obſeruationum, libro* 17. *cap.* 33.

Vide Gloſſ. Bart. & Doct. *in* l. *Aquilius, D. de donationibus. pagina* 934. *numero* 5. Couarruuias *reſolutionum* 370. *&* 371. A. B. C. D. & deinceps Connanus.

l. Qui id. 31.

An mutus & ſurdus ad pias cauſas teſtari poſſint, vide Tiraquellum 9. *priuil. pia cauſa.*

l. Si pater. 34.

Paulus *libro* 5. *ſent. tit.* 11. §. 6.

§. ſi quis. 1.

Prateius *inuerſ. cap.* 5. Alexander ab Alexandro *genial. dier. lib.* 5.

l. Ad eum. 35.

Ad gloſſam magnam in fine, vide Bartolum *in* l. 1. §. *ſtipulatio, in col. fin. circa medium, D. de verb. oblig.*

Tit. 6. De mortis cauſa donationibus.

Clarus *donatio. quæſt.* 4. *&* 9. 5.

l. Mortis cauſa. 1.

Aug. *lib.* 4. *emend. ca.* 8. vide Bart. *in* l. 2. §. *ſed ſi quis, de donat.* Caſtrenſ. *in* l. *fi. de ſolut. matr.*

l. Iulianus. 2.

¶ Vide quibus caſibus procedat illud, an morientium volũtates ſint in pẽdenti: Ioan. Fabr. *de inutil. ſtipulat. col.* 2.

l. Mortis cauſa. 3.

Menochius *de arbit. iud. libro* 2. *c.* 61.

l. Aut ætate. 5.

Menochius *de arbit. iud. libro* 2. *cap.* 60.

l. Hæc enim. 6.

Alexander *conſilio* 14. *volumine* 1. l. *vbi ita de natur.* ⁊. *eod.*

l. Si aliquis. 7.

Donatio timore pœnæ ſuæ mortis à iudice inferendæ facta reuocatur.

l. Qui pretio. 8.

Graſſus *libro ſententiarum*, §. *Falcidia, quæſt.* 8. *in fine.*

l. Omnibus. 9.

Capax quis ſit necne inſpicitur tempus mortis Gloſſ. *in* l. 15. ⁊. *eod.*

l. Et cui. 10.

Alteri quam inſtituto ſubſtitui poteſt.

l. Mortis cauſa. 11.

Mortis cauſa per calumniã poſſeſſionem petentis pœna quæ, Gloſſa hic.

l. ſi mulier. 12.

Quid dicatur mortis cauſa capi, declarat hic Paul. de Caſt.

l. ſi alienam. 13.

Mantic. 1. *de coniect. vltimar. volunt.* 13.

l. ſi mortis. 14.

Graſſus §. *donatio mortis cauſa, q.* 21. *in fine.*

l. Marcellus. 15.

In parte Rub. *numero* 21. *col.* 2. *folio* 239. Couarruuias *in* 4. *decret.*

l. Mortis cauſa. 16.

Cuiacius *libro* 10. *obſ. cap.* 28.

l. Etſi debitor. 17.

Conſilium fraudandi vnde colligatur, declarat hic Gloſſa.

l. Mortis. 18.

Oldrad. *conſilio* 139.

l. ſi filiuſfamilias. 19.

Vide Gloſ. *in* l. *fin. & de vſufruct. gloſſ.*

l. Ei qui. 20.

In explicatione huius textus non conſentiunt inter ſe doctores.

l. Eum qui. 21.

An legata valeant, non adita hæreditate, vide hic Gloſſam.

l. in mortis. 22.

Dum dicit quod nõ cadit in aliquam ſpeciem

ciem donatio ſeu mortis cauſa capio illa, de qua ib: Imola, videtur contrarium per ea quæ notant Doct. *in Rubr. de legat.* 1. *circa* 3. *definitionem* legati, qui dicunt, quod non poteſt negari, quin ſit commoditas quædam: & propterea poteſt appellari donatio, ſicut etiam legatum eſt donatio quædam.

¶In mortis cauſa donatione in dubio præſentia donatarij non præſumitur, ſicque non valet donatio ſecundum Paul. Caſt. *in l. illud, num.* 6. *cap. de ſacroſ. eccle.*

l. Si filiofamiliâs. 23.

Cuiacius *libro* 2. *tract. ad Affrican. folio* 21.

l. Quod debitori. 24.

Cuiacius *libro* 9. *tract. ad Affrican.*

l. Tam is. 25.

Hic locus aliter poteſt intelligi, quàm hic intelligatur *per Glo. & commu. do.* 4. vide Ruinum *in l.* 2. *colum.* 17. *de leg.* Item alium penitus intellectum Raphael Cuman. hic refert Iaſ. *in l.* 1. *ſeruum, nu.* 8. *cap. qui teſtamenta facere poſſunt.* Vide ad quid alleget Bart. hunc textum *in l. ex hac ſcriptura, in fine verb. de donat.* Ad § 1. vide Doctores *in l.* 2. & maximè Soc. Iun. *numero* 13. *de legatis* 3. Rubr. *numero* 6. *col.* 4. *folio* 232. Couar. *in* 4. *decret.*

*§. Filiusfamilias.

* Filius poteſt donare cauſa mortis patre permittente, ſed teſtatori non, vide Crem. *not.* 70. Crauet. *conſ.* 92. Cæpol. *caut.* 113. Socin. *reg.* 153. Ioan. Dilect. *in tract. de art. teſt. titu.* 1. *caut.* 1. Tiraq. *poſt ll. connub. glo.* 7. *nu.* 9. *glo.* 5. *nu.* 93. *in fin. & glo.* 8. *nu.* 144. & 117. Rim. *ad princ. inſt. de donat. num.* 499. Capel. Tholoſ. *deciſ.* 10. & ibi in addit. ad eam. Socin. *ad l.* 2. *num.* 8. *de leg.* 1. vbi de ratione, quare hoc fuerit inductum, poſt Io. Pet. *ad l. pen. Cod. qui teſtam. fac. poſſ.* Ponta. *ad d. l.* 2. *num.* 11. *cum ſeq.* & ibi Soc. Iun. *num.* 13. Quo ad bona aduentitia, in quibus patri non quæritur vſusfructus, vide Alex. *ad l. pen. C. qui teſtam. fac. poſſ.* & ibi Iaſon. poſt Rom. *ad Auth. ſimiliter C. ad leg. Falc.* & Rom. *conſ.* 112. Aymon. Crauet. *d. conſ.* 92. Adde quod eiuſmodi donatio non reuocatur pœnitentia vnius tantùm, ſed requiritur conſenſus patris & filij quemadmodum in faciẽdo. Guid. Pap. *q.* 223. Tiraq. *d. ll. connub. gl.* 3. *nu.* 83 *q.* 6. Contrarium quod pater ſolus poſſit reuocare poſt Bar. & alios in locis de quibus ibi Ponta. *ad d. l.* 2. *num.* 14. *in fi. ff. de leg.* 1.

l. Si quis. 26.

Sarmientus *libro* 2. *ſelect. cap.* 5.

l. Vbi ita. 27.

Nicolaus Valla *de reb. dub. tract.* 23. Corraſ. *tomo* 2. *pag.* 257. Guterius *reſolut. parte* 1. *ca.* 12. *nu.* 12. iunge l. *cum precario, D. de precar. fo.* 106. 357 359 361. & 362. *reper.* 5. Vide Crot. dantem nouum intellectum *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. in* 18. *coll. poſt medium, de verb. oblig.*

* Quando in donatione in qua ſit facta mentio mortis apponitur clauſula quod non poſſit reuocari vtrum ſit cauſa mortis vel inter viuos Dec. *ad l. fin. num.* 21. *C. de pact.* Alex. *conſ.* 14. *lib.* 1. Dec. *conſ* 239. *col. fin.* & 306. & 420. *duo dub. pri. col.* 1. *dub.* Ruin. *ad l.* 1. §. *nunciatio, num.* 165 *ff. de nou. oper. nunt.* Iacob. Nig. *ad l.* 1. §. *ſi quis ita, num.* 81 *ff. de verb. obli.* Didac. *ad Rubr. de teſtam.* 2 *part. num.* 11. & 13. pro intellectu textus vide Socin. Iun. *conſ.* 114. *nu.* 10. 13. & 15. *l.* 3..

l. Auunculo. 28.

Ioannes Aurpachus *libro* 4. *epiſtolarum capite* 1.

l. Si mortis. 29.

Vide l. 3[illegible]. 2. *ſup. de vſur.*

l. Qui mortis. 30.

Nota hic differentiam legati, fideicommiſſi, mortis cauſa capionis, & donationis.

l. Mortis cauſa. 31.

Mynſing. 7. *reſponſ.* 69. *numero* 1.

§. Iuliano. 1.

Nota hic quod pauper ſibi ſoluendo eſt.

§. Siue. 2.

An & quæ dicatur receptitia, vide Vlpian. 6. §. 5. Gellium *libro* 17. *cap.* 6.

§. Si iuſſeris. 3.

Gellius *libro* 17. *cap.* 6.

l. Non videtur. 32.

An quot, & quibus modis donatio perfecta dicatur, vide hic Gloſſam.

l. Qui alienam. 33.

Pro intellectu huius legis, vide Bart. hic.

l. Mortis. 34.

Graſſus §. *donatio cauſa mortis, q.* 2.

l. Senatus. 35.

Plinius *libro* 35.

§. Donatio. 1.

Alciatus *libro* 2. *prætermiſſor.* Iacobus Curtius *libro* 1. *einaſ. ad collegam, cap.* 19.

l. Quod conditionis. 36.

Cuiacius *libro* 7. *obſ.* 24.

l. illud. 37.

Cuiacius *libro* 10. *capite* 18. An legatum abſenti relinqui poſſit, Gloſſa hic.

l. inter. 38.

Paulus 2. *ſententiarum, tit.* 23. §. *vlt.*

l. Si is cui. 39.

Mantic. 1. *coniect. vltim. volunt. tit. vlt.*

Digitized by Google

l.Si mortis cauſa.40.

Donatio mortis cauſa mera nõ trahitur retro.

l.Quod ſtatuliber.41.

In hanc legem Auguſtin.*lib.3.emend.c.fi.*

l.Seia.42.

Valla *dicto tract.2.*Cuiacius *libro 3.obſeruat. cap.*17 Gilbertus Regius *libro 2.enantioph.c.*8. *Antonius Faber *lib* 14.*coniect.cap* 18.

§.Cum pater.1.

Molinæus *ad legem* 1. §.*ſed ſi mihi, num.*83. D.*de verb.obli.*In dubio cenſetur donatio inter viuos & nõ cauſa mortis,niſi facta ſit mentio mortis.Iaſ.*ad l.qua dotis.num.26.ſol.matr.* Dec.*ad l.non omnes,nu.5.ſi cert.pet.* Ruin.*Inſt. de donation.in prin. nu.*319. limita vt per Cra. *in repet.rub.*D.*de leg.1.num.156. verſ.2.* & per Alex.*ad l.apud Ce*'.§.*ſi.*D.*de except.col.*

l.Fulcinius.43.

Vide Gloſſ. *in l.1.§.Celſus,ſup.de dote praleg.*

LIBER XL.

Titulus primus.

De manumiſſionibus.

Paulus 4. *ſent. tit.12.* Vlpianus 1.§.1.

l.Placuit.1.

Vide textum *in cap. in præſentia.extra de probat.*

l.Seruus.3.

Seruus pignori ſpecialiter obligatus manumitti non poteſt.

l.is qui.4.

Seneca 7.*de beneficiis.*Plinius *libro 8.epiſt.*

l.Si quis dicat.5.

Pœna imponenda à patre filio, legalem excedere non poteſt.

l.Qui pœnæ.8.

Fiſci & ſerui pœnæ differentia quæ.

l.Ælianus.9.

Alias incipit *hæc lex Iulianus.* *Cuiacius *libro* 10.*Cod.tit.*1.

l.Seruus.10.

Nota hic prohibitionem teſtatoris & iudicis æquiparari.

l.Lege.11.

Hæc lex lata fuit anno vrbis 571. Flauio & Claudio Coſſ.

l.Apud.13.

Parem eſſe & idem habere imperium differunt.

l.Mortis.14.

Cuiacius *libro 7.obſ.cap.17.*

l.Si quis.18.

Affectionis nomine nonnunquam aliquid indulgetur.

l.Cauſam.19.

Quid ſit iniicere manus,pulchrè Bud.*ſupra de emanc.l.vlt.*

l.ſeruum.20.

An prohibitio fundi dotalis, extendatur ad res quæ ſeruando,ſeruari non poſſunt,vide Bart.hic.

l.Gaius.22.

Ang.*in l.apud Celſum,§.in hac,ſup.hoc tit.*

l.Lege Iunia.23.

Huius legis mentio fit, *in l.11.§.11. infra ad legem Corn.de ſicariis.*

l.Iuris.24.

Nota hic infantem manumitti poſſe.

l.Seruum.25.

Manumittendi plures modos nota hic.

Tit.2.De manumiſſis vindicta.

Alexander ab Alexandro *genial. dier.lib.4. c.*10. Ræuardus *libro 4.variar. c.9.* Fornerius *lib.1.ſelect.cap.5.*

l.Apud.1.

Trium vicem an quis ſuſtinere poſſit,vide Gloſſam,*in l.3 infra eod.*

l,ſi minor.2.

Vide Vlpianum 1.§.16.& Cuiacium ibi.

l.ſi pater.4.

Cagnolus *de regulis iuris,folio* 237.

l.An apud.5.

Cuiacius *libro 7.obſ.cap.17.*

l.ſeruus.6.

Auguſtinus *libro 1.emend.cap.2.*

l.Non eſt.7.

Cuiacius *libro 16.obſ.cap.8.*

l.Ego.8.

Cuiacius *libro 6.obſ.c.20.*

l.Iuſta cauſa.9.

Cauſa infamiæ & vitæ æquiparantur. Intelligę vbi eſt eadem ratio, vt per Corraſiũ *libro 4.Miſcell.iur.ciuil. cap.2. numero* 20. vide Alciatum *reg.3.præſump.ſi.num.2.* Decium *ad l.in actionibus,nu.21.D.de in lit.iur.*

l.Sur-

Digitized by Google

l.ſurdi.10.

Repetitionum 3.*fo*.544.*numero* 19.

l.ſi minor.11.

Vide §.5.*Inſt.quib.mod.manum.non licet.*

l.Si collectaneus.13.

Suet.*in Nerone,cap*.36.Iuuc.*Satyr*.10.

*Vide 3.§.5.*ff.de off.pret.vig.*

l.Alumnos.14.

Gilbertus Regius *libro* 1.*enarr.c*.29.

l.Etiam.15.

Iuriſdictionis contentioſæ, & voluntariæ differentia,Gloſſa *in* l.7.*ſ.eod.*

l.Illud.16.

Ræuardus *pro trib.c*.17.

l.Apud.17.

Cuiacius *libro* 1.*obſeruationum capite* 1.*& libro* 15.*cap*.19.Ioannes Robertus *libro* 1.*recep. lection.capite* 28.

*Vide *l*.2.§.1.*ſ.de off.proconſ. & leg.*

§.Apud collegam 1.

Auguſtinus *libro* 4.*emend.cap.ult.*

l.Si minor.1[illegible]

An libertas aliquando retrotrahatur, notat Gloſſa hic.

l.Si rogatus.20.

Ræuardus *pro tribunal ſingulari cap*.5. Gilbertus Regius *libro* 1.*enarr. cap*.29. *in* l.*cauſam minor*.20.*annis*,D.*de manumiſſ*.98. Connanus.

l.Apud.21.

Ex conſtitutione Auguſti,præfecto Ægypti,qui & dicitur præfectus Auguſtalis ſpecialiter datur, vt ſerui apud eum manumitti poſſint ſolemni ordine.

l.Pater.22.

Tiraq.*ad leg.connub.gloſſa* 8.*numero* 183.

l.Manumiſſio.23.

Vindicta quæ ſit,vide Boet.*in Topic.Cicer.*

l.Pupillus.24.

Nota hic infantem dici,qui minor eſt ſeptem annis.

l.ſi tutoris.25.

Fufidij mentio fit *in* l.5.*ſupra de auro & argento legato.*

Tit.3. De manumiſſionibus, quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus imponuntur.

Sic *Cod.de ſeruis Reipublicæ manumit*.7.9.

l.Diuus.1.

De collegio & quæ dicantur collegia prohibita Gloſſa hic.

l.Quare.2.

Vide *cap.cum in ſpeciali,de appell.in* 6.

l.ſeruus 3.

Ciuitas an æquiparetur pupillo,&reſtituatur more minorum,Bart.hic.

Tit.4. De manumiſſis teſtamento.

Vide omnino Ruinum *in* l.1.*columna* 18.*de legatis*.1.

l.ſi quis ita.2.

Vide Alciat.*libro* 2.*in* 3.*clar.de vulg.& pup.*

l.Si quis ita.4.

Sarmientus *lib*.2.*ſelect.cap*.1.

*Emendatur & explicatur hæc lex ab Antonio Fabro *lib*.15. *coniecturarum capite* 17.

l.in libertatibus.5.

Nota hic differentiam libertatum directarum & fideicommiſſarum.

l.ſi fructuarium.6.

De intellectu huius legis,vide Imol.*in* l.*ſi ſeruus Titij,de legat*.1.

l.Neratius.7.

An libertas quandoque retrotrahatur, Gloſſa hic.

l.ſi ita ſit.8.

Repetitionum 6.*fo*.353.*numero* 52.

l.ſi quis ita.9.

Vide textum *in cap*.2.*extra de furtis.*

l.ſi peculium.10.

Nota hic quod generi per ſpeciem derogatur.

§.ſi ſeruus.1.

Cuiacius *libro* 17.*obſ.c*.38.

l.ſi legato.11.

Gloſſa *in cap.cum omnes extra de conſtit.*

l.ſi quis libertatem.12.

Cuiacius *libro* 13.*obſ.capite*.22.

l.ſi ita fuerit.13.

Ad eius intellectum,vide Bartolum & Doctores *in* l.*qui ante Kal.de verb.oblig.*

§.idem quæri poteſt.1.

Fornerius *ſelect.c*.5.

§.Hæc quæſtio.2.

Ad quid allegetur, vide Bartolum l. 4.§. *Cato,in* 9.5.*de verb.obl g.*

Digitized by Google

l. ſtichum. 15.

Nota hic libertatem eſſe fauorabilem.

l. Si ita. 16.

Robertus 3. *animaduer.* 26. Anton. Mercat. 3. *notat.* 26.

l. Libertas. 17.

Emanuel Coſta *libro* 2. *ſelect. cap.* 5. vide quę circa hanc legem dicit Bartolus *in* 17. *colum. verſ. oppono per ordinem, de verb. oblig.*

§. Poſt annos. 3.

Fauorabilis ſenſus in dubio accipiendus eſt.

l. Qui duos. 18.

Gellius *libro* 6. *capite* 13.

§. Hæc conditio. 1.

Coſta *libro* 1. *ſelect. cap.* 14.

l. Quidam. 19.

De lectione huius loci I. Pac. hic.

l. ſeruos. 20.

Vide in hanc legem Cuiacium 1. *ad Affrican. folio* 8.

l. ſtichus. 21.

Cuiacius 4. *ad Affrican. folio* 49.

l. Qui filium. 22.

Coſta *libro* 2. *ſelect. cap* 10.

l. Teſtamento. 23.

Iunge hic l. 25. *infra eod.*

l. Nominatim. 24.

Demonſtratio vice nominis fungitur.

l. Teſtamento. 25.

Paulus 4. *ſent. tit.* 14. §. 1.

l. Qui potuerint. 27.

Inſtitutionis iure licet, quod alias no liceret.

l. ſtichus. 28.

Cuiacius *libro* 14. *obſ. cap.* 32. vide Iaſonem *in* l. *filius.* §. *diui.* multipliciter limitantem illam legem *numero* 39. *de leg.* 1. & ad eius intellectum, vide Ruinum *in* l. *ſi quis, in* 23. *chart. de verb. obli.* & eundem *in* l. *centurio, in* 13. *char. de vulgar.* Bart. *in* l. *filius*, §. *diui, colum.* 2. *de legatis* 1. *folio* 180. *numero* 65. *repet.* 6.

l. Vxorem. 29.

Alciat. *lib.* 4. *diſpunct. cap.* 1. ibi *nomine patris vocantis.* vide Naſ. *in* l. 2. §. *appellata, in* 2. *collat. ſi cert. petat.* qui exponit illa verba, quòd fuit vocatus tanquam filius ipſius, vtputa talis filius Titij, non quòd haberet nomen patris, prout videtur voluiſſe Bald. *in c. tuam. in pen. coll. de ord. cogn.* quod probatur in illo textu, ſecũdum quod voluit Iaſ. *in Rubr. ſoluto matr.* Emendatur hæc lex ab Antonio Fabro *lib.* 15. *coniect. cap.* 18.

l. ſi ſerui. 30.

Antonius Auguſtinus *lib.* 3. *cap.* 1. ait in libro Flor. ſequentes leges fuiſſe tranſpoſitas. Sed verum earum ordinem literis græcis fuiſſe indicatum.

l. Cum ex pluribus. 31.

In hunc locum Quintilianus *libro* 7. *Inſt. orator. cap. de ambiguo ſeu amphibologia.*

l. ſciendum. 32.

Vide textum ſingularem *in* l. *ita tamen*, §. *ſi pater, D. ad Trebell.*

l. Libertas. 33.

Libertas ex die non ad diem dari poteſt, vt Gloſſ. *in* l. 18. *ſupra eod.*

l. ſeruius. 35.

Quædam noſtra dici poſſunt, non modo re: ſed etiam ſpe.

l. Nominatim. 37.

Paulus 4. *ſent. tit.* 14. §. 1.

l. Libertas. 38.

Libertas quomodo teſtamento ſeruo darĩ poſſit textus hic.

l. Stichus ſeruus. 39.

Bartolus & ibi Iaſ. *in* 1. *lect. ad* l. *filiusfam.* §. *diuid. de leg.* 1. *num.* 39. *& ſeq. & in* 3. *lect. numero* 56. & ibi Rip. *num.* 44. *& ſeq.* Iacob. de Nig. *ad* l. 1. §. *ſi quis, numero* 65. *D. de verb. oblig.*

l. Iulianus. 40.

Albericus *in* l. *ea lege, Cod. de condict. ob cauſ.*

§. Sed & cum. 1.

Ant. Aug. *libro* 2. *emendat. cap.* 2.

l. ſi ita fuerit. 41.

Roman. & Alex. *in* l. *qui bona*, §. *vlt. ſupra de damno.*

l. Si quis. 42.

Adde l. *Celſus, ſupra de arbit.*

l. Libertates. 43.

Codicilli confirmantur expreſſè vel tacitè.

l. Mæuia. 44.

De modo & conditione, vide hic Gloſſ.

l. Quod vulgo. 45.

Cap. *penult. extra de vit. & hon. cler. in* 6.

l. Ariſto. 46.

Vide Socin. poſt Bart. *in* l. *ſi cognatis, in* 4. *col.* 10. 13. *verſ. quinta concluſio cũ ſeq. D. de reb. dub.* Bart. *in* l. *fin. in pen. & vlt. coll. in fine, D. de condict. cau. data.* vide textũ *in* l. *intercedit*, qui in contrariũ facit, niſi dicas quod illa loquitur de libero: hæc in ſeruo, *D. de cond. & demonſt.* vel alias ſolue vt colligitur *ex* l. *ſeruus, in pr.* D. de

Digitized by Google

D.*de pœnis,& in* l.*in ſeruos,Cod.eod.tit.* vide tamen textum contrarium *in* l.*prædia,*alias *padius,* §.1. *D.de incend.ruin.nauf.*

l. Cum ex falſis.47.

Plinius *6.epiſtol.*vide Cuiacium hic.

*Optimè explicatur ab Antonio Fabro *lib. 15.coniecturarum cap.*18.

l. ſi ſocius.48.

Cuiacius *lib.3.obſ.capite* 13.

l. Quod diuo.50.

De lectione huius loci, vide hic Iul.Pacc.

l. Teſtamemento.51.

Baldus *in* l.2.*de manum.vind.*

l.Imperatores.52.

Tiraquellus *priuil.49.pia cauſa.*

l. Lucius Titius.53.

Emanuel Coſta *libro 2.ſelect.c.*10. Menoch. *de arbit.iud cent.3.caſ.209.*

l.Qui habebat.54.

An error in ſyllaba noceat,vide *cap.ex parte extra de fide inſt.*

l.Libertate.55.

Tiraquellus *priuil.57.pia cauſa.*

l. ſi quis 56.

Vide l.*vlt.C.de codicillis.*

l. ſi locuples.57.

Pro intellectu huiꝰ loci, vide Albericũ hic.

l. Verum.58.

Hæreditas vicem perſonæ ſuſtinet.

l.Titia.59.

Vide Terent.*in Andria.*

§.Lucius.2.

Vide ad hunc textum Alciat.*lib.5.paradox. cap.*4.Eman.Coſta *libro* 1.*ſelect.ca.*25. Forcat. *Necyom.dial.93.n.3.*Vvaltherũ *libro 2.miſcel.c.* 18.Bellon.*lib.2.ſupput.cap.*17.Eucrard.in loco à contrario ſenſu *in 2. q.1.* Doct.*ad* l. *actione,* vbi Dec.*col.2.num.5. Cod.de tranſ.* Ioan. Crot. *ad* l.1.§.*ſi ſtipulanti, numero 2. D. de verborum obligatio.* Didac. *de teſt. parte 2. c.* 4.§. 1.*nu.9.*

l. Teſtamento.60.

Gloſ.*in* l. *quidam teſtamento, ſupra de leg.*1.

l. ſcio. 61.

Emanuel Coſta *libro 2.ſelect.c.5.*

Tit. 5. De fideicommiſſariis libertatibus.

Vide Alciat.*libro 1.diſpunct.cap.*14.

l. Si quidam.1.

Abeſſe ex iuſta cauſa qui dicantur, notat hic Gloſſa.

l.ſi quis.2.

Vide Alberic.*in l.ſancimus.Cod.de verborum ſignif.*

l.Ergo quandiu. 4.

Hæreditate non adita ſeruus accipere non poteſt bona libertatum.

§.Si is qui.1.

Ad hunc §.vide Bal.*in c.1.verſ.modo venio ad Gloſſ.in tit.hic finit.text.in princ.in 4.coll.ornat ſub numer.5.folio* 163. Cagnolus, *de regulis iuris.*

*§.Eadem conſtitutio.

* Caducis legibus. Non autem *caducis legionis.* Cuiacius *ad l.3.Cod.de bon.vac.lib.*10.

§.Hi qui ad libertatem.2.

Alex.ab Alex. *genial.dier.libro 3.c.15.*Turnebus *libro 7.aduer.c.*21.

l.in fideicommiſſariis.5.

Vide hic Albericum ad faciliorem huius loci intellectum.

l.Decem legata.6.

Forcat.*Necyom.dial* 45.

l.ſi cui legata.7.

Hæc lex deſumpta eſt *ex tit.de rebus auth. iud.poſſ.*

l.Cum fidei.9.

Cuiac.*libro 15.obſ.c.5.*

l.Quidam.10.

Semel extitiſſe conditionem ſufficit.

§.is cui.1.

Vide Bar.*in l.filiofam.* §.*diui,in 6.char.in prin. de leg.1.*

l.Ex cauſa.11.

Paulus *4.ſent.tit.13.§.vlt.*

l.Imperator.12.

Vandus *libro 2.var.quæſt.quæſt 23.*

l.Si prægnans.13.

Nota hic morã aliquando eſſe fortuitam.

l.Lucius Titius.14.

Menoch.*de arbit.iud.libro 1.q.8. à num.7.*

l.ſi quis.15.

A ſene manumitti,quàm à iuuene cur magis interſit Gloſ.hic.

l.Libertates.16.

Cuiac *ad 4.Paul.1.§.6.*

l.Cum tibi.17.

Alciatus *libro 1.diſpunc.c.*8.Cuiacius 13.*obſ. cap.*16.Aug.*libro 1.emend.c.2.*

Digitized by Google

l. Apud Iulianum. 20.

Auguſtinus *libro* 1. *emend. ca.* 8. Cuiacius *lib.* 13. *obſeruation. c.* 16.

l. Rogo ne. 21.

Cuiacius *libro* 15. *obſ. c.* 5.

l. Si legatario. 22.

Menoch. *de arbit. iud. q.* 7.

l. Fideicommiſſaria. 23.

De intellectu huius legis, vide Iaſ. *in* l. *ex parte matris*, C. *de milit. teſtamẽto*, & Socin. *in* l. *utrum* §. *quãdoquidem*, *de rebus dub.* circa prin. *D. de fideicom. liber.* vbi Iuriſconſulti reſponſa duo in ſpeciem pugnantia conciliantur, *folio* 150. *numero* 30. *repetitionum* 1. *folio* 300. Couar. *in* 4. *decret.*

§. Etiam fideicommiſſaria. 3.

Ibi, *ſi re meruerint*, *l. ge ſi demeruerint*. per Alciat. *libro diſpunct. c.* 14.

l. Generaliter. 24.

De differentiis fideicommiſſariæ libertatis, & fideicommiſſi pecuniarij, vide Cuiac. *libro* 15. *obſ. c.* 5.

§. Si petitum. 7.

Ad hunc §. vide Ruin. *in d.* §. *diui*, *& quæ ibi addidi ſupra de legatis* 1. & ibi Barto. *vt ſupra*, & Iaſ. *in* 2. *lect. num.* 41. & Ruin. *coll.* 10.

§. Si quis. 9.

Ad eius intellectum & rationem deciſionis, vide Ruin. *in leg. prima*, §. *& ſi quis* 23. *char. D. de verborum obligation.* Alc. *lib. primo parad. c.* 4. *ad* §. *cogetur.* Alciat. *lib.* 1. *diſpunct.* vide declarationem huius §. per Iaſ. *in* l. *filius*, §. *diuus*, *de leg.* 1. *num.* 4. Alias *in* l. *cum filio*, *de leg.* 1. *n.* 40. §. *generaliter*, *in Auth. quib. mod. natur. effic. ſui.* vide Socin. *regul.* 158. Bartol. *in* l. *quidam*, *in* 2. *col. verſ. oppo. de verborum oblig.*

*Antonius Faber *lib.* 15. *coniect. capite* 16.

§. Si quis ſeruo. 10.

Molinæus *ad* l. 1. §. *ſi quis ita*, *n.* 73. *D. de verb. oblig.*

§. Quoties autem 21.

Alciat. *libro* 1. *diſpunct. c.* 14. *& lib.* 20. *parerg. cap.* 14.

l. cum verò. 26.

Mora re fieri dicitur quæ fit ſine interpellatione.

l. Si cum ſeruum. 28.

Vide l. *Fulcinius quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur.*

§. Si quis ſeruum. 4.

Ræuardus 2. *&* 3. *cap. pro tribun.*

l. ſi quis. 29.

Cuiacius *libro* 18. *obſeruation. c.* 19.

l. Cum quaſi. 30.

Abeſſe ex iuſta cauſa mortuus intelligitur.

§. ſi infans. 1.

Gilbertus Regius *libro ἐναντιοφ. c.* 20.

l. Alieno. 31.

Nota hic vendere ſumi aliquando pro alienare.

l. ſed ſi. 32.

Rem ſimul ac precium amittere periniquum eſt.

l. Gaij Caſſio. 35.

Curtius ad fratrem *eiuſ*. *libro* 1. *c.* 52.

l. Neque. 36.

Vide Paul. *libro* 4. *ſententiarum*, *titul.* 15. §. *vltim.*

l. ſi purè. 37.

Franciſc. Viui. 1. *commun. opin.* 259.

l. in teſtamento. 38.

Adde Marſ. *ſing.* 351. *Amicitia* Annib. de Cano *ad* l. *nemo po eſt*, *numero* 476. *&* 479. *D. de leg.* 1. Matheſ. *in tract. de elect. vel. opi. nu.* 7. vide Gloſſ. *in* l. *eam quam*, *in verb. traditur*, *C. de fideicom.* & Matheſ. *in trac. ſuo de elect. melio. opin. columna* 2.

l. Paulus. 39.

Iſta gloſſa reprehenditur per Bartolum, *in tract. ad reprimendum. in verb. videtur.*

§. Paulus. 1.

Vide Bart. *in* l. *ex hac ſcriptura*, 3. *coll. in fi. de donationib.*

l. Lucius. 40.

Vide Barto. *in Auth. quibuſcunque*, *C. de ſacroſ. eccleſ.*

l. Thais. 41.

Felin. *in cap. canonum ſtatuta*, *extr. de conſt.*

§. Lucius. 1.

Folio 71. *numero* 119. *repetitionum* 2. *folio* 92. *numero* 188. *repetitionum* 2.

§. ſorore ſua. 4.

Alciatus *libro* 1. *diſpunct. cap.* 27. Menoch. *de arbit. iud. lib.* 1. *quæſtion.* 8. *à nume.* 7. Benuenut. *ſuper tit. manda. numero* 34. *folio* 162. *deciſionum Capitij.*

§. Lucius Titius. 6.

Menoch. *d. q.* 8. *à num.* 14.

§. Libertatem. 10.

Cuiacius *libro* 2. *obſ. c.* 1.

§. intra. 12.

Folio 444. *numero* 322. *repetitionum* 6.

§. Ab

Digitized by Google

§. Ab hæredibus. 13.

Cuiacius *d. cap* 1.

§. Spondophorus. 16.

Alciatus *libro* 8. *parerg. cap.* 18. *& lib.* 12. *parer. cap.* 5.

l. Antoninus. 42.

Vide l. 14. *ſupra de manum. teſtam.*

l. Fideicommiſſa. 43.

Vinculorum iniectione libertas auferri videtur.

l. De libertate. 44.

*Paulus *lib.* 4. *ſ. nt. tit.* 12. §. 5.

l. si debitor. 45.

Vide hic Antonium Auguſtinum.

l. Fideicommiſſa. 46.

Emanuel Coſta *libro* 1. *ſelect. cap.* 21. *&* 22. Sarmientus *ſelect libro* 2. *c.* 6. Menoch. *libro* 1. *de arbit. iud. q.* 8. *à num.* 2.

* Faquineus *controuerſiarum iuris libro* 5. *cap.* 59.

§. sed etſi. 2.

Iunge hic *l.* 43. §. *pen. ſup. de leg.* 1.

§. Quod ſi ita. 3.

Alciatus *libro* 1 *diſpunct. c.* 24.

l. si pater. 47.

Cap. *Quintauallis, extra de iureiur.*

l. Cum in. 48.

Cuiacius *libro* 9 *ad Affricanum fol.* 223.

l. si is cui. 49.

Vlpianus 2. §. 8.

l. si ſeruus. 50.

Libertas in obſcuro præualet.

l. Non tantum. 51.

Quale verbum ſit *Succedo*, vide hic Bart.

§. ſi alienum. 2.

Coſta *libro* 2. *ſelect. cap.* 22.

l. ſi quis. 53.

Ioannes Aurpachus *libro* 4 *epiſt. c.* 8.

l. ſi mater. 54.

Mater manumittere filium quando poſſit, vide hic Gloſſam.

l ſed etſi. 55.

Nota hic poſthumos exhæredari non poſſe.

l Lucius. 56.

Copioſè hanc legem explicat Bartolus hic quem vide.

Tit. 6. De ademptione libertatis.

¶Sicut libertas dari, ita etiam adimi poteſt.

l. Cum. 1.

An & cur adimatur libertas, vide hic Glo.

Tit. 7. De ſtatuliberis.

¶Vide Vlpian. *tit.* 2.

l. ſtatuliber. 1.

Obſcuritas rationum non impedit libertatem competere ſi ſtatuliber paratus eſt pro cis ſatiſdare, vide Aret. *conſ.* 142. *ad fin.* Iaſ. *ad legem quod te, num.* 5. *D. ſi certum pet.* vide *rubric. extra de teſta.* 3. *par. numero* 24.

l. Qui ſtatuliberi. 2.

Vlpianus 2. §. 3.

§. sed impuberis. 1.

Vide Iaſ. *in l. qui Roma,* §. *duo fratres, colum.* 28. *verſic* 70. *quærit, Bartol. numero* 3. *de verbor. oblig.*

§. Quocumque. 4.

Emanuel Zoares *libro* 1. *obſ. c.* 35. Cuiacius *libro* 9. *c.* 17.

l. ſtatuliberos. 3.

Vlpianus 2. §. 5.

l. Cum. 4.

Emanuel Coſta *libro* 2. *ſelect. c.* 9.

§. Non eſt. 1.

Emanuel Coſta *libro* 1. *ſelect. cap.* 8. Auguſt. *libro* 2. *emend. cap.* 6.

§. Stichus. 4.

Auguſtinus *libro* 1. *emend. c.* 2.

l. Statuliber. 5.

De intellectu huius legis Pac. hic.

l. Si ſtatulibera. 6.

Rationum reddendarum conditio, partim in dando, partim in faciendo conſiſtit.

*§. 1.

* Vide Antonium Fabrum *lib.* 9. *coniect. c.* 8.

l. Vſusfructus. 7.

Vide Vlpian. 2. §. 3.

l. ita liber. 8.

Partes viriles pro numero perſonarum dantur.

l. Statuliberum. 9.

Vlpianus 2. §. 2.

l. illud. 2.

Ioannes Robertus *libro* 3. *ſententiarum iuris cap.* 10.

l. Si decem. 10.

Mendacij nomine an agi poſſit ad duplum, vide hic Gloſſam.

Digitized by Google

l. Si quis. 12.

Nota hic proportionem eſſe totius & partis.

l. ſi quis. 13.

Iuramenti conditio non remittitur.

l. ſeruus. 14.

An mora purgari interdum poſſit, vide hic Gloſſam.

l. Mortuo. 15.

Cuiac. *libro 9. ad Affricanum fo. 223.*

l. ſtatulibera. 16.

Seruum eſt quod ex ancilla naſcitur.

l. ſi decem. 17.

Qui tantundem debet domino, quantum ei dare iuſſus eſt, eo dato non liberatur.

l. ſi triennio. 18.

Fictio plus operari non debet, quàm veritas, *l. cum hæres, ſupra eod.*

l. Labeo. 21.

In redditione rationum continentur reliqua.

§. Pactum eius. 1.

Pithoeus *in notis ai fragment. iuriſconſultorum, pag. 76. 82.*

l. Qui. 22.

Accerſe huc l. *qui complures. D. de vulg.*

l. ſtichus. 24.

Coniunge cum *l. ſeruus, alias ſi ſeruus 68. D. de ſolut.*

l. Libertate. 26.

Sarmientus *libro 2. ſelect. cap. 1.*

l. Si is cui. 27.

Statuliber tranſit cum ſua conditione.

l. Statuliberi. 29.

Cuiacius *libro 1. obſer. cap. 37. & libro 2. cap. 7.* Sarmientus *libro 3. ſelect. cap. 1. &* 2. Pithoeus *in notis ad fragmenta iuriſconſult. pag.* 94. Alc. *lib. 3. parerg. cap. 22.*

l. ſi ita. 30.

Libertatis conditio deficere quandoque poteſt.

l. ſi ſeruo. 31.

Nota hic vocem *tum* non facere conditionem.

l. ſtatuliberorum 33.

Duriora, aliqui addunt *Deteriora.*

l. ſeruus. 34.

Pro intellectu huius loci, vide Hotoman. hic.

§. Imperator. 1.

Ræuardus *libro 3. varior. c. 20.*

l. Non videbitur. 35.

Cuiacius *libro 8. obſ. cap. 7.*

l. in tabulis. 36.

De lectione huius loci, vide Cuiac. *ſupra d. loco.*

l. ſtichum. 39.

Ræuardus *libro 2. varior. cap. 29.* Zoares *lib. 1. obſeruat. cap. 32.* Cuiacius *libro 9. obſeruation. cap. 17.*

§. ſi ſtichus. 4.

Vide Socin. *in l. in teſtamento, in coll. final. de cond. & demonſt. folio 53. num. 59. repet. 4.*

§. Si ſeruus. 5.

Pileus *quæſt. 97.*

l. Sticho. 40.

Alexander *lib. 1. genial. dier. c. 7.*

§. Titius. 7.

Folio 460. numero 176. repet. 6.

§. Argentarius. 8.

Alciatus *libro 1. parerg. cap. 24.*

l. Si quis. 42.

Cuiac. *ad Nouel. 12 pag. 383.*

Tit. 8. Qui ſine manumiſſione ad libertatem perueniunt.

l. Si ſeruus. 1.

¶ Adde ad hunc textum poſt Doct. *ad l. 2 de leg. 1.* Marſ *ſing. 63. donatio.* Corn. *conſ. 68. ardua, num. 12. volum. 3.* Rimin. *ad princ. Inſt. de donat. numero 683.* Soc. Iun. *ad d. l. num. 86.* Didac. Couarr *ad rub. extra de teſt. 3 par. num. 24. fol. 149. num. 75. repet. 4. par. rub. num. 24. col. 2. folio 240.* Couar. *in 4. decret.*

l. ſeruo. 2.

Harmen *libro 2. tit. 1. §. vlt.*

l. Qui ob. 5.

Plato *dial. 9. de legib.*

l. ſi quis. 6.

Neguſant. *tract. de pign. parte 2. membro 2.*

Tit. 9. Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt & ad legem Æliam Sentiam.

Vlpianus

Digitized by Google

Vlpianus 1.§.8.& 11.

l.Celſus.1.

Paulus 4.*ſententiar.tit.*12.§.2.

l.ſeruo.2.

An omnes liberi qui Romæ, vide Gloſſ. hic.

l.ſi optio.3.

Molinæus *de diuiduis & indiuiduis,par.*2. *n.* 110.113.& 114.

l.ſeruum.4.

Iunge hic *l.*2.*ſupra de manum.*

l.Cum hereditas.5.

Interpretes Græci hanc legem Celſo tribuunt.

l.Iulianus.6.

Cuiacius *libro* 8.*ad Affrican.pag.*186.

l.Cum is.8.

Cuiacius *libro* 4.*obſ.c.*13.

l.ille.9.

Congruit *l.metum* 9.§. *idem Pomponius,ſupra quod metus cauſ.*

l.in fraudem.11.

Ex hoc loco deſcriptus eſt §.*in fraudem* 2. *Inſt.qui & à quibus.*

l.Proſpexit.11.

Verſ.*legiſlator.* ibi & ſic nota ad hanc gloſſ. vide Iaſ.*in* §.*diui,ſup.* 6.*quæſt.*Bar.& ibi Ruin. *col.*45.*l.filiusfam. de leg.folio* 106. *num.*164.*repetitionum* 1. *Et folio* 547.*numero* 64.& *ſequen.* & 67.&68.*repetitionum* 3. *Et folio* 48.*num.*113. *eadem repetit.*

l.Quod.13.

Vide Cuiac.*hoc titulo.*

l.ſed ſi.14.

Vide *Nou.*22.*cap.*4.

l.Quæſitum.15.

Cicer.*pro Sexto Roſcio Amerino.*

*Faquineus *controuerſiarum iuris libro* 9.*capite* 31.

§.Iulianus.1.

Menochius *de arb.iud.libro* 1.*q* 69.

§.Ariſto.3.

Menochius *de arb. iud.caſ.*258.*fol.*202.*num.* 329.& 331.*repet.*5.

l.ſi priuatus.17.

Cuiacius *lib.*2.*obſeruat.cap.*22. & *libro* 19. *cap.*4.

l.ſi mortis.18.

Hæc lex eſt ſingularis & non alibi inuenitur ſecundum Bart.*in proœm.D.*3.*col.*

l.Multa.19.

Auguſtinus *lib.*4.*emend.c.vlt.*

l.ſi ſeruo.20.

Puluæus *de rei alie.diſtract.cap.*7.Ibi ſolue, vide Bart. *in d.l.cùm vir, num.*10.11.& 12.*numero* 24.*folio* 243. Aimon.Crauetta,*de antiquit.temp.fol.*529.*verſ. limit.*ſecundum Arium Pinellum,*C.de bonis matern.*

l.Matrimonij.21.

Manumitti quis poteſt vxoris habendæ cauſa.

l.Curator.22.

Vide *l.*13.*ſupra de manumiſſ.*

l.ſemper.23.

Fraudem quis contrahat, vide hic Gloſſam.

l.ſi quis.24.

Mantic.6.*de coniect.vltim.volunt.*23.

l.in fraudem.25.

De lectione huius loci, vide Gloſſam hic.

l.Pignori.26.

Sebaſt.Medic.*tract.de caſib.fort.*2.*q.*4.

l.in fraudem.27.

Tiraq.*de pœnis temp.cauſ.*32.

l.Hęres.28.

Vide *l.*91.§ 2.*infr.de verb.oblig.*

l.Generaliter.29.

Auguſtinus *libr.* 3.*emend.cap.*7.*folio* 166.*numero* 266.*repetitionum* 4.

l.ſi quis.30.

Hæres conditionalis, legati naturam mutare non poteſt.

l.Quæſitum.31.

An perpetua viduitas iniungi poſſit, notat hic Gloſſa.

l.ſi non.32.

De alternatiuis,vide hic Bart.

Titul. 10. De iure aureorum anulorum.

Cuiac.*lib.*7.*obſ.cap.*14.

l.Inter.1.

In hanc legem Arnob.*libr.*4. Suetonius *in Iulio.*

l.Intra.2.

Vide *l.*2.*infra de colluſ.deteg.*

l.Diuus.3.

Spurium legitimare nemo poteſt, niſi vocatis his quorum intereſt.

Digitized by Google

l.Etiam.4.

Nonnihil in hunc locum Cœlius Rhodiginus *lect. antiq.3.cap.6.*

l.Is qui.5.

Ius annulorum non præſtat ingenuitatem.

l.Libertinus.6.

Libertinorum & ingenuorum hodiè in paucis eſt differentia.

Tit. 11. De natalibus reſtituendis.

De natalibus reſtituendis, vide Cuiac. *Cod. hoc tit.*

l.A principe.1.

Vide *l.2. & 5. C. ſi contra ius.*

l.Interdum.2.

Vide Aret. *in §. & quid ſi tantùm, pen. col de liberis & poſthum.*

l.Quæris.3.

Iunge hic l. *vlt. ſupra tit. prox.*

l.Nec filio.4.

Nota hic legitimationem principis retrotrahi.

l.Patrono.5.

Boſſius *tract. de principe, num. 187. & ſeq.*

Tit.12. De liberali cauſa.

Paulus 5. *ſent. tit. 1.*

l.ſi quando.1.

Adde *l. vnicam, C. ad SC. Claudianum.*

l.Quoniam.2.

Inuitum alium defendere regulariter non poſſumus.

l.Amplius.3.

Exemplum huius legis pete, *ex l.2. D. de origin. iur.*

l.ſed tunc.4.

Vide *l.19. Cod. eod. hoc tit.*

l.Intereſt.5.

Vide Nou.120. *cap.6.*

l.Benignius.6.

Iunge hic *l.3. ſupra de poſtulando.*

l.Liberis.7.

Folio 313. numer. 146. repetitionum 6. 346. numero 127. repetitionum 5.

l.Cognitio.8.

Facit *l.9. §.1. infra eodem.*

l.ſi pariter.9.

Innoc. *in cap. inter monaſterium, extra de re iudicat.*

l.Quod.10.

Poſſidere quis an poſſit ſeipſum, vide hic Gloſſam.

l.igitur.12.

Ibi *vel non iuſtis.* quòd quælibet iuſta cauſa, vel iniuſta excuſet à pœna, Decius *conſilio 191. col. 1.* & adde Dec. *conſ. 265. col. 4.* & cauſa beſtialis. Et Socin. *in conſ. 718. col. 5.* & excuſat à mulcta ſecundum Iaſ. *in l. qui iuraſſe, col 1. in fi. ſupra de iureiur.* & aduerte quia talis cauſa debet eſſe ſine calliditate, vbi hic eſt text. & probandum eſt, vt is qui motus fuerit ex ea cauſa, vt per Alex. *conſ. 103. col. 1. vol. 1.*

l.illud.13.

Mynſing. 4. *obſeru. cap. 80.*

l.Rectiſſimè.14.

Decipere dicitur qui non inſtruit.

l.id eſt.15.

In vulgatis exemplaribus incipit *Idem.*

l.imo.16.

Socin. *reg. Tarent.* 95.

l.in ſeruo.17.

Cuiac. *lib. 8. ad Africanum.*

l.Vel permutauit.19.

Permutans dediſſe intelligitur.

l.Vel obligatus.20.

Compenſatio eſt aliquando loco dationis.

l.Vtique.21.

Vide *l.25 ſupra de euictionib.*

l.Non ſolus.22.

Parum intereſt an quis emat, an per alium.

l.Si vsum.23.

Huc facit *l.16. C. hoc tit.*

l.Ordinata.24.

Cuiac. *lib. 18. obſeru. cap. 23.*

l.Si cui.25.

Liberali lite ordinata, reus pro libero habetur.

l.Qui.26.

Paulus 4. *ſent. tit. 14. §. 3.*

Patientiam operis tollendi quis præſtare interdum cogitur.

§.Belliſſimè.3.

Declara,vt per Alex.*in l.1.§.nuntiatio, nu. 6.de noui oper.nuntiat.verſ. tum fallit*, vbi citat hanc legem vide Gloſſ.*in fin.§.ſi ad ſumma m, in verb.aut certè,eod.tit.fol.45.num.5.repet.5.*

l.Nam origo.8.

Poſſideri quædam per ſe non poſſunt,quæ tamen per vniuerſitatem poſſidentur.

l.Nam & ſi.9.

De ſpecularibus, vide Cepolam *de ſeru.vrb. præd.cap 63.*

l.Quia.10.

Pro quibus rebus competat interdictum hoc,vide hic Gloſſam.

l.is qui.11.

Initium hoc loquitur tãtum in puteo, ſed idem etiam eſt in vino & in frumento.

§.Si quis.2.

Alciatus *libro 2.parerg.c.27*.Corraſius *libro 1. miſcell.cap.19.*

§.Si fundus.10.

Cuiacius *libro 2.obſ.cap.25.*

§.Ariſto.11.

Cuiacius d.loco.Ioannes Robert. *lib.1.recept.lect.cap.35*.Cuiac.*lib.16.obſ.c.29.*

l.Quamquam.12.

Interdictum hoc , an & quando domino competat,examinat hic Gloſſa.

l.Denique.13.

Fructuarius agere poteſt interdicto vtili quod vi,vt hic.

l.Nam.14.

Delicto ſerui noxæ deditione liberamur, vt declarat hic Gloſſa.

l.Semper.15.

Paſtinandum.Paſtinati quid,Columella *lib. 4.de re ruſt.cap.28.*

§.Hoc interdicto.7.

Repetitionum 8.*folio* 496.*numero* 165.

l.Competit.16.

Cupreſſos.De cupreſsis,vide Virgil.*3.Æneid. & 2.Georgicor.*

l.interdictum.17.

Facit hic *l.3.& l.13. ſup. eod. tit.* iunctis ibi notatis.

l.Si immaturam.18.

Sylua cædua dicitur, quæ certis temporibus cædi ſolet.

l.interdum.19.

Coniunge hic l.7.§.5.*ſupra eod.* Duplex eſt hic lectiõ,de qua D.Gothof.hic.

l. Vi facit.20.

Tiraquellus *de retraict liniager* , *§. 1. numero* 88 *& ſequent.*

l. ſi opus.21.

Cato *cap.32.de re ruſt.in fine* Cepol. *tract.de ſeruit.ruſt.cap.43.*

l.ſi vitem.22.

Alciatus *libro 4.parerg.cap.* 20. Duarenus 2. *diſput.cap.40.*

§.Si ad ianuam.2.

Duarenus *libro 2.anniuerſ. diſput. capit.* 44 Ræuardus *pro tribunal.ca.3.* Cuiacius *libro 16. obſ.c.12.* *In fine adde l.1. & l.2.C.vt nemini liceat.

§. Si is qui.5.

Menochius *de arbit.iudic libro 2.caſ.45. folio 169.n.135.repet.5.* *Hippolitus Marſilius *ſingular. 8.*

Tit. 25. De remiſſionibus.

¶ Duarenus *lib. 1. diſput.ca.16.* Auguſtinus *libro 1.emend.ca.3.*Cuiacius *libro 1. obſer.capite 16 & libro 16 capite 31.& lib. 9. obſ.* 17. Emanuel Zoares *libro 1.obſer.cap.10.*Ioannes Robertus *libro 2.recept.lect.cap.12.*

l. Ait prætor 1.

¶ Intelligẽtia iſtius legis colligitur ex his, quæ ponit Gloſſ.mag. *in 2.parte,in l.1.in prin. D.de nou.oper.nunt.* Videlicet quòd iſte text⁹ intelligitur nuntiationẽ tenere ſiue veritate inſpecta,ſiue iuris permiſſione.Et nuntiatio dicitur non tenere, quando poteſt ab initio ſperni,vel ratione perſonæ, vel rei, vel cauſę. Sed profectò iſta intelligẽtia videtur cõtra illũ textum,qui ſi bene inſpiciatur , intelligendus eſt de nuntiatione,quatenus veritate inſpecta.Et vltra alia argumenta,quæ fieri poſsẽt,maximè iſtud ſtringit,quod I.C. declarat illa verba:Ius habet,quando dominium vel ſeruitutem habet , quod intelligo effectualiter,iuxta l.1.*quod quiſque iure*,*l.1.in fi.D.ad municipa'l.* Et crederem totam hãc l. vnà cum titulo loqui de remiſſionibus , quæ fiunt ex conuentione,& ſic de remiſſione neceſſaria &effectuali,quod patet,quia iam clarum eſt , textum iſtum non intelligi de remiſſione , quę fit pręſtita ſatiſdatione,quia remiſſio non eſt neceſſaria, ſcil. per partem, ſed bene remiſſio fit à lege , ipſo iure,etiãſi remiſſio quę fit per iudicẽ,videatur neceſſa-

Digitized by Google

ria. Et crederem, quod non ſit neceſſe, vt iudex expreſſè faciat remiſſionem, ſed ſufficiat pronuntiare partem nuntiatam habere ius ædificandi, & tunc ipſo iure cenſetur fieri remiſſio. Ex quo apparet nuntiantem ex poſtfacto, non habere ius nuntiandi per ſententiam iudicis, & ex actis coram eo factis, perinde eſt ac ſi à principio apparuiſſet, prout iſto modo argumentatur. Bald *poſt Glo. in l. 1. de nou. oper. nun. col. 2.* dum opponit *d. l. 1. & 2. ne quis eum:* Et ideo eo modo dico ſicut, quando à principio apparuiſſet nuntiantem nullum habere ius, quod remiſſio fit ipſo iure, vt fatetur Bartol. *in d. l. 1. col. 5. eodem modo, quando ex poſtfacto.*

*Fachineus *Controuerſiarum iuris lib. 8. c. 50.*

§. Si ſub. 1.

Folio 130. *numero 3?. repet. 6. folio 36. numero* 128. 133. & 137. *repet. 5.*

Tit. 26. De precario.

¶ Cuiacius *libro 4. obſ. cap. 7.*

l. Precarium. 1.

Ad Gloſſ. 2. *in fin* Vide Iaſonem *in l. dedi, §. liber, de condit. cauſa dot. & nouiſſimè* Inſtit. *de actione numero* 30. *aliàs* 27. Marſ. *ſing. 57.*

l. Ait prætor. 2.

Couarruuias *libro 3. reſolut. cap. 15.*

l. Veluti. 3.

Precarium rerum mobilium eſſe poteſt, vt & commodatum.

*Cuiacius *lib. 12. obſ. cap 37.*

l. in rebus. 4.

Nota hic eum poſſidere, qui precario habet, vt l. 15. §. 4 *infra eod.*

l. Sed ſi. 5.

Guterius *reſolut. par. 1. cap. 49.* Beroius *quæſtion. 69.* *Albericus hic.

l. Certè. 6.

Ant. rubr. *ad l. non ſolum, §. Morte,* D. *de noui oper. nunt.* Tiraquellus *in tract. conſilio 2. par. 1. ampl. numero 6.* poſt Bartolum *col. 15.* Ruin. *ad l. ſi is qui pro emptore, folio 36. de vſucap.* Iaſonē *Inſtit. de action. in principio, in finalib. verbis.*

l. Se & ſi. 7.

Facit hic *l. ita. ſupra commodati.*

l. Quæſitum. 8.

Vide Iaſonem poſt alios *in §. omnium* Inſt. *de act. in Gloſſ. in verb. nullo iure.*

§. illud. 2.

Repetitionum 5. *folio 88. numero 68.*

§. Hoc interdicto. 8.

*Vide Paulum *lib. 5. ſent. tit. 6. §. 12.*

l. Precario. 9.

Vide Paulum *libro 4. ſent. tit. 16. §. 11.*

l. Quamuis. 10.

Partus ſequitur matrem precario vel commodato, vel depoſito datam.

l. Si debitor. 11.

An precarium ſoluatur pignore liberato, vide hic Gloſſam.

l. Cum precario. 12.

¶ Auguſtinus *libro 4 emend. cap. 14.* Forcatulus *Necyom. dial. 301.* Guterius *reſolut. par. 1. c. 12. num. 6.* Verſ. non tranſit. ibi: *vel hæc actio*, hæc Glo. eſt ſingularis, quòd actiones datiuæ non tranſeunt ad heredes, ſecundum Iaſonem *in l. iuriſgentium, in principio, num. 5. ff. de pactis.* Sed contrarium tenet Decius *in l. cum mora, col. pen. circa medium, C. de tranſact.* & Fortunus Hiſpanus *in dicto §. & ideo, coll. 1.* Quando procedat *ſub numero 25. fol. 84.* Cagnolus *de reg. iur.* Vide Alciatum *in l. deteſtatio, col. 2. de verborum ſignif.* Bartolum *in l. vbi ita donatur,* D. *de donat. cauſ. mortis.*

l. Si ſeruus. 13.

Facit hic l. 5. §. 1. *ſupra de precar.*

l. interdictum. 14.

Gilbertus Regius *libro 1. enantioph. cap. 10.* Paulus 5. *ſent. 6. §. 10.*

l. Et habet. 15.

Huc ſpectat parabola patrisfamilias operarios conducentis, Matth. 20.

*Conciliatur hæc lex cum lege 6. ſupra hoc titulo à Fachineo *Controuerſiarum iuris, lib. 8. cap. 16.*

l. ſi adoptauero. 16.

Vide quæ notantur in l. 3. §. 1. *ſupra de acquiren. poſſeſſ.*

l. Qui precario. 17.

Coniunge hic *l. 1. in fine, ſupra vti poſſidetis.*

l. Vnuſquiſque. 18.

Nota hic quod vnuſquiſque poteſt rem ſuam precario dare.

l. Duo. 19.

Poſſeſſiones duæ in eundem hominem concurrere non poſſunt.

§. Cum quia. 2.

*Cuiac. *ad l. iuriſgentium ff. de pact.*

Gilbertus Regius *libro 1. enantioph. c. 10.*

l. Ea quæ. 20.

Res vendi ita poteſt vt apud emptorem ſit ex cauſa precarij, vel conducti.

l. Cum precario. 21.

Molinæus *ad l. 1. §. ſed, numero 4. & 85. D. de verb. oblig.*

Digitized by Google

l.is qui 22.& vlt.

Precarij poſſeſſione ſpoliat,qui precarium denegat.

Titul. 27. De arboribus cædendis.

¶Arbores cædi vetuit lex duodecim tabularum, Plinius *libro* 17.*cap*.1.

l. Ait prætor.1.

¶Nicolaus Valla *de rebus dubiis,&c.tract*.8. Paulus 5.*ſent*.6. §.13. & Cuiac.ibidem.

*§.si arbor.2.

*Vide Cuiacium apud Paulum 5. *ſent*. 6. §. 13.

l. si arbor.2.

Valla *dicto tract* 8.

Tit. 28. De glande legenda.

¶Forcatulus *in penu iuris*, *cap*. 15. Hoc autem interdictum deſcendit ex duodecim tabulis.

l.Ait Prętor.1.

Plinius *libro* 16. *cap*.5.quid ſit glans,tractant Doctores hic.

Titul.29. De homine libero exhibendo.

¶Hoc interdictum de homine libero exhibendo latum fuit anno 571.

l. Ait prętor.1.

Folio 56. *numero* 7. *col*.3. Arius Pinellus C. *de bon.matern*. Alciatus *libro* 10.*parerg*.*cap*.20.

l. Nihil.2.

Lex Fauia de plagiariis publici iuris eſt.

l.Quod.3.

Alciatus r.*præſump*.1. Cuiac. *libro* 19.*obſ*.17.

l. si quis.4.

Modicum tempus pro quo interdum ſumatur,vide hic Gloſſam.

* Quis non tenetur exhibere debitorem latitantem.adde Iaſ. *ad* §.*præterea*, *nu*. 49. *&ſeq*.*Inſt.de act*. Girard.*ſing*.17.Boer.*deciſ*.174.

Tit. 30. De liberis exhibendis, item ducendis.

¶ Pro intellectu huius tituli, vide Cuiacium hic.

l. Ait prætor.1.

Paulus 5.*ſent*.6.§.15. *&* 2.*ſent*.9.§.2.

l.immo.2.

Eſt etiam interdictum de vxore exhibenda.

l.Deinde.3.

Nota hic actionem ad exhibendum, præparatoriam eſſe rei vindicationis.

§.Iulianus.4.

Folio 157.*numero* 57.Arius Pinellus C.*de bonis matern*.

§.in hoc interdicto.5.

Auguſtinus *libro* 3.*emendat*.*cap*.9. Cuiacius *libro* 3.*obſeruationum*,38. *l*.46.§.1. *D.de verbor. ſignificat*.

l.Si eum.4.

Vide in hanc legem Cuiacium, 4. *ad Africanum*,*folio* 60.

Tit.31. De vtrubi.

¶Menochius *de retinend.poſſeſſ.remed*.2. An vtrubi vel vtribi legendum ſit nihil refert, hac de re, vide Cuiacium *libro* 5.*obſer.cap*.22. Mæuius *in Tarentilla*.

l.Prætor.1.

Paulus 5.*ſent*.*tit*.6.§.1.§.4.*in fi*.*Inſt.de interd*.

§.Hoc interdum.1.

Ant.Aug *libro* 4.*emend.cap*.14.

Tit.32. De migrando.

¶Ant.Auguſt.*lib*.4.*emend.cap*.14. Migratio apud veteres quando fieri ſolita, vide hic D. Gothof.

l.Prętor.1.

De particula *In*, vide D. Gothof. *ad l*.34. *ſupra de vſurpationibus*.

§.Hoc interdum.1.

Penſio an & quando debeatur, declarat hic Gloſſa.

§.Cui rei.2.

Infrequens pro eo quod eſt minus frequens.

Titul.33. De Saluiano interdicto.

¶ Cuiacius *libro* 5.*obſ.cap*.24. & Menoch.*de adipiſc.poſſeſſ.remed*.3.Oldendorp.2.*claſſ.act*.3. Cuiac.hic.

l.in Saluiano.2.& vlt.

Cuiacius *libro* 5.*obſ.cap*.24.

Digitized by Google

LIBER XLIII.

Titulus primus.

De exceptionibus.

CVIacius *ad Nou.*112.Oldendorp. *tract.de excep.*Papon.2 *notar. libro* 9.Specul. *in tract.de except. & replic.*Eſt Tertulliani liber de præſcriptionibus aduerſus hæreticos.

*Eſt prætерea Ioannis Monachi liber de exceptionibus in iuris ſcientia.

l. Agere.1.

Actio quid actionis verbo an contineatur exceptio, vide hic D.Gothof.

* Reus excipiens fit actor, id eſt oportet ipſum fungi partibus actoris vt hac l. & l.*in exceptionibus,ff.de pact.*nam exceptiones quę affirmant, vel ſoluiſſe indebita contendunt hoc oſtēdere debent. textus eſt *in l.cum de indebito,*D.*de prob.* Limita hoc non procedere in exceptione non numeratæ pecuniæ, quia qui excipit nihil ponit,ſed negat, limita & in aliis caſibus quos enumerat gloſſa *in l.in exceptionibus,D.de probat.*

l. Exceptio.2.

Pro declaratione, vide Doct.Marc.Soc. *in* §.*Cato,de verb.oblig.numero* 259. Oldendorp. 1.*de except.cap.*1.10.9.13.

l. Exceptiones.3.

Ad hanc diuiſionem pertinēt,quę tractant Rhetores de conſtitutione trāſlatiua,de qua Cicero *libro* 2.*de inuention.*Quint. *libro* 3.*Inſt. orator.cap.de ſtatu.*

l.in pupillo.4.

Vt locupletior quis dicatur factus quod tempus inſpiciatur Gloſſa hic.

l. Is qui.5.

Exceptionibus pluribus vti an liceat, examinat hic Gloſſa.

l.Si rem.6.

¶ Hæc lex declarat exceptionem doli mali dari, non tantum aduerſus eum qui dolum malum admiſit,ſed etiam aduerſus ſucceſſorem eius,ſiue ſit ſucceſſor vniuerſi iuris,vniuerſorum bonorum,veluti hæres,aut bonorum poſſeſſor ſiue ſucceſſor vnius rei,veluti legatarius, aut donarius, vel quis alius qui in dominiū vnius rei ſucceſſerit ex cauſa lucratiua,vt legatum eſt cauſa lucratiua,donatio eſt cauſa lucratiua, quia nihil ob eam rē legatario vel donatario abeſt huic qui ſucceſſit in rem ex cauſa lucratiua, nocet exceptio doli ex perſona auctoris ſui, veluti ex perſona teſtatoris & perſona donatoris:at non nocet etiam emptori rei vel ei qui vicē emptoris obtinet, qui ex lucratiua cauſa rem non habet.Harmenop.3.c.5.

l.Exceptiones.7.

Cuiacius *libro* 16.*obſ.cap.*8.
*Antonius Faber *lib.*8.*coniect.cap.*3.

l. Nemo. 8.

An exceptiones duæ contrariæ ſimul proponi poſſint, dubitant hic doctores: quidam enim negant,alij affirmant,vide Dyn.*in cap. nullus pluribus.de reg.iur.in* 6. & Cepol. *in* l.4. *C.de vſucap.pro empt.*

l.Non vtique.9.

Cap.*exceptionem* 63. *de reg.iur.in* 6.*cap.cum venerabilis,extra de except.*

l.Modeſtinus.10.

Pulchre examinat hanc legem Zaſius hic, quem vide.

l.Qui adgnitis.11.

Vide Paulum 5.*ſent.*5.§.*vlt.*

l.Generaliter.12.

Cuiacius *libro* 5. *obſeruat.cap* 37.Ræuardus *libro* 2.*de praiudic.ca.*3. Pithœus 2.*notar.fol.*81. adde Cuiacium *libro* 5.*obſ.capite* 34.

l.Si poſt litem.13.

Vide in hunc locum Cuiac *lib.*9. *obſ.ca.*27.

l.Filiusfamilias.14.

Solutionem denegare poteſt, cui repetere ſolutum permittitur.

l. Aduerſus.15.

Iuratum ſit necne quibus ex cauſis quæratur,declarat hic Gloſſa.

l. Fundum.16.

*Marant.*de ord.iud.*4.*part.*20.*diſt.*
Corraſ.*lib.*12.*miſcel.c.*5 Ripa *ad* l.*naturaliter* §.*Nihil commune,pag.*145.ff.*de acquir.poſſ.* Reuardus *libro* 2.*de praiudic.cap.*6.
*Repet.5.*folio* 334.*numero* 77.
Menoch.*de ord.iud.*4.*par.*20.*diſtinct.*Ripa l. *naturaliter,*§.*Nihil cōmune,n.*145.D.*de acquir. poſſ* & ibidē Fab.Acor.*n.*87.Orm *n.*90.Corr. 77.Iaſon.*ad* § *praiudiciales in prin.* Inſt. *de act.* Ioan.Bapt.Ferr. *conſ.*175.*in princ.*vide Cuiacium 9.*ad Affrican.folio* 224.

l.ſed ſi ante.17.

Ad hanc legem Corraſ. D. *ca.*5.& *ad d.*§. *nihil commune,pag.*305.Cuiac.*dicto ca.*37. Antonius Guibertus *libro* 1.*quaſt.iur.ca.*18.

Adde hunc textum procedere quādo ſententia fuit lata ſecundum communem curſum cauſarum, ſecus ſi per extraordinarium probatum.Batt.*ſupra ad* l.*pracedentem incip. fundum,* ſequitur Alex. *ad* l.*de pupill.* § 15 *cuē col.*2.*de oper.nou.nun.* quem §.legit cum l.3.eiuſdem tituli,adde Fab.Acoramb *ad* l.*naturaliter,*§.*nihil commune, de acquir.poſſ.numi.* 61

Digitized by Google

vbi Lud.Bolog.*numero* 42.& Claud.Mar.*numero* 48.Anton.Rub.*numero* 188.

Folio 292. *numero* 188.*repet*.5. *& folio* 334.*nu*. 79.*eod*.Quidam autem aiunt hanc legẽ male collocatam, & pertinere ad titulum *infra de exceptione rei iudicatæ*,verbáque interpoſita eſſe declarant Doctores hic.

l.Fundi.18.

Corraſ. *d.pag*.304.*fol*.259.*num*.72.*repetitio*.5. vide Cuiacium *lib*.9. *ad Affrican. folio* 225. *& ſequentibus*.

l.Omnes.19.

Exceptio reo competens, competit eius etiam fideiuſſori.

l.Exceptiones.20.

Circa *l*.6.vide Decium *in rub.C.qui admitti,numero* 77.*cum ſeq.examinantem q. huius gl. fi*. Exceptionum autem aliæ ſunt intentionũ ſeu facti.aliæ iuris,vt notat hic Gloſſ.

l.Rei maioris.21.

Facit hic *l*.16.*ſup.eod.& l*.4 *ſupra de in integ. reſtit*.

l.Exceptio.22.

Exceptiones quædam condemnationem minuunt.

l.Filiusfamiliàs.24.

An iuramentum filiifamilias proſit patri, vide hic Gloſſ.

Tit. 2. De exceptione rei iudicatæ.

¶ Ad totum titulum Zaſius ſcripſit, vide Oldendorpium *cap*.39.*de exceptionibus*.

l.Cum res.1.

Cuiacius *libro obſ.cap*.7.Exceptio rei iudicatæ quibus & in quos detur,vide hic Gloſſam Rubricariam.

l.Qui cum.2.

De formula exceptionis, vide D.Gothof. *in l*.25.*ſupra de bon.lib*.

l.Iulianus.3.

Facit hic *l*.7.§.4.*inf.de excep.rei iud*.

l.Rei iudicatæ.4.

Agere nomine alieno etiam ſine mandato poſſunt coniunctæ perſonæ.

l.De eadem.5.

Eadem res dicitur,licet actio varietur.

l.Singulis.6.

In hac lege Paulus rationem dandæ exceptionis rei iudicatæ, exponit id eſt æquitaté huius exceptionis,ſingulis controuerſiis & litibus ſingulas actiones vnumquemque iudicati finem ſufficere,vide hic Albericum.

l.Si quis.7.

Hotomanus *illuſtr.quæſt*.28. Sententia lata ſuper toto & continente præiudicat parti & contento.

l.item parte.8.

Hæc lex optime explicatur hic à Socin. & Zaſ quos vide.

l.si à te.9.

Folio 263.*numer*.120.*& ſeq.&* 127.*repet*.5.*& folio* 301.*numero* 317.*repet*.5. vide Alex.*in l.naturaliter*, § *nihil commune*, *coll*.6.*de acquir.poſſ*. Hæreditatis verbo quid comprehendatur, declarat hic D.Gothof.

* Emendatur hæc lex ab Antonio Fabro *lib*.18.*coniect.cap*.13.14.

l.Si mater.11.

De origine poſſeſſionis, vide §.4.*infra eod. & l*.27.*eod* Rom. *ſing*.135.

*¶Fachineus *Controuerſiarum iuris lib*.1.*c*.51.

§.eandem.4.

Cuiacius *lib*.11. *obſ.c*.35. Vt hunc locum melius intelligas,vide Gloſſ.*in l*.1.§.*pen.ſupra quemad.teſta.aperi*.

* § idem Iulianus.

* De emendatione huius textus vide Antonium Fabrum *lib*.12.*coniect.cap*.15.

l.Cum quæritur.12.

Declaratur iſta lex per Soz. *in l ſi quis*, §. *generaliter,nu*.2. *D.eod.tit.de except.chart*. 228. Socin.*reg*.7 Dominij appellatione quod intelligatur, vide Ioannem Petrum, Dynum, Guillelmum de Cuneo,vide Capel.Tholoſ. *deciſ*.272.Socin.*reg*.119.

l.Quantitas.13.

Corpus,quantitas,& ius,hic vnum & idem ſignificant.

l.Et an eadem.14.

Idem corpus quatenus accipiendum, pulchrè Plato in Parmenide.

§.Actiones.2.

¶Proponitur hic differétia vna inter actionem in rem, & electionem in perſonã,quod ſi eadem res mihi debeatur ex variis cauſis actione in perſonam, veluti ex ſtipulatu & ex teſtamento,& exemptione,venditio e x ex vna cauſa egero,vel actione exempto,vel actione ex ſtipulatu, nõ poſſum agere in perſonã, niſi expreſſa cauſa litis, expreſſa cauſæ obligationis,atque ita ego ſi ex vna cauſa egero,nec obtinuero,nec prohibeor poſtea agere ex alia cauſa,nec agẽti mihi ex alia cauſa obſtat exceptio rei iudicatæ:quia nõ eadẽ mihi nũc ex cauſa petendi quæ fuit priori iudicio. Hotomanus 27.*illuſt.quæſt.in prin*. Oldendorp.*in tract.de actio.in* 3.*diuiſ num*.5.

Digitized by Google

§. Si quis.3.

¶Quod eſt in hoc §. apertiſſimum eſt, eum q egit interdicto de poſſeſſione fortè interdicto vti poſſidetis vel vtrubi poſſeſſionem ſuam eſſe vocans. licet cauſam hãc poſſeſſionis non contenderit, poſtea agentem de proprietate actione in re nõ repelli exceptione rei iudicatæ, quia alia res eſt proprietas, alia poſſeſſio: nihil habet commune, proprietas cum poſſeſſione l. *naturaliter*, §.1. *D. de adquir. poſſeſſ.* l 3. *in fine*, *D. vti poſſid.* l. 9. *C. de ſentent. & inter iudic* §. *fin. D. de except. rei iud.* vide Bartolum *in* l *fi. verſic. vlterius oppo.* *C. de codicill.* Vide limitationem ad illum textum per Bart. *in* l. *naturaliter*, §. *nihil commune*, *col.2. verſ. pro declaratione*, *de acquir. poſſeſſ.* Nota autem hic differentiam interdicti & actionis realis, vt hac lege videre eſt.

l. ſi inter me.15.

Nota hic quod argumentum procedit affirmatiuè non negatiuè.

l. Euidenter.16.

Res eadem non operatur contrarium effectum l.18. §.1. *ſupra de probat.*

l. ſi rem.17.

Vide Gloſſam *in* l. *filium*, *ſupra de adquirend. hæredit.*

l. ſi quis.18.

Adde l.12. *&* l.13. *ſupra hoc tit.*

l. Duobus.19.

Gilbertus Regius libro 2. *enantiop. cap.* 20. vide Baldum *deciſ.*13. l. *ſi ſoror*, *C. de coll.* & Bar. hic.

l. ſi ex teſtamento.20.

Petitio generalis reſtringitur ad illas res, de quibus facta eſt perſecutio.

l. Sicum.21.

Nota hic quod actio perſonalis competit etiam ex teſtamento.

§. Si fundum.3.

Corraſius *libro* 5. *Miſcell. capite* 3. *folio* 180. *&* 1'1. Arius Pinellus *Cod. de bonis matern.* Nota autem hic differentiam vſusfructus cauſalis & formalis.

l. ſi cum vno.22.

Vide Baldum *in* l.1. *C. ſi vnus ex pluribus.*

l. ſi in iudicio.23.

An id quod venit in iudicio, officio iudicis mercenario peti poſſit, Gloſſa hic.

l. ſi quis rem 24.

Vide Cuiacium *lib.6. tract. ad Affri. f.*98.

l. Si is qui.25.

Facit hic l. 43. §. 6. *ſupra de ædil. edict.*

l. Egi tecum.26.

Vide Cuiacium *tract.* 9. *ad Affric. folio* 225.

l. Cum de hoc.27.

Baldus, Bartolus, & Albericus hic pro intellectu huius legis.

l. Exceptio.28.

Vide quæ notat Bart. *in* l. *naturaliter*, §. *nihil commune*, *D. de acquir. poſſeſſ.*

l. indicata.29.

Sententia contra hæredem lata, alteri cohæredi non nocet.

l. Ex ſextante.30.

Pro intellectu huius loci, vide Zaſium hic.

§. Latinus.1.

Quando pignus conſtitui poſſit in re propria, vide Bart. *in* l. *ſi finita*, §. *Iulianus*, *ſupra de damn. infect.* & Bald. *in Auth. ſiue C. ad Velleianum.*

*Antonius Faber *lib.7. coniect. cap.*18.

l. Paulus.31.

Vide Dynum in tractatu de præſcriptionibus.

Tit. 3. De diuerſis temporalibus præſcriptionibus, & de acceſſionibus poſſeſſionum.

¶Exſtant ad hunc titulum Zaſij prælectiones, vide *Nou.9.* *Bal. conſ.* 374. *li.5. & an tẽpus.*

l. Quia.1.

Cuiacius *libro 2. obſeruationum. cap.* 18. Oldendorp. *c.35. de exceptionibus.* Baldus *in* l.2. §. *ſi quis in iudicio*, *infra ſi quis caution.*

l. in tempore.2.

Differentia eſt inter tempus legitimum, & conuentionale, Macrob. 1. *Sat. c.*14.

l. Longa.3.

Contrarium huius legis aſſerit, l.7. *C. de agric. & cenſ.*

l. ſi ſeruus.4.

Vide Cuiac. *lib.16. obſ. c.*38. Seruus quib⁹ caſibus poſſit ſtare in iudicio, vide hic Gloſſ.

l. An vitium.5.

Cap. *ſi diligenti*, *extra de præſcrip.*

§. Ex facto.1.

Bald. *in* l. *eum qui*, §. *in hac*, *& ibi Angel. D. de public. in rem actio.*

l. Si duobus.6.

Cuiac. *lib.5. obſ. c.40. & lib.9. ad African. folio* 226. De lectione huius text⁹, vide Gloſſ. hic.

l. Si

Digitized by Google

l.ſi quiſquam.7.

Curtius *lib.1.ad fratrem c.54* Forcatul. *Necyom. dialog.85*. Ioannes Robertus *recept. lect.lib.1 cap.17*. Cuiacius *ad l.45.ſupra de vſurp*. Balduinus *in § flumina,Inſtit.de rerum diuiſione.*

l.In acceſſione.8.

Balb. *tractat.de praſcript.3.par.1.quaſtion.12. in fine.*

l.Reſcriptis.9.

Ræuardus *in Triboniano, pag.16*.vide §.12. *Inſt.de vſurp.*

l.intra quatuor.10.

Delatores qui dicantur, vide Bud *in l plurimum.ſupra de iur.& fact.ign.*

l.Cum hæres.11.

Quod defunctus non potuit vſucapere nec hæres poterit, licet ignoret vitium defuncti, vide Boer.*dec.42.nu.3.1.par.*Cagnol. *ad l. Quod ipſis,num 1.de reg.iur.*Soc.*reg.*389.in materia huius legis, Port.Imol.l.4.*condu.* 1. *ornat,num.1.folio 288.*Cagnolus *de reg.iur.* Facit l.13.*ſupra de vſurpat.&* l.1.*C.de vſucap. pro hared.*

l.Creditor.12.

Balb.*tract.de praſcrip.3.par.2.q.2.*

l.in omnibus.13.

Balb.*tract.de praſcrip.5 par 2 q.1.*

l De acceſſionibus.14.

Si vinco vincentem te, multo magis vinco te. Pro limitatione ad hunc textum, Port. *a l §.praferuntur poſt Glo. ibi Inſt.de ſenatuſconſult. Tertul.* vbi quod hæc regula non habet locum quando ſunt termini diſpares, idem Port.*ad §.quos autem, Inſti.de bon.poſſeſſ.*limitat alio modo. Cagnol.*ad reg.non debet cui ad fin.D.de reg.iur. &* 7.limitationes ad regulam ponunt. Moder.Imol.*libro 3.communi opin.reg.*27.Oldendorp.*in tract.ſuo form.inueſtig.actionu.*Ariſtoteles 5.*Ethicor.*

l.Acceſſio 16.

An & quibus caſibus vſucapio ſine poſſeſſione procedat, vide hic Gloſ.

Tit.4.De doli mali & metus exceptione.

¶ Ad totum titulum Zaſius ſcripſit, vide Oldendorp. *c.61.de exceptio.*extat *tit.de dolo, ſupra libro 4.tit.3.*

l.Quo lucidius.1.

Folio 441.numero 31. repetitionum 1. De legitimis doli coniecturis, vide Oldendorp.*c. 61.de exceptionib.*

l.Palam.2.

Exceptio doli quo ad agentem eſt in perſonam, quoad excipientem in rem.

§.Circa.3.

Emanuel Zoares *lib.1.obſer.cap.26.*Queſada *lib.1.q.iur.c.12.*Guterius *par.1. reſol.c.47.folio 103.num.12.tract.4.*

* Papon.1.notar.*c.de preſt mutuel.*

Vide Ozer.*Inſt.de oblig.in 8.col.verſ.ſtip. & in 9.verſ.non obſtat dum quarto loco.*& in Rubr. *illius tit.in vltim.coll.poſt princip.*& Aret.*Inſt.de excep.in 4. coll.§.verſ.capio.*& ſecundum verſic. & prædicta, vide & Paul.Caſtren.*in l. indebitam,in princ.de cond.indeb.*Bened.Vadus *extra de probat.in cap.quoniam contra falſam,in §.petitiones.*

l.Item.4.

Vide Roman.*ſing.99.*

l.Apud Celſum.4.

Bald.*ad l.1. C.de ſeruis fugit. & in l.quoniã, C.de teſtib.*

§.ſi quis.4.

Cuiac.*lib.14.obſer.c.29.** *& ad l.1.§.8.ff. de pact.*Angel. *in l.1.ſupra de eo per quem factum erit,quominus quis in iudicio ſiſtat.*

*§.Apud Iulianum.

* De emendatione huius §. vide Antoniũ Fabrum,*lib.12.coniecturarum cap.11.*

§.Quod ſi is.6.

Folio 478.num 205.& ſeq.repetitionum 6.fo. 353.num. 47. & ſeq.repetitionum 6. Solui pupillis vel quaſi pupillo non poteſt, niſi tutore authore, vt notat hic Gloſſa.

*Pro interpretatione huius.§.vide Antonium Fabrum *lib.12.coniectur.cap.5.*

§.Quæſitum.12.

Valla *de rebus dubijs tract.10.* Bartol.*in l.ſi ita ſtipulatus in fin.infra de verb.oblig.*vide itidem Zaſium hic.

§.ſi quis.24.

Puluæus ad legem Atiniam. Ioannes Robertus *lib.1.recept.lection.cap.7.*Cuiacius *libro 15.obſer.c.22.*Gloſſa *in l.de pupillo,§.meminiſſe, ſ.de noui operis nuntiatione.*Alex. ab Alex.*lib. 2.genial dier.cap.7.*

§.* Ductoris.31.

*Hunc §.explicat Necuſant.*tract.de pignor. memb.3.part.8.num.8.*

§.illud.34.

Gilbertus Regius *lib.2.enant.c.20.*Metus exceptio non datur filio aduerſus parentem.

l.Purè mihi.5.

Auguſtinus *lib.4.c.8.* Guterius *part.3.reſo-*

Digitized by Google

lut.c.1.num.21. vide l.14. *ſupra de excep.*

§. ſi cui. 1.

Vide Bart. *in* l. *Modeſtinus, circa med. donat.* Datur nobis regula quod ea quæ ſunt annalia ad agendum, perpetua ſunt ad excipiédum, quod quomodo procedat, vide Caſtr. *in l. Papinianus, §. ſi filius, de inofficioſo teſtam.* Adde quod etiam ius illud offerendi, quod ſe habet in modum actionis, non præſcribitur Barto *in l. pignoris ſupra de vſucap.* & Dec. *conſ. 164. coll penult. in fin.* Papon. 2. *notar. cap 3. folio 614.*

l. ſi opera. 6.

Facit hic *l. 72 ſupra de ſolut.*

l. Dolo. 8.

Vide Iaſ. *Inſt. de actiõn. in § in bonæ fidei, in 9. col. in gloſſ. in verb. doli,* & Iaſ. *in l ſi con ſtante, ſoluto matrimonio, num. 18.* Adde limitantes, illum textum per Alexan. *in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 122. de acq. vir. poſſeſſ.* Et nota quod hæc lex non habet locum in proceſſu, ſecundum Bar. *in lege quorum legato.*

§. in vniuerſum. 1.

Marc. Mant *ſing. 665 num 1. folio 945.*

l. Liberis. 13.

Cuiacius 8. *ad Affrican. folio, 186. in fin.*

* l. Fideiuſſor euictionis.

*De intellectu poſt ſcribentes hic Doct. *ad l. ſi inſulam ff de verb. oblig. ſuper 3. oppoſ.* Bart. vbi Crot. *num. 50. & ſeq.* Iacob. de Nig *num. 206. & ſeq.* Ann. de Cano. *num. 137.* Corn. *conſilio 149. li. 4.* Socin. *conſ 197. lib. 2.*

l. Pater. 17.

Ad gloſſ. fin. §. fin. in fin. vide Aret. *Inſtit. de actionibus, in §. æquè, in 3. coll. in princip. & ibi Iaſ.*

Tit. 5. Quarum rerum actio non datur.

¶ Ad omnes huius & ſequentis etiam tituli leges Zaſius ſcripſit, alij legunt hic de exceptione iuriſiurandi.

l. iuſiurandum. 1.

Belliſſimè. Hoc etiam verbo vtitur Iuriſconſultus *in l. 6 §. 3. ſupra quod vi aut clam.*

§. Quæ onerandæ. 5.

Cuiac. *libro 16. obſ. c. 8.* Marcus Vertranius *de iur. lib. c. 12.*

Vide Abb. *cap 1. in 2. not. extra de offic. deleg.* & dic ibi poſt Bart. *in l. ad inuidiam quod metus cauſa.* Nota hic argumentum ſumptum ab interuallo tempore, qua de re Cuiac. *ſupra dicto loco.*

§. Item. 11.

Ex iuramento filij acquiritur patri exceptio.

l. ſi filiofamilias. 2.

Hæc lex eſt de exceptione iuriſiurandi, & de exceptione quod in alea geſtum ſit, & de exceptione quod libertatis onerandæ factũ ſit, ſi patre litigante cum creditore filiofamilias eius delatum ſit iuſiurandum & filius iurauerit patrem dare non oportere, patri prodeſt exceptio iuriſiurandi, *vt l. vlt. D. de excep.* ſibique imputabit aduerſarius quod filiofamilias iuſiurandum detulerit, & ita etiam exceptio pacti ſi filiusfamilias pactus ſit rem alienam à patre non peti, patri prodeſt, *l. ſi tibi, §. vlt. & ſeq ff. de pactis.*

§. ſi mala. 1.

In hoc §. agitur de exceptione, quod in alea geſtum ſit, de qua & *in l. in exceptionibus, ff. de probat.* ſi in alea rem vendam vt ludam, & emptori ea res euincatur emptori agenti ex empto euictionis nomine, obſtat exceptio quod in alea geſtum ſit, quia ſibi imputare debet ludens alea luſu vetito & prohibito legibus, ſibi inquam imputare debet, qui in alea emit rem a luſore qui pecuniam mox aleæ permiſſurus erat. quo argumento etiam rectè dices & in alea creditæ pecuniæ ad ludendum efficacem repetitionem non eſſe. obſtare enim hanc exceptionem quod in alea mihi credideris & huius rei argumentum præbet lex *quod ſi minor, §. reſtitutio, D. de minor.*

§. ſi ſeruus. 2.

In hoc §. agitur de exceptione: quod libertatis onerandæ vel opprimendæ cauſa factũ ſit, de qua & *in l. 1. huius tituli, & in l. 7 de exception.* exceptioni locum eſſe Paulus docet non ſi ſeruus domino pecuniam promiſerit pro capite vt fieret: quia hęc conuentio licita eſt & frequentiſſima, ſed ſi ſeruo vltro manumiſſo, poſtea dominus pecuniã ab eo ſtipulatur non tam vt eam exigat quàm vt libertum ſibi deuinctum & obnoxiũ habeant, quo plus eum libertus reuereatur aut timeat, quóve magis ei obtemperet quæ res maxime onerat libertatem: atque ideo etiã hæc conuentio rata non eſt. nam ſi ex ea domino agere pergat, repelletur exceptione quod libertatis onerandę cauſa geſtum ſit, de qua exceptione ſi plura quis ſcire deſideret conſulat Cuiac. *libro 16. obſ. c 8.*

Tit. 6. De litigioſis.

¶ Hic titulus hodie non eſt in vſu apud Gallos, vt optimè notat Imbertus in Enchiridio.

l. Liti-

Digitized by Google

l.Litigioſam.1.

Proteſtatio facta emptori ne rem emat, non facit rem litigioſam.

l.Si ſeruus.2.

Vide *l.vlt.C.hoc eodem tit.*

l.Rem de qua.3.

Cuiacius *libro* 10 *obſer.c.*26.

Tit.7.De obligationibus & actionibus.

¶Paucis exceptis omnes iſtius tituli leges Zaſius explicuit.Paccius *in l.frater à fratre,D. de cond.indeb.*
*vide commentaria in ſubtiles ac illuſtres materias de obligationibus Petri Ricciardi IC.Patricij Piſtorienſis.

l.Obligationes.1.

Hanc Gloſſ.dicit ſingularem Iaſon.*in* §.*iuriſgentium,in princ.numero* 9.*de pact.*Bald.& Dec.*in rubr.de pac.qui dicit hoc eſſe impropriè,*& vide Iaſ.*ibi ſupra in* §.*ſed num,num.*27.Paulus 5.*ſent.tit.*7.*&* 2.*tit.*4.§.3.*Papon.1.*notar.*

l.Conſenſu.2.

Ad id.quod ibi dicitur per Glo.in verb.*cõſētire,*vide Crot *in Rub.de verborum obligatio.* dum loquitur de pollicitatione, & cum hac Gloſſa concordat gloſſa fin.*in l.*1.*de cõtrahen. empt.*& ad illã Gloſ.*in fin.*vide Iaſon.*in fin de actionibus,*§.*praeiudiciales,in* 9.*col.numer.*35.*Ad* §.5.circa intelligentiam illorum verborum ex bono & æquo, vide Budæum *in annot.in Pandectas in l.*1.*de iuſt. & iure.*Gloſ.ibi: *conſentire.*Vide Doct.præſertim Imol.& Alex.*in l. ſi ſtipuler.*§.*fin.de verborum obli.* & Alex.*conſ.* 707.*coll.*2.*in* 1.*vol.*Vlpia 20.§.13.*Pap.1.*notar,*

l.Obligationum 3.

Ad eius intellectum vide Bald.*in l.ad exactionem,in fi.Cod.de dot.promiſſ.*& eundem,*in l. ſuis,de liberis & poſt.hic,colum.*6.*num.*5.vide *l. ita ſtipulatus,in* 3.*col.tit.*1.& Bar.*in l.qui Romae,* §.*Flauius,in* 1.*&* 2.*oppoſ.*& ibi Iaſ. *in* 1.*&* 2. *not.D.eod.*Varro.5.*de ling.Latin.*

§.Non.1.

Ad quid citet illũ textum,Bella pert.*Inſt. de obliga.in princ.colũ.*8.*circa fin.*vide Gloſſ.*in* §.*omnes.Inſtit.de verborum oblig.*Nota autem quod ille nõ ſpõdet qui ſtatim dixit *Spõdeo.* * Cuiac.*ad l.*1.*ff.de pact.*Varro *lib.*5. *de ling. Latina.*

l.Ex maleficio.4.

An,quot & quibus modis maleficiũ committatur Gloſſa hic.

l.Si quis.5.

Cuiacius *libro* 8.*obſeru.cap.*34.Tiraq.*tract. de pœn.cau.*13.

§.is quoque.5.

Vide Doctores *in l.Cod.de obligationibus & actionibus.*

§.item.6.

Facit hic §.*vlt.Inſtitut.de obliga.quae ex quaſ. delict.*

l.in omnibus.6.

Ioannes Robertus *ſentent.iur.libro* 1.*cap* 3. Qui malorum opera vtitur etiam inſciens aliquatenus culpæ tenetur.

l.Actiones.7.

Limita vt per Socin.in reg.244.& etiã per Barto.*in l.de die,numero* 2.*D.qui ſatiſdare cog.* vide Dec.*in reg. fauorabiliores. D.de regulis iuris.* Alexãd.*in d.l.de die.in* 2.*col.in princ.verſ. item limita.*Ex hac autem lege conſtat quod pater & filius inter ſe cõtrahere & obligari poſſunt.

l.Sub hac.8.

Obligatio concepta in voluntatem hæredis promiſſoris an valeat Gloſſa hic.

l.Filius.9.

Quot & quæ actiones competãt filio Glo. hic.

l.Naturalis.10.

Vide Ioã. Fab.*Inſtit.de obligat.in* 4.*coll.poſt princip.*Et vide ad quid allegetur per Bart.*in ſi vnus,*§.*pactus ne peteret,in* 4.*colum.nume.*50 *D.de pact.*Et Pet de bella Pert.*Inſt.de iure naturali gẽt.& ciuil.colum.*10.*circa fin* Et vide omnino Iaſon *Inſtitu.de actionibus,poſt.princip. numero* 44.vide Barto.etiam in *l.ſi is cui extõpto,in princip.de verborum.ſignifi.*Hotom.*lib.*3. *obſ.cap.*2.

l.Quicunque.11.

Facit hic *l* 38.§ 17.*infra de verborum obligationibus.*

l.Ex depoſiti 12.

Actio in hæredes ex dolo defuncti quibus caſibus detur Gloſſ.hic.

l.In factum 13.

Ioannes Vandus *libr.*1.*variarum quaſtion. cap.*42.Vt intelligas quid ſit in factum actio, vide *l.ſi filiusfam.ſupra ſi cert.pet.*

l.Serui.14.

Vide *l.*22.*infra de regulis iuris.&* § 6.*Inſtit. de inutil.ſtip.*

Digitized by Google

l.Qui cum.15.

Vide l.2.C.*de excep.rei iud.*

l.Qui à ſeruo.16.

Poſſeſſio hæreditatis retinetur per ſeruum hæreditariũm.

l.Omnes.17.

Vide Socin.*in reg.*42.

l.Si is qui.18.

Barto.*in* l.*ſi mihi & tibi,D.de leg.*1.

l.Ex promiſſione.19.

Ad hanc legem adde an id quod defertur maiori per beneficij ſtatutum dicatur Lucrum,vide Gloſſ.*in* l. *ſi id natarius,in fin.ſupra de cond.ex cauſ.*Item adde quod qui conſequitur aliquid mediante pecunia, quæ quidem dicitur illicita puta pro beneficio eccleſiaſtico,cenſetur habere titulo lucratiuo Bart. *in l.licet ſi quis om ff.cauſ.* & quomodo dignoſcatur titulus lucratiuus ab oneroſo, late Iaſo.*in* §.*item,numero* 28.*vſque ad* 33. *Inſtitut.de action.*

*Bart.*in l.*1.§ *pro dote & in l.ſi conſtante, D. ſolut.matr.num* 67.quod ex parte filiorum ſit oneroſus Titulus dotis.

l.Seruus.20.

Vide Gellium *libro* 2.*noct.attic.c.*1. Ariſtot. 7.*Ethic.cap.*5.

l.Contraxiſſe.21.

Conueniri ex contractu quis poteſt, vbi ſoluere tenetur.

l.Cum quis.22.

Ad hanc legem vide Doct. *in l.vinum,ſupra Glo.in verb.quanti,D.ſi certum petatur,*Cuiac. 3.*ad African.fol.*29. *De ſententia & emendatione huius legis.vide Anton. Fabr. *libro* 16. *coniecturarum cap.*10.

l.Traiecticiæ.23.

De intellectu poſt ſcribentes hic Doct. *ad l.ſi inſulam,D.de verborum oblig. ſupra* 3. *oppoſ.* Bart.vbi Crot.*numero* 137.Corn.*conſ.*149.*nu.* 6.à Soc.*conſ.*99.*lib.*2.Cuiac.7.*ad Africanum, folio* 128.*&* 129.

§.De illo.1.

Corraſius *libro* 2.*Miſcel.cap.*6.*folio* 428. *numero* 106.*repetitionum* 6.*& fol.*453.*numero* 87. *fol.*406.*nnmero* 28 *& ſeq.*

l.Actionum.25.

Iaſon.*in* §.*actio autem,Inſt.de action.* *Cuiac.*ad* l.*iuriſgentium D.de pact.*

l.Omnes.26.

Actiones pœnales quibus caſibus poſt litem inchoatam heredibus non dentur Gloſ. hic.

l.Obligationes.27.

Obligationes quæ dicantur propriis viribus non conſiſtere Glo.hic.

l.Actio.28.

In perſonam dũ dicitur ibi quod petitio eſt in rem,adde aliquando contrarium reperiri ſecundum Harmonot, *in l. naturaliter, §.nihil commune,*D.*de acquirenda poſſeſſione, in* 1.*quæſtione.*

l.Lucio.29.

Reſtitutus libertati in credita priora non recidit.

l.Seruus.30.

Impoſſibilis conditio, in omnibus contractibus vitiatur.

l.Non locum.31.

Impoſſibile quomodo quid dicatur,declarat hic D.Goth.

l.Cum ex vno.32.

Hotomanus 27.*illuſt.quæſt.*

l.Conſtitutionibus.33.

Auguſtinus *libro* 1 *emend.cap.* 2 vide Gloſſ. *Inſt.de act.in §.de maleficiis,in* 3. *parte princip.illius Glo.*& ibi Gomez.*numero* 47. vide Bart. *in* l.*ex hoc edicto, numero* 41. *D. de eo per quem factum erit.*

l.Qui ſeruum.34.

Auguſt.*libro* 1.*cap.*3.

§.Hinc.2.

Cuiacius *libro* 3.*obſ.cap.*25. *& libro* 15.*cap.* 23.Ioannes Robertus *libro* 1.*recept ſenten.cap.* 25.Hotomanus *illuſtrium quæſtio* 28.*in fine.*Robertus 1.*animaduer.*29. Anton.Mercat.1.*notat.*29.

l.In honorariis.35.

Vide *text. in l. ait prætor*, D.*quæ in fraudem cred.*

l.Actionis.37.

Ræuardus *lib.de præiudic.cap.*7.adde, quod actionis appellatione continetur etiam exceptio,vt habetur *in l.eleganter,in princip.de dol.* Alciat.*libro* 11.*parerg.cap.*9.

l.Non figura.38.

Pro intellectu huius legis, vide Iaſ.*ad l.*1. *D.de verborum obligation.in princip.*vbi Alciat. *numero* 6.Ponta.*numero* 6.*&* 10. Alciat.*lib.*12. *parerg.cap.*8.Fortu.Garz.*ad* l.*ſi vnus, §.pactus ne peteret,num.*64.*D.de pact.* Ozer.§.1.*num. ſeptimo,Inſtitut.de liter. obligat.* Menad.*principium inſtitut.de obligat.numero vndecimo*

Vbi Gloſſ.

Digitized by Google

Vide Gloſſ. *inſt. de literar. oblig. in verb ſcrip.* & ibi Ioan. Fabr. *in 3. col. poſt prin.* & ibi Ozer. *5. fol. prope ſin.* & per eundem *in titul. de oblig. in 4. col. in princ.* & Socin. l. *1. in primo not. de verborum obliga.* & ibi Alciat. *folio 445. numero 64. repetitionum 1.*

l. Hæreditarium. 40.

An & quæ ſit huius legis dubitandi ratio, vide hic D. Goth.

l. Quotiens. 41.

Ludouicus Vitalis *l. br. 1. variar. lect. capite 3.* Horomanus *illuſtr. quæ.* 8. Cuiacius *lib. 13. obſeru. c. 25* Robertus *1. animad. c. 29.*

l. Is cui. 42.

Vide Alciat. *in l. creditores. de verb. ſign. in verb ſub con. & ad fin. gloſſ.* vide Bart. *in l. 1. de leg. 1. in 4 colum. & poſt eum alios.* Anton. Mercat *1. not. cap. 29.*

*Cuiac. *lib. 18. obſ. cap. 1.*

l. Obligari. 43.

Hæc lex ait obligari poſſe patrēfamiſias, vbi fruſtra videtur addere *ſuæ poteſtatis.* quoniam nullus videtur eſſe paterfamilias quin ſit ſuæ poteſtatis, immò paterfamilias nihil aliud eſt quàm homo ſui iuris, ſuæ poteſtatis, ſuæ ſpontis: ergo vt dixi fruſtra videtur addere *ſuæ poteſtatis* niſi ſit aliquis paterfamilias non ſuæ poteſtatis, & ſanè non ſuæ poteſtatis paterfamilias videtur eſſe qui in poteſtate curatorum eſt, vt loquitur, *l. 2 de curat. fur.* veluti is cui bonis interdictum eſt. hic igitur non videtur eſſe ſuæ poteſtatis, quam ob cauſam etiam conſtat eum ex contractu obligari non poſſe, *l. 6. tit. ſeq.* ergo vt paterfamilias obligetur neceſſe eſt, vt prorſus ſit ſuæ poteſtatis, vt neque ſub tutorum neque ſub curatorum poteſtate agat, neceſſe etiam eſt vt ſit pubes: nã impubes ſiue ſit in poteſtate patris ſiue ſub tutoribus agat, obligari non poteſt ex contractu, *l. 101. D. de verborum obliga. l. 2. in fin. ff. de reg. iur.*

Seruus autem ex contractibus non obligatur.

Subaudiẽdum eſt iure ciuili. nam iure naturali ſeruus ex omnibus ferè contractibus obligatur *l. 14. h. t. l. 19. in princ. D. de neg. geſt. l. 13. in prin. ff. de cond. indeb.* verum nihil faciebat ad propoſitionem huius legis adnotatio hæc de ſeruo. quoniam certiſſimum eſt patremfamilias ſeruum eſſe non poſſe.

l. Obligationum. 44.

Molinæus *de diuiduis & indiuiduis, par. 3. n. 606.* Proponit autem initio huius legis Paulus obligationum quæ ſcilicet verbis cõtrahuntur ſiue ſtipulationum fere quatuor eſſe cauſas, diem nempe, conditionem, modum, aut acceſſionem, quæ tamen obligationum cauſæ, non ſunt per ſe ſed per accidens, quia & ſine iis conſtitui & perfici obligationes poſſunt, vt puta ſi purè contrahantur, pura obligatio ob omnibus his cauſis pura eſt: quia neque dies illi inſeritur, neque conditio, neque modus, neque acceſſio.

Ferè.

Rectè ait, Ferè vt & optimè notat Accurſius qui his etiam addi poteſt locus quo promiſſor ſtipulante ſe pecuniam daturum promittit, quę obligatio eſt nõ etiam pura quia & tacitè dies ineſt quo in eum locum perueniri poteſt *l. 41. §. vlt. l. 73 tit. ſeq* éſtq. hic Philoſophicum temperamentum quod ſatis placet: iam & Macrobius *primo in ſomnium Scipionis* verbum inquit quo hanc diffinitionem temperaret adiecit Fere.

§. Circa. 1.

Dies inſeritur obligationi, vel à quo incipiat vel in quẽ deſinat obligatio, dies à quo incipiat inſeritur hoc modo. Calendis Martiis tot nummos dare ſpondes. nam etſi incipiat hæc quidem obligatio ſtatim ipſo iure ante Calendas Martias, tamen non incipit cũ effectu, quia nulla eius eſt executio antequã Calendæ Martię venerint. neque enim ex ea agi poteſt ante eum diem, quod comprobat legum ingens numerus & quaſi ſeges hoc eſſe certiſſimum *l. 14. l. 73. l. 124. tit. ſeq.* & aliis infinitis locis, neque enim incipiente obligatione ſemper incipit etiam agendi facultas, non ſemper cœpta obligatione & agendi ex ea facultas eſt, idémque hoc loco Paulus ſcribit apertè dum ait, naturam obligationis incipientis ex die hanc eſſe, vt ante diem nõ exigatur: obligatio. igitur naſcitur ſtatim, actio non naſcitur ante diem. diem autem in quem deſinit aut confertur obligatio obligationi adiicitur hoc modo, decem annua vſque ad annum 25. ætate meæ dare ſpondes. *l. 56. §. quarta, tit. ſeq.*

§ Conditio. 2.

In hunc §. Emanuel Coſta *lib. 1. ſelect. ca. 23.* conditio autem apponitur ſtipulationi ſi vel ſtipulatio fiat ex conditione vel ad cõditionem vtroque modo dicitur contrahi obligatio ſub conditione ſiue fiat ex conditione, ſiue ad conditionem, id eſt ſiue inſeratur cõditio obligationi vt ab ea incipiat obligatio, veluti decem dare ſpondes, ſi nauis ex Aſia venerit, ſiue inſeratur conditio obligationi vt in eam deſinat obligatio veluti decem dare ſpondes, niſi nauis ex Aſia venerit, & illo quidem modo id eſt ex cõditione, rectè obligatio contrahitur, & ſuſpẽdit obligationem.

hoc vero modo id eſt ad conditionem non contrahitur rectè, ſicut neque ad diem ſi ius ciuile & ius ſummum ſpectemus, ſi ius prætorium quod huiuſmodi conuentiones tuetur interpoſito exceptionum remedio etiam ad conditionem rectè contrahitur obligatio, & vt ait, exiſtente conditione locus erit exceptioni pacti vel doli mali, qua repelletur ſtipulator ſi pergat agere poſt conditionem impletam.

§. Modus. 3.

Modus ſpecialiter dicitur apponi ſtipulationi, cum apponitur diſiunctio quæ ponat in arbitrio promiſſoris hanc vel illam rem dare, vtram maluerit, namque ingeritur ita modus petitioni ſtipulatoris, vt nõ poſſit alteram rem petere abſciſè & purè prærepta electione promiſſori, non poſſit etiam vtrãque rem petere, ſed vt ſtipulatio concepta eſt debeat diſiunctim alterutram hãc vel illam petere, niſi velit incidere in periculum plus petitionis, denique hæc diſiunctio imponit modum petitioni ſtipulatoris. finge ſtipulatus ſum Stichum aut Pamphilum: alterius inquit ſolutio totam obligationẽ perimit. neque tamen alterum petere ſtipulator poteſt purè, id eſt ſine diſiunctione quin plus petat quandiu vterque eſt inquit, id eſt quandiu ambo viuunt vt *l. 2. § Scæuola ff. de eo quod certo loco*: nam ſi alter interierit is ſolus qui ſupereſt peti poteſt, perinde atque ſi ſolus deductus eſſet in ſtipulationem, *l. Stichum aut Pamphilum. § 1. D. de ſolut.*

§. Acceſſio. 4.

Acceſſio, duplex eſt acceſſio perſonæ vel acceſſio mixta ex perſona & ex re, acceſſio rei ſolius non eſt cauſa obligationis niſi ſit modus, quod ſic declaro ſi ſtipuler illud & illud pura eſt obligatio, cui nulla annectitur cauſa, ſi ſtipuler illud aut illud mortalis ſtipulatio eſt, itaq facit tertiã cauſam acceſſionẽ obligationis, non poſſis dicere eſſe acceſſionem rei ſolius, ſed vel acceſſionẽ perſonę, vel acceſſionẽ rei & perſonæ. Acceſſio perſonæ eſt ſi ſtipuler mihi aut Titio dari, quo genere obligatio quidẽ Titio non quæritur, quia alteri per liberam perſonã acquiri obligatio non poteſt, Titio tamen ſoluere inuito ſtipulatore promiſſor poteſt, *l. 12. §. pen. ff. de ſolut.* videlicet antequã ſtipulator egerit & litem conteſtatus fuerit *l. vlt. 57. ff. de ſolut.*

Mihi aut Titio.

Rectè ait, *mihi aut Titio*, nam ſi ita ſtipulor Titio, aut mihi nihil ago, *l. qui rei, §. ſi ſeruus, D. de ſolut.*

Rei cum mihi decem aut Titio.

Alia eſt acceſſio non perſonæ, id eſt rei, quæ acceſſio mixta appellatur ex perſona ſcilicet & ex re, ex perſonis & rebus quæ fit hoc modo, cùm mihi decem aut Titio hominem ſtipulor, alia re deſignata in perſonam meam & aliam in perſonam Titij *vt l. qui hominem, §. ſtipulatus, D. de ſolut.*

§. ſi ita. 5.

Ad intellectum huius §. vide Zaſium *libr. 1. ſing. intellect. c. 4.* ſtipulatio hoc modo concepta ſi fundum non dederis centum dare ſpõdes, centum ſola ſunt in obligatione, fundus in ſolutione duntaxat, ſolutio tamen fundi ipſo iure non liberat reum, quia fundus debitus non fuit ſolutio pecuniæ. liberatur ipſo iure non ſolutio fundi, qui non debebatur, ſed liberat per exceptionem, quoniam voluit ſtipulator, vt dando fundum ſe debitor liberare poſſet à præſtatione pecuniæ: ſed hoc exigitur vt ſoluat fundum re integra antequam lis de pecunia conteſtata ſit, coniunge autem cum hoc §. *l. ſi quis pro eo. 46. ff. mandati, & quæ ibi notaui.*

§. ſed ſi nauem. 6.

In ſpecie huius legis ſtipulatio ita concepta eſt, Fundum dare ſpondes, ſi fundum nõ dederis centum dare ſpondes, vel ita vt ibi, ponitur, nauem fieri ſpondes, ſi nauem non feceris, centum dare ſpondes, nihil refert an in dando an in faciendo concipiatur ſtipulatio, & hoc genere vtrumque videtur eſſe in obligatione fundus & pecunia: fundus purè, pecunia ſub conditione, vt verò ſunt duę ſtipulationes, vna pura, altera conditionalis, quoniã quot ſunt res tot ſunt ſtipulationes, tot itẽ formulæ, vnde quæritur an ſi exiſtat conditio poſterioris ſtipulationis, vt puta ſi promiſſor moram fecerit in dando fundo, an, ſit in arbitrio ſtipulatoris vel pecuniam petere ex poſteriori ſtipulatione, vel fundũ ex priori quaſi manente vtraque obligatione, nec priore tranſlata in poſteriorem, & Paulus, in hoc §. verius eſſe ſtatuit duas quidem ab initio eſſe ſtipulationes ante moram promiſſoris, verum exiſtente conditione poſterioris priorem obligationem nouari & transfundi in poſteriorem.

l. Is qui ex. 45.

§ Hotom. 28. *illuſt. quæſt.*

l. Furioſus. 46.

Pupillus ſocietate coita ex communiter geſto tenetur

l. Adrianus. 47.

Ibi: *faciliores.* Ad hanc materiam vide gl. *in l. de die, in prin. qui ſatiſdare cogantur.* Et quę addo *in l. ſi præſes, de pœnis.* Adde, quòd probationes rei præferuntur probationibus actorum

Digitized by Google

ris.Dec.*conſ.9.fin.* Adde, quòd actus præſumitur potius factus tempore promiſſo, quā prohibito Barto.*in* l.*non ſolum,§.ſed vt proba ri,D de oper.noui nuncia.*Et de paritate probationum latè Dec. *conſ.709.* qui etiam dicit, quòd aliud eſt quando Eccleſia agit, & probationes aliquanti ſpes etiam leuiores ,præferuntur.de probat act.Dec.*conſ.302.* Et legatum liberationis comprehendit omnem caſum l *ſi quis rationem,§.fin.vbi gl.de lib.leg.*

l.In quibuſcunque.48.

Facit l.29.*ſupra de adoption.& l.124.infra de reg.iur.*

l.Ex contractibus.49.

Mercerius *libro 2.opin.cap.22.*

l.Quod 50.

Vide l.3..§.2.*infra de verborum obligationibus.*

l.Nihil.51.

Harmen *libro 5.titul.*11.Hotomanus *libro 3. obſ.cap.17.*

l.Obligamur.52.

Cuiacius *libro* 17.*obſ.cap.*18.vide Alex.*ad Gl.ibi poſt am in* l.*mulier, §.cum proponeretur, in pen.col.*D.*ad T reb.*

l.Plura.53.

Hotomanus *illuſt.quæſt.27.*

§.Cum generaliter.1.

Vide l.181.*infra de verb.ſign.*

Eum ad quem ea res pertinebit contineri & adrogatorum & eorum qui in iure ſuccedant perſonas.

Male Florentiæ *& adrogati*,nam adrogatus non eſt ſucceſſor:ſed adrogator ſucceſſor eſt vniuerſi iuris quod adrogatus habuit, priuſquam capite minueretur per adrogatorem.

l.Contractus.54.

Huius legis extenſionem, vide apud D. Gothof.hic.

l.Quæcumque.55.

Eſt fortè non iſtius textus quòd ex contractu,tanquam ex parte oriatur obligatio, eſſet inconueniens, quòd apud eum reperiretur obligatio,qui non contraxiſſet.

l.In omnibus.57.

Vide l.9.C.*de iur.& facti ignor.*

l.Sciendum.58.

Litis conteſtatio inſtitutam actionem producit atque perpetuat, Hotoman. *libro 3.obſeruation.28.*

l.Pupillus.59.

Contrarietatem huius legis ſolue vt per D.Goth.hic.

l.Nunquam.60.

Hotom.*illuſt.quæſt.27.*

l.Procurator.61.

De materia huius legis, vide l.9.*ſupra de aur.*

LIBER XLV.

Titulus primus.

De verborum obligationibus.

IN hunc titulum ſcripſerunt Zaſius,Alciat Ferretus, Corraſius, Duarenus,Baro,Charondas & Cuiac.*ad Rubricā*, l.1.*&* 2.Molinæus & Bolognetus latè differens de origine contractuum & ſtipulationum ad Rubricam,Vāconius *libro 5.de var.*l.1.*cum 2.ſeq.*vide Corraſium *libro* 1.*Miſcell.cap.*24. Paulus 5.*ſent.tit.*7. *Iacob.Niger.Tormer.

l.Stipulatio.1.

Vaconius *libro 5.declar.*68.Charondas *lib.7. veriſim.ca.*21.Bolognetus *latè diſputans de forma & validitate ſtipulationis*,vide Gloſſam *in* l.*nepos Proculo,de verborum ſign.* Ad id quod dicitur per Doct. An debeat præcedere ,interrogatio,& ſequi reſponſio ,;vide textum contrarium dicentem *in l.præpoſterè.C.de teſt. circa §.ſi quis &c.* Nota ex illo textu *probari poſſe.* ſtipulationis contractum poſſe conſiſte re ſolis interrogatiuis verbis.Quid ſi interrogo ſi promittas 100.tu dicas quin , tale dictū eſt interrogatiuum,vt conſtat apud grammaticos.Nota autem hic verba eſſe præſentium non abſentium ,vt notat Ouidius de Ponto. *adde Cor. Iac.Nig. Paul.Leon.Socin.Iun. Ioannem Borcholten..

§.Qui præſens.1.

Vvaltherus *lib.2.Miſcel.c.*20.*&* 22.Adde ad hunc textum,Vacon.*declar.*215.Zuccar.*ad Rubric.C.de pact.num* 43.*& ſeq.* Bulgar. *ad l.petens C.pact.numero* 4. *&* 8. Verbum *ſtatuerit* hic poſitū debet intelligi per viā interrogationis,nā nō poteſt ſtipulatori diuerſitas reſponſionis placere , niſi per viā acceptionis aut per viam interrogationis,ſed acceptatio

Digitized by Google

l.Forma.4.

Nota hic quænam requirantur in forma cenſuali.

§.is verò.2.

Cuiacius *d.cap.31.*

§.Quæ poſt.9.

Cuiacius *d.loco.*

l.Cùm poſſeſſor.5.

Vide Cuiacium in hunc locum *libr.19.obſ. cap.5.*

l.Colonia.6.

Cuiacius *vbi ſupra.*

l.iuris.7.

Alciatus *libro 2.diſpunct.c.21.*

l.in Lyſitania.8.& vlt.

Auguſtinus *libro 3.emend.cap.fin.*Cuiac.*d.c.*36.Turnebus *libro 9.cap.15.*Plin.*libro 5.ca.10.* & *libro 5.cap.27.*

Titulus 16. De verborum ſignificatione.

¶Ad hunc tit.totum Alciat.& Brecheus,& Rebuffus ſcripſerunt,ad partem vero Cęlius Calcagninus.Hotoman. ſcripſit *comment. de verb.iur. & rerum ſignif.* tract.Iſagogicū ſcripſit aureum Dauid Saius. vulgo autem inſcribitur hic titulus,de verborum , & rerum ſignificatione, verum delendum eſt *Rerum,* vt in antiquisCodicibus,ex authoritate Pādect Florent hic enim explicātur omnia ſere verba,quæ ad ius pertinēt,& ad iuris partes omnes , & eadem de re Ælius Gallus librum ſuum inſcripſit de verborum quæ ad ius pertinent ſignificatione , ex quo eſt *lex 152.h.t.* optime hac de re diſputat Dionyſius Gothofredus hic quem vide. Ang *conſ.27.*

* Extant in hunc Titulum commentarij trium illuſtrium iuris interpretum Alciati, Buchæi,Fornerij ſimul iuncti.

l.Verbum.1.

Filiis inſtitutis filiæ etiam inſtitutæ videntur,*l.1.ſupra de vent.in poſ.*

¶Maſculinum concipit fœminam vltra latè tradita hic per ſcribentes,Cott.*in memor. in verb. maſculini.* Ruin. *ad rub de leg.*1.4 *col.* Alciat.*libro 1.parerg.c.* 33. Tiraquel. *in ll.connub.l.1.glo.1.par.1.numero* 82 Polit.*in tractat. ſubſt.col.3.* Alciat. *libro 7.parerg.c.7.*dicit autem hæc lex verbum hoc , *ſi quis* vtrumque ſexum complecti,ac ſi commune eſſet , hoc eſt tam maſculos quàm fœminas , vt & apud Græcos *ος τις* , tam maſculos quàm fœminas complectitur : hinc etiam conſtat fœminas maſculorum nomine comprehendi,niſi cōſuetudo aut leges aliam fuiſſe mentem teſtatoris demonſtrent, adde concord.text. cum gloſſ.*in c.generali,in prin.de electio. in 6.* & de materia iſtius legis primæ , vide Præpo.*in c. cum apud,* & ibi Benedict. de Vadis,*in addit. ad eum in c.cum apud,extra de ſponſ.*Bald.*in c. ad audientiam,de reſcrip.*Anch.*conſ* 112.Capra *conſ.*62 Corn *conſ* 271. Dec.*in l.item* 1.*hoc tit.* Guid.Pap.*quæſt.*505.Bald.*conſ.*460. Plaut. *in vidularia.*Teren.*in Eunucho.*Salyc.*in l.poſt ſententi.C.de ſentent.* Bald. in *Authen.quicunque, Cod.de epiſcopis & cler.*Innoc.*in c graue, extra de ſentent.excomm.*Sic etiam voce *Quicunque* tam maſculum quàm fœminam intelligere debemus, vt Cicero *in Cluentiana.* Hominis quoque appellatione fœmina etiam continetur,*vt l.152.hominis,infra hoc tit.*ſic nomine fratris ſoror intelligitur , *l.tres fratres 35.ff. de pactis.*

*Maſculos.*Nota hic quod ſi expreſſa mentio facta ſit de maſculis, fœminas excludi,idem ſi de viro , id enim nomen nullo modo ad fœminas pertinere poteſt , ſeruorum etiam appellatione ancillæ comprehenduntur , vt *l.82.ſupra de legatis 2.*

l.Vrbis.2.

Cuiacius *cap.2.de præſcriptionibus.* Vitruu. *libro 9.c.9.& ſeq.*

¶Crinitus *lib.4 de honeſt. diſcipl.c.9.* Ioann. Rob.*ſent.iur.lib.1.c.1.*Menoch. *de arb.iud.cap.* 155. Duo autem proponuntur in hac lege prius latiorem eſſe Romæ appellationem quàm vrbis,vrbem finiri mœnibus, Romam verò continentibus ædificiis ſiue ſuburbiis, quamobrem Romæ videntur dari tutores, qui dantur in continentibus, *l.pen.§.Romæ.ff. de excuſat.* & quod fit in continentibus Romæ fit. Proinde Romæ ædificia fieri dicuntur , quæ in continentibus ædificiis Romæ ſunt,*l.1.& 9.infra eodem,*& qui in continentibus vrbis nati Romę nati,*l.147.infra eodem.* Romā enim non muro exiſtimamus:ſed cōtinentibus ædificiis,*l.87.inf.eod.*Cuiac.34.*obſ. c.6.* Deinde ponitur hac lege, cuiuſque diei maiorem partem eſſe ſeptem horarum primarum non ſupremarum , loquitur autem de die naturali , id eſt de lumine, non de ciuili:dies enim ciuilis Romano more incipit à ſexta noctis hora,id eſt media nocte,& finitur ſequentis noctis eadem hora , & habet dies ciuilis horas 24.*l. more, D.de ferijs* : dies verò naturalis horas duodecim tam æſtate quàm hyeme, & hæc eſt differentia diei naturalis & ciuilis, Vitruuius Palladius Aſconius Pedianus & Plautus, media igitur pars diei naturalis eſt horarum ſex, maior horarum 7.Vnde Virgilius:

Digitized by Google

Nunc adeo quoniam melior pars acta diei eſt.
Vnde & optimè Martialis:
Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.

¶ Sic etiam ſufficere labori ſex horas ante meridianas, reliquas ſex eſſe impendendas delitiis, & voluptatibus, notatur elegantiſſimo diſticho Græco, adde Plutarch. in Rom.

¶ De diuiſione autem diei Macrob. *libro* 1. *Saturnal. c.* 3. Gellius *lib.* 3. *noct. attic. c.* 2. Alex. *in Rub. ſoluto matrimonio.* Petrus Crinitus *libr.* 4. Cicero *libr.* 1. *de Repub.*

l. in itinere. 3.

Bart. *in tract. de inſul.* 30. Archidiac. *c ſtatutum, de reſcrip. in* 6. Felin. *in c. cum olim, extra de excomm.*

¶ Itinere. In vulgatis editionibus legitur *Itiner*, vt in exempl. Haloandri.

¶ Viginti millia paſſuum. Id ſpatium tempus iter facientibus præſtitum dicitur, l. 137. §. 2. *D. de verb. oblig.*

¶ *Non conuenire.* Conuentiones etenim dãt formam contractui. Vegetius *lib.* 3. *de re milit. & libro* 1 *c.* 8. Procop. *lib.* 4.

§. Eius. 1.

Seneca *lib.* 4. *controuer.* Cicero *pro Cecinna* & in Topicis.

¶ Certiſſimum hoc eſt quod ſerui hæreditas non eſt: ſed excipiendus eſt ſeruus publicus populi Romani, nam hic habebat pro ſemiſſe teſtamenti factionem, vt Vlpianus declarat *in fragmentis tit. de teſtam.* is autem qui apud hoſtes deceſſit, ſeruus deceſſit, ergo eius nulla eſt hæreditas, quoniam ſeruus hæreditatem nõ habet, ſanè minus propriè dices habere hæreditatem, cum qui apud hoſtes deceſſit, vt ait l. *lege Cornelia ff qui teſtament. fac. poſ.* ſed hoc intelligendum eſt de iure ſtricto: nam de æquitate lex Cornelia fingit eum deceſſiſſe prima hora captiuitatis, & ſic dicitur hæreditas, & habet hæredem. alia tamen eſt Alciati opinio, quem vide hic, l. *non aliter, ſupra de adopt.* l. *vlt. ſupra quod cuiuſque vniuerſitat.*

l. Nominis. 4.

Alij legunt *Nominis*, alij *Pecunia*, ſed parum intereſt.

¶ In hanc legem Foreat. *Necyom. dialog* 63. certum autem eſt rei appellatione ſignificari etiam nomen, id eſt, obligationem, *vt in* l. 25. *D. rem pupil. ſal. fir.* qui etenim promittit rem pupilli ſaluam fore, & nomina pupillaria ſalua fore promittit. Hæc autem lex diuerſimode legitur in Pandec. in Floren. lege batur pecuniæ: & inde rectius nominis quam lectionem confirmat Baſilic.

¶ *Rem ſignificari Proculus ait.* Res in hac lege pro ſubſtantia accipitur, vt optimè notat hic Alciat. Rei autẽ nomẽ generalius eſt quã pecuniæ, l 1. *ad finem, D. ſi certum pet.*

l. Rei. 5.

Terentius *in Andria.* Auſonius, & Plautus *in Pœnulo.*

¶ In hanc legem Corraſ. *ad* l. *naturaliter, §. nihil commune, pag.* 297. *ſup. de acq. poſſ.* Rei appellationem latiorem eſſe quàm pecuniæ ait, qua de re *in* l. *pecuniæ verbum.* 178. *in hoc tit. dicemus*: ſed obiter notabis, quod pecuniæ ſignificatio ad ea refertur, quæ in patrimonio noſtro ſunt.

¶ *Quæ in patrimonio.* Hæc eſt differentia pecuniæ, & rei quoniam pecunia dicitur mea, quæ eſt in patrimonio meo, res verò mea quæ eſt, etiam extra meum patrimonium, ſic res mea dicitur (vt teſtatur Horatius) cum vicini paries ardet. patrimonij autem appellatione continentur ea, quæ continentur bonorum appellatione. Virg. 3. *Æneid.* Bald. *in* l. 1. *D. de ſtatu homin.* Cicero *in oratione pro Rabirio poſthumo.*

§. Operæ. 1.

Cicero *libro* 2. *de diuinatio.* Harmen. *libro* 3. *tit.* . Cic. *in Verr.*

¶ Quidam Cod habent *Legato*: ſed quoquo modo legatur, nihil refert, huius autem legis ſenſus hic eſt, quod operis faciendi debitor, niſi perfectionem operi addiderit, non liberatur, vt & partis præſtatione: nam obligatio facti indiuidua eſt, l. 139. *in fin. infra eod.* interdum tamen operis vocabulo cœptum, non perfectum intelligitur. Quid autem ſit ἀποτέλεσμα & ἔργον optimè explicat hic Alciatus. Vlp. Frag. *tit.* 3.

l. Nominis. 6.

¶ Nominis appellatione continetur quodlibet nomen, id eſt debitum, rei vero nomine ſignificatur etiam nomen, complectuntur etiam hæc verba quodlibet debitum, & quamlibet obligationem. coniunge autem hanc legem cum l. 4. *nominis ſupra hoc tit.* vnde Horat. Epiſt. *lib.* 11.

Cautos nominibus certis expendere nummos.

¶ Quid & quot ſignificationes habeat verbum *Nomen*, vide hic Alciat.

¶ *Et Rei.* An ſpeciali ſignificatione, res aliquando ſit accipienda, an iura contineantur rebus meis legatis, declarat hic Alciat. Bald. *in* l. 1. *D. de ſta. hom.* Andr. Sicul. *conſ.* 26. Cic. *libro* 1 *de orat.*

§. Verbum. 1.

¶ Verbum ex legibus accipiẽdum eſſe, ait hoc loco I.C. tam de verbis legum, quàm de ſententia, id eſt ex legibus eſt, non tantum quod eſt ex verbis: ſed & quod eſt ex ſententia,

Digitized by Google

tia, vt non tantum actio directa eſt ex legibus: ſed etiam actio vtilis, huius rei exemplum deſumi poteſt, ex l.2. *D. de iurſ. om. iud.* vbi ſi quis edictū prætoris publicè propoſitum corraſit, tenetur actione populari albi corrupti ex verbis edicti, quod ſi edictū pro pemodum corraſit, & ait illa lex ex ſentētia edicti, hoc eſſe, vt teneatur etiam ex edicto, quod ex ſententia legis eſt. Quintilia.3.*Inſt.* 6.& 7.c.7.

¶Quid differat mens, ſententia & ratio legis, vide hic Alciat.*num.*12. Fel.*in ca. in noſtra, extra de reſcript.* §. *adfinitatis*, *Inſt. de nup.*

l. Sponſio. 7.

Budæus *in annotationibus ad l.2. D. de origine iuris.*

¶Sponſio nō tantum appellatur, quæ fit per ſponſum, id eſt quę fit hoc verbo *ſpōdeo*, ſanè non loquitur de ſponſalibus, hoc eſt de promiſſionibus nuptiarum: ſed de ea ſponſione quæ fit hoc verbo *ſponseo*, & propriè ſponſio eſt quæ fit ita, verum etiam ſpōſionem eſſe, ſi fiat alio quolibet verbo, vt *fideipromittis, fideipromitto: fideiubes, fideiubeo*: quæ tamen ſi proprietatem ſpectes, diſtinguenda ſunt *in lib. ſent. Paul. tit. de fideiuſſ. & ſponſor.* denique ſponſor eſt ſi quis quolibet verbo interrogetur, etiam ſi non dixerit ſpondeo.

¶Spondere eſt dicere ſpondeo à ſponte. nam id valet, & à voluntate, vnde ſpondet qui dicit ſua ſponte, *ſpondeo*, ſpondet etiam ſponſor qui idem, vt faciat obligatur.

¶ *Per ſponſi interrogationem fit.* Ex hoc loco ſatis conſtat ſponſionem tantum de ſtipulatione dici. Budæus *in commētariis linguæ Græcæ.* Cic. *in orat. pro Cecin.* Quint. *libro* 7.

l. Verbum. 8.

Can. *in Chriſto, de conſec. diſtin.*2. Bart. *in l. ſi ita, de auro.* * Cuiacius *ad legem* 2. D. *de pactis.*

¶Quidam *oportet* legendum eſſe exiſtimāt, quod probatur à quibuſdam, ſed ſi ita ſit, obſtat l.76.§.1.& l.125. D. *de verborum obligat.* vt exempli gratia finge locari colono prędium in quinquennium, poſt triennium egi cum ex eo locato, hoc modo quidquid te mihi dare, facere oportet his verbis, id tantum in actionem deducitur, quod præſenti die debebatur, futura obligatio non deducitur, niſi adiiciatur verbum *oportebit*. Verbum ergo *oportet* præſens tantum tempus ſignificat non futurum: Idem etiam dicendum eſt de verbo *erit* & verbo *abfuturum* de verbo *peruenerit*, vide l.40.*in fi.*& l.83. *D. de leg.*3. Seneca *de tranquillitate vitæ, libro primo, cap.*8.

§. Actionis. 1.

Cap. *cum inter, extra de exceptio.* & Abbas *in Rub. ibid.*

¶ Quod actionis verbo non contineatur exceptio, obſtat l.2.§ *ait prætor*, D. *de dolo*, cuius edicti verba hæc ſunt: *Si alia actio non erit de dolo, iudicium dabo. quod ſi non ſit actio, ſed exceptio ſit, qua quis ſe tueri ius que ſibi ſuum ſaluū ſeruare poſſit, nō dabitur iudicium de dolo.* edicto igitur illo actionis verbo continetur iudicium de dolo. ſic etiam in edicto de edendo actionis verbo, non continetur exceptio. actor enim ſolus edit actionem, reus exceptionem allegat. Cicero *in Verrem.* Quintil. *libro* 7.& *libro* 3.

l. Marcellus. 9.

Alexand. *conſ.*108.§. *ex maleficiis, Inſtitut. de actionibus.*

¶ *Verbo periiſſe.* ¶ Alij legunt *Rupiſſe*, alij *Rapuiſſe*, Florent. *periſſe*. quod confirmauit Baſilica, eſt etiam vitiata hæc inſcriptio, nō eſt enim ex libro 5. Vlpiani ad edictum, ſed ex xv. vt & in pluribus locis poſſim in iure, verum hic res periiſſe dicuntur, quæ ſciſſæ, vel fractæ, vel colliſæ, vel vſtæ, vel contuſæ ſūt, vel quoquo modo ſublatæ à rerum natura, dubitatur autem an res diſtractæ verbo periiſſe contineātur, qua de re doctores paſſim in iure Bald. *in l.1. ſed eximendi, ſupra ne quis eum qui in ius.*

l. Creditores. 10.

Accurſius *in* §.1. *in princ. Inſtit. de action.* & *in* §. *omnium. ibid.*

¶Creditorum loco nō haberi, ait hæc lex quibus natura tantum debetur, & contra *in titulo de conſtituta pecun.* creditorum loco habentur, quibus natura debetur, vel natura deberi ſufficit, vt conſtitui poſſet, l.1. *D. de conſtituta pec.* ſic etiam *in titulo de fideiuſſoribus* creditorum loco accipiuntur, quibus natura debetur, nam vt fideiuſſor accedat vtiliter ſufficit: ſi vel procedat, vel ſequatur naturalis obligatio tantum, l.7. *D. de fideiuſſorib.* Sed hoc dicitur per quādam abuſionem, creditorum autem loco accipiuntur hi, qui exceptione temporali repelli poſſunt, veluti pacti conuenti temporalis. creditores etiam eos ſic definit Harmenop. *libro* 3. *titulo* 5.§ 61. quem vide. Alciatus *in titulo D. ſi certum pet. nume.* 7. l. *creditores*, & l. *creditoris, de verborum ſignif.* iſta lex intelligitur loqui abſolutè de creditore qui comprehend. qui eſt creditor propriè & impropriè vide Ioannem Campeg. *in articulo illo, vtrū creditor dicatur ille cui ex delicto & legato aliquid debetur, in* 3. *arg. in fine*: vide Doct. *in l.1. in pen. col. D. ſi certum pet. in eod. artic.* Similiter iſte textus poteſt ponderari, vt text. *in l. creditorum appellatione.* videlicet, quòd illa verba *creditores accipiēdos eſſe, conſtat, eos, quibus debetur ex quacūque actione, vel perſecutione* intelligantur, de impropriis creditoribus,

Digitized by Google

de Virginitate, Varronem *libro* 11. *de re ruſtic. c.* 10. Virgil. Eglog. 6. Auguſt. *libro de conſenſu Euang. cap.* 25.

§. Res. 1.

Baldus *in capite* 1. *de noua forma fidelitatis. §. ſi quis aliena, Inſtit. de rerum diuiſ.* Ouidius 2. *metamorphoſ.*

¶In hac lege Briſſonius *lib.* 4. *ſelect. cap.* 23. Conſtat autem eam rem abeſſe, quæ deperit, & in rerum natura eſſe deſiit, ſed abeſſe etiam videtur domino ea quæ redditur domino, ſi corrupta ſit reddita, vel transformata veluti veſtis ſciſſa, vel ſcyphi colliſi, vel tabula raſa, pictura pretioſiſſima, prope enim eſt, vt videatur Res periiſſe cuius forma mutata eſt, l. *Iulianus*, §. *ſi quis rem ff. ad exhib. bend* ſic Harmenopulus *lib.* 6. *tit* 3. §. 2. in rebus autem humanis non ſunt, quarum pretium abeſt, *l. ſeq.* ſic etiam abeſt is, qui eo loci non eſt, quo petitur, *l.* 199. *inf. eod.* vel qui extra continentia vrbis eſt.

¶*Si corrupta reddita ſint.* Res abeſſe dicitur, quando redditur corrupta, vel transfigurata, corruptio etenim & transfiguratio formam rei mutat, & res petita non videtur exhiberi forma mutata, *vt l* 9. §. 3. *D. ad exhib.* ſic etiam reddi debitum aut depoſitum non poteſt, niſi eadem cauſa reddatur: & generaliter de hac voce *Abeſſe*, vide Hotoman. *in tit. de ver. ſign.*

¶*Quoniam plerumque.* Perperam Hotomannus emendat, *Quanquam* contra fidem omnium librorum.

¶*Manus pretio.* Vide Eraſm. Chil. *cent.* 9. *prouerb.* 53. vnde Virgil.

Artificum manus inter ſe operúmque labores miratur.

Cæſar. *lib.* 1. *comment. de bell. ciuil.* Plin. *libro* 33. *c.* 4. Homer. *libro* 4. *Odyſſ.* Connan. *lib.* 3. *commentar. iur. ciuil. cap.* 6.

§. Deſinere. 2.

Verba huius §. commemorantur à Gellio *lib.* 17. Quid autem ſignificet deſinendi verbum, optimè Alciatus hic.

¶Res deſinere abeſſe tunc videtur, cum ſic redit in poteſtatem, ne amittere eius poſſeſſionem poſſimus, *ſic in l. Sequitur.* 4. §. 6. *quod autem. ff. de vſucap. l. qui fundum*, 7. §. 7. *furtiua res, ff. pro empt.* Gell. *libro* 17. Virgil. *libr.* 4. *Aeneid.*

Deſine meque tuis incendere teque querelis.

§. Abeſt. 3.

Cicero *in Tuſcul. diſput. c. ſi delegatus, extra de off. deleg. in* 6. *c. ſuſceptum, de reſcript. in* 6. *cap. ſi delegatus, de off. delegati, in* 6.

¶Res dicitur abeſſe, quę furto ſubſtracta eſt vel rapina, quod eſt furtum improbius, ſicut *in l. ſi quis. D. de petit. hered.* periiſſe videtur res furto, quæ etiam rapta à fure abeſſe, ſcilicet videtur res quæ furto ſubſtracta eſt, licet redierit in poteſtatem domini, ſi modo non tanquam res mea redierit, & ſic ei res abeſſe dicitur, cui pretium. Cum autem hæc dictio variè ſumatur, prudens iudex ex ſubiecta materia, quę interpretatio capienda ſit diiudicare debebit. Theoph. §. 1. *Inſtit. de excuſation. tutor.*

l. Labeo. 14.

Bartolus *in l. qui Roma*, § *duo fratres, in* 12. *quæſt. ff de verborum obligat.* Cœl. *lection. antiq. lib.* 27. *cap* 27. Plin. *libro* 33. *natur. hiſtor. cap.* 12.

¶*ſcyphi colliſi.* Scyphus eſt vaſis potorij genus, quo veteres vſi ſunt in conuiuiis, qua de re Cicero 6. *Verr.* Plin. *lib.* 33. *c.* 11. Plutarchus tamen in Antonio ſtatim in ipſo principio ſcyphum poſuiſſe videtur pro eo vaſe, quo vulgo *Baſſin* dicimus, Macrob. *libro* 5. *Saturn. cap.* 21. vnde Virgilius & Sacer. impleuit dextram ſcyphus. Alciat. *libr.* 2. *parad. cap.* 19. Bart. *in* l. *ſi aliquam rem, ff. de acquir. poſſ. & in l. ſi cum dotem.* §. *ſi. ad fin. ff. ſolut. matrim.* l. *Imperator.* §. *fin. ff. de legatis* 2. & l. *ſequent. cum l. grege, ſupra de legat.* 1.

*Cuiac *ad* l. *iuriſgentium, ff. de pact.*

§. Rem. 1.

Doct. *in* l. *Gallus*, §. *videndum, ſupra de lib. & poſth.* Bud. *in comment. ling. Græc.* Spec. *tit. de interrogat. quæ ſiunt ante litem conteſtatam.*

Rem amiſiſſe videtur, qui aduerſus nullam eius perſequendæ actionem habet, & vnde conſtat quod qui actionem habet, ad rem recuperandam eam amiſiſſe non dicitur, vel cui actio à prætore reſtitui poteſt. Quod amitto inuitus perdere dicor, ſiue id ipſum furto ablatum mihi fuerit, ſeu elapſum à me neſciente & incauto, ſed propria ſignificatione quod meum ſit.

l. Bona. 15.

Vide *cap. venerabilem, extra de electio.* Auguſt. *libro* 4. *de ciuitate Dei.* Theophilus *in* §. *flumina, Inſtit. de rerum diuiſ.* Cicero *in oratione pro Planco.*

¶Bona publica propriè ſunt populi Romani, & abuſiuè bona ſunt ciuitatis, cuiuslibet, quia in vſu publico habentur, vt viæ publicæ, theatra, amphytheatra, ſtadia, loca ſacra, vel religioſa, ſed bona publica ſunt ciuitatum. Aret. *in* §. *& quidem, Inſtit. de rer. diuiſ.* Cicero 11. *Philip.* Procop. *libro* 2. *belli Perſici.* Alciat. *libro* 9. *par. cap.* 22. Cicero *libro* 4. *Rhetor. ad Heren.* Quint. *libro* 8. *cap.* 6.

Digitized by Google

l.Eum qui.16.

Alciat.*libro 3.diſpunct.cap.*10.Reſtitutio in integrum an ſit ciuitatibus concedēda, vide hic Alciatum l.R*empublicam, C. de iur. Reip. libro* 11.

¶Fornerius *libro* 2.*ſelect.cap.*22.Coniunge autem cum hac lege l.12.D.*de publi.*vbi definitur quis dicatur publicanus. publicanum etenim hic definit Gaius,qui vectigal populi Romani conductum habet,horum autē ordinem & numero ampliſſimum,& perſonarum digitate potentiſſimum fuiſſe conſtat, vt ait Cicero *pro Plancio, & act.*4.*in Verrem.*

¶Nā *publica appellatio*, Reſpublica propriè dicitur ipſius ciuitatis Romanæ,vt notat gl. *in cap.2.in §.item nec,de elect.in prag. ſanct. in verb.Reipub.* adde gloſſ. *in Authent. de hæred. & Falcid.in principio*,Bar.*in Rubr.C.de iure fiſ.* Demoſthenes *in oratione aduerſus Timocratē*, Liuius *lib.* 5.*decad.*3.Cicero *libro* 3.*Officior.& 2.Philip.*Connanus *libro* 4.*comment.iur.ciuil. cap.16.ad princip.*

l.Inter.17.

Agitur hic de vectigalibus, ideo publici verbo non ea quorum vſus populus communis eſt,vt forum, theatrum ſignificantur,ſed vectigalia.

Nota hic quod res religioſę ſacrę publicis vſibus deſtinatæ,bona ciuitatis, peculia ſeruorū ciuitatis,inter publica habentur. Ariſtot.*lib.8.Ethic.*Varro *libro* 1.*de re ruſtic.cap.*7. l.5.D.*de rerum diuiſ.§.flumina,& §.riparū,Inſtit:eodem titulo,*l.*ergo* 30.D. *de acquirendo rerum dominio.*

§.Publica.1.

¶Solebat antiquitus prædiorum pars viceſima fiſco perſolui,ſicut Ofilius tradit,&Cornelius Tacitus ſcriptum reliquit pleriſque in locis.

¶Cuiacius *libro 3.obſeruat.capite* 31.& *libro* 6.*cap.*28.& *libro* 7.*capite* 42.publica vectigalia propriè dicuntur,quæ ad populum Romanum,vel fiſcum,qui pupulo Romano ſucceſſit redimunt.Appianus *lib.*1.Cicero *act.*5. *in Verrem*, Appia.*in bello Lybico*, Suetonius *in Calig.cap.*16.Virgil.*Eclog.*7.

¶*Vectigal portus,& venalium rerum.* Aliud eſt vectigal, portus, aliud rerū venalium,& propriè vectigal rerum venalium,id dicitur quod exigitur à fiſco ob venditionem publicè proponendam, ob merces publicè proponendas,l.2.*Cod.de iur.fide.haſt.fiſ.* quod vectigal fuit mancipiorum venalium ducenteſima pars,cæterarum rerū,modo centeſima, modo ducēteſima. Tacitus *libro* 13. Cuiacius 6 *obſeruat.*26.& 7.*obſer.* 5. & 4.vectigal aut rerum venaliū, non eſt octaua & vlt.Accur. quā de re, vide Cuiacium 1.*obſeruationū* 28. Colum.*libro* 12.*ca.*18. Suetonium *in Tyber.c.* 101.Iuuen.S*atyra* 4.Alexander ab Alexand. *libro* 2 *genial.dier.c.*2.

¶Peſſimè antea legebatur *piſcariorum*,nam Tullius in Bruto *piſcarios*: dixit vbi & huius verbi vi cognita emendauit *piſcaria*, picaria autem ſunt,in quibus pix coquitur, qua de re Plin.16.*cap.*12.

¶*Salinarum.*Vide Cuiacium 3.*obſeruationū* 31.Plinium *libro* 31.*ca.*7.Liuium *libro* 1.*decad.* 1.& *libro* 7. *decad.*1. & *libro* 2. *decad.* 1. *lib.*11. *decad.*3 Plin.*nat.hiſt.c.*7.8.9.10.

¶*Metallorum.*Bud. *libro* 4.*de aſſ.cap.* 25. An metallorum appellatione lapidicinæ quoq. veniant,vide Brechæum,Mart.*libro* 12.Quintilianum *declam.*361.Cicerōnem *lib.*4.*de Repub:*Herod.*lib.*2.Suetonium *in Iulio*,Symm. *libro* 10.*epiſt.*58. Plin.*libro* 18.*cap.*11.Dioſcor. *libro* 5.*cap.*123.Varro.*libro* 1.*ca.* 7.Strab.*lib.*5. *Georg.* Gell.*libro* 2. *cap.* 22. Plinium *libro* 16. *cap.*12.

l.Munus.18.

Bartolus *in* l.1.*C.de muner.& honor. C.lib.* 10.Varro *li.de ling.Latin.*Liuius *libr.*2.*de bello Punico.*

¶Munus tribus modis dici, ait hoc loco Paulus, vno donum quod officij cauſa præſtatur, altero officium vt munera militaria veluti angariæ & excubiæ. quæ qui faciunt, dicūtur milites munifici, tertio modo munus ſignificat onus ciuile,quod cum remittitur, muneris militiæque vacationem præſtat.

¶*Igitur municipes dici.*Municipes tantum hi propriè ſunt,qui munerum tantum populi Romani ſunt participes non dignitatum,nō ſuffragiorum:porro municipes habēt Rempublicam ſeparatam à populo Romano,ſuis enim legibus vtuntur ex quo intelligitur, qui diſtent à colonis.

¶Tertull.*libro de ſpectac.c* 10.Lipſi.1.*Saturn. numero* 7.hinc munificus apud Feſtum eſt officioſus & immunis,qui nullo fungitur officio.

¶*Et quoſdam milites munificos.* Munifices ij ſunt qui non vacant,ſed munus principi, id eſt militi principali,de quo Veget.2.*c.*7.Pli. 11.*ca.*40.vide Budæum hic,& Pet. Fab.1.*ſemeſt.*17.Liuium *li.*8.& 5.*de Bello Macedonico*, Budæum *in comment.ling.Græc.* Alciatum *lib.* 3.*diſpunct.cap.*15.Gellium *libro* 16.*noct.atticar. c.*13.

l.Labeo

Digitized by Google

l.Labeo.19.

Bartolus *in l.ſi vnus,§.pactus ne peteret, D.de pactis*.Gellius *lib.13.cap.10. vel 12.* Ariſtoteles *libro 1.politic.*Colum.*libro 5.cap.1.*

¶Pro intellectu huius legis, vide Anton. Guibert.*libro 1. quaeſtion.iur.cap.8.* Bellonum *libro 2. ſupput. cap.27.* Explicatur autem hic quid ſit actum, contractum,& geſtum,& Labeo proprietatis verborum ſtudioſiſſimus fuit.

¶*Et actum quidem.* Actum propriè interpretatur eſſe, non verbis aut non per actum veluti ſtipulatione, aut mutuo, aut promutuo.

¶*Contractum.* Contractum eſſe rem conſẽſu perfectã, vnde mutuã naſcitur obligatio, vel vt ipſe ait, dicemus eſſe vltro citróque obligationem, vt in emptione, vẽditione, locatione, conductione,& ſimilibus.& hi propriè ſunt cõtractus quos ait appellari συναλλάγματα cõtractus igitur propriè eſt, res cõſenſu perfecta, vnde mutua obligatio naſcitur, vt ſi quis velit ex contrario confirmare diſtractus, ſiue acceptilatio eſt vltro citróq. liberatio.

¶*Geſtum rem.* Geſtum ait Labeo hoc propriè eſſe ſine verbis rem factam: vel numerationem pecuniæ, vel quaſi ex contractu.

¶Græci συνάλλαγμα. Vide Aleiat.2.*prætermiſſ.hoc ipſo titulo*,& Ariſtotelem *Ethicor.*Bart. *in Rub.C.de pact.* Ciceronem *libr.3.offic.* Varronem *libr.5.de lingua Latina*, Valerius Max. *libro 4.* Gellius *libro 1.capite 13 l 3. D. de re militari.*

l.Verba.20

Bartolus *in l 2.C.quãd.decret.* Doct.*in auth. ſacramenta.C.ſi aduerſ.vend.*

¶In hanc legem Vualterus *libro 2.miſcell. c.27.*Lapus *allegat.41.* An autem in teſtamento contrahi poſſit, necne. vide quæ notat Gothof *ad l 21.in fin.ff.qui teſtam.fac. poſſ.* hinc autem colligere poſſumus, nec tutò nec paſſim argumentum duci à contractibus ad vltimas voluntates. Fornerius *libro 6 ſelection.l.fin.C. de ſententiam paſſis & reſtitutis.*

l.Princeps.21.

Liuius *libro 8.decad.1.& libro 4.decad.1.* Cicero *libro 1 Tuſculanarum quaeſtionum.*

¶Princeps bona concedẽdo per reſtitutionem in integrum, videtur etiam obligationes concedere,& primũ quidem ſi fuerit reſtitutio ſine indulgẽtia generali, vt ſi omnes exules pœna liberauerit princeps, vel etiãſi quem exilio damnatum princeps ſpecialiter reſtituerit ciuitati & dignitati, bona eum reſtituiſſe nõ videtur, nec enim plena eſt reſtitutio, ergo nec obligationes ſiue actiones ſiue obligationes fiſco,& in fiſcum competunt l.2.*Co.de ſent.paſſ.* Cicero *Philip.9.ad fin.* Capitolinus *in Gordiano.* Budæus *in annotat.in Pandect.*

l.Plus eſt.22.

Baldus *in Rub.de fructibus,& litium expẽſis, & in l.cum propria.C.ſi quis.*

¶Plus eſt rem reſtitui quàm exhiberi,& ideo qui rẽ exhibet tantum, nihilominus condemnatur in quadruplum, vel in id quod intereſt, quia non ſatiſfacit arbitrio iudicis. exhibere autem eſt corporis factum præbere, reſtituere eſt poſſeſſorẽ facere, item reſtituere eſt damnum præſtare, ſi res deterior facta ſit: denique reſtituendi verbum continet omnem cauſam priſtinam, & hoc quidem in arbitrariis actionibus & plus eſt quàm exhibere exhibere enim eſt non ſatiſfacere arbitrio iudicis. Interdum exhibere tantũ valet quãtum reſtituere ſed non inuenio niſi vno loco ita accipi verbum exhibendi, nempe in l.*Iulianus,§.quantum, D.ad exhib.* Paul.*libr.1. ſentent.titul.7.* vide l.*reſtituere 35. & l.vlt.infra hoc titulo.*

l.Rei.23.

¶Malè inſcripta eſt hęc lex. Flor.n.eſt Vlpian.*libro 14.ad edictum* reponendum eſt 13.& referenda eſt ad titulum de alienatione iudicij mutandi cauſa facta: in illo etenim edicto rei nomine non tantum continetur corpus, ſed etiam ius, vt ſi quis iura prædiorum alienauit, l.4.*§.ad cura.ff.de alien.iud.mut cau. fact.* complectitur etiam rei verbum, cauſam omnem priſtinam quæ fit ante alienationẽ, quaſi non reſtituatur omnis, non extinguitur liberatio, l.*ex hoc edicto, D.eod.titul.* ſic etiam eſt in ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore, l. 9.*ff.rem pupilli ſaluam fore.* Innocent. *in c.cum ad ſedem.extra de reſtit.ſpoliat.* Bald.*in l.2.C.de condit.inſtit.*

l.Nihil.24.

Bart.*in Rub.de acquir.hæred.* Corn.*conſ.103.* Socin.*conſ.75 in 3.*

¶Adde quod aliud eſt hæres, aliud ſucceſſor realis, ſecundum Paulum *in l.,am in contract.nu.3.de iud.*& an appellatione ſucceſſoris veniat etiam particularis, Dec.*conſ 237.in fi.* Adde quod hęreditas cũm ſit quid intellectuale, non circunclusiuũ loco, non videtur comprehendi ſub ſtatuto diſponente de bonis, ſecũdum Alex.*conſ.44.coll.2.in 5.vol.* quod tamen eget conſideratione, quare cogita. Bald.*con.393.in 5.cap.ſi ciuitas,extra de ſenten. excommunic.* Socin. *dicto conſ.75. in 3.* Alexãd. *conſ.93 in 2.* Dec. *conſ.69* Aret.*conſ.148.* Ang.

per obſeruatur,& de hac differẽtia,vide Cuiacium *libr. 7.obſ.cap* 3.Liuium *libro 4.ſub fi.decа.*1.Alexan.ab Alex.*libro 4. genialium dierũ, cap.*24.Budæum *libro 5.de aſſe.*

l.Alienatiónis.28.

Iaſon *in l.fi.Cod.de iure emphyt.* Bart.*in l.cen ſemus,de litig.*

Annibal.de Cano *in rub.D.de vſuca.nu.39. nouiſ.*Arius Pinel *in repe.ad Auth.niſi tricena, C. de bon.mater. milit.fol.615.nu.9. & ſeq.* Ad glo.in princ.quod prohibita alienatione per legem cenſeatur,prohibita etiam vſucapio, vide Socinum *ad reg.13,* Alex.*conſ.59.col.8.lib. 3.* Afflict.*decif.13.nu.4* Hæc autem lex eſt.*ex lib.*21.ad edictum Pauli cum potius referẽda ſit,ad *lib.23.*verum in ſũma vult venditionẽ ſignificare, aut donationẽ aut permutationem. Sed etiam interdicta alienatione interdictam vſucapionem videri, ne quis patiatur rem vſucapi, eodem modo alienaſſe videtur,qui ſeruitutem non vtendo perire paſſus eſt,poſt litem conteſtatam,vt etiam hoc loco declaratur dominium acquiri & amitti vſucapione.Paulus Caſtrenſ.*conſ.* 329.Alex. *conſ.*105.Cale.*conſ.*25.Cicero *in Topicis.*

§.Oratio.1.

Quint.*libro 9.cap.3.*Cicero *libro 4.Rhetor.ad Heren.*

¶Oratio ſoluta eſt,quæ neque coniunctionem neque diſiunctionem habet. oratio ſoluta eſt quæ ad quæſtionem hæredum pertinet,ſi quis heredes ſcripſerit in hũc modum, Lucius Titius,P.Mæuius hæredes ſunto,quę oratio ſuperior pro coniuncta accipitur,maximè ſi ſeorſim eis adiecerit aliũ coheredem ex alia dimidia parte,*l.triplici,ff. h.t.*ſicque illi tres Mæuius,Titius, Seius,qui numerati, vel nominati fuerint oratione ſoluta,videntur coniuncti in vnã dimidiam,& re verbiſq. coniuncti.Chaſſ *in comment.ad conſuetud.Burg. titulo des droicts appartenans,*Cynus *in l.2.Cod. quæ ſit long.conſ.* Cicero *pro Marco Marcello.* Ælius Aphor.*libro 6.*Zaſ.*in l.1.D.de iuriſdict. omn.iud.*Felin.*in cap. Gregor.in proœm.decret.*

l.Coniunctionem.29.

¶Nihil mirum eſt ſi ſoluta aliquando oratio accipiatur pro coniuncta,cùm & coniunctam orationem aliquando pro diſiuncta accipi conueniat,vt ſi ſtipulor mihi heredique meo dari,vel te heredémque tuum daturum,nec enim mihi heredem meum cõiungo:ſed id tantum ago,vt vel mihi,vel heredi meo tantum detur,non ſimul quidem vtrique,& ita coniunctio pro diſiunctione accipitur,ſic etiam diſiuncta pro coniunctis accipiũtur,vt in actione pro ſocio,cuius formula hæc eſt,*quod pro ſocio communiterve geſtum ſit,l.actione.§.ſi poſt,D.pro ſocio.*ibi enim diſiũctio pro coniunctione accipitur.Cicero.*libr. 4.Rhetoric.ad Herennium,*Baldus *in l.1.Cod.de iure aureor.anul.*

l.Silua.30.

Varro *libro 3.de re ruſtic.cap.4.*Virgilius *lib. 1.Georg.*

¶Hæc lex cum ſequẽti,pertinet potius ad Grammaticos,quàm ad iuriſcõſultos,huius autem legis quæſtio eſt,an is cui legatus eſt vſuſfructus fundi,cuius particula quædã habet ſyluam,an ſylua cædua vti poſſit,& ſanè ſi nominatim ſyluæ cæduæ conſtitutus ſit vſusfructus cædere poteſt:ſed ſi fundus vſusfruct⁹ legatus ſit,in quo ſit ſylua cædua,hoc caſu fructuarius ſylua cædua vti non poteſt, quæſtus ſui & compendij cauſa,ita nec vendere:ſed ad eum duntaxat modum,quo paterfamilias ea vti eámque cædere ſolebat. Ouidius *libro 11. metamor. & 3.* Virg.*libro 2. Georg.*Ouid.*libro 1.Faſt.*

§.Stipula.1.

Palladius *libro 7.& 8.* Virgilius *libro 1.Georgicorum.*

¶Caius definit hoc loco ſtipulam illectam eſſe ſpicas in meſſe deiectas,primũ & explẽt iuſtam operam meſſis,deinde cum eſt otium legũtur,ſpicas in fũdo temerè deiectas Græci καλάμας vocant,in pratis eſt Sicilere,cum leguntur quæ præterierũt,quaſi diceret hoc loco Caius,ſpicas quæ poſt meſſorum tergà à tenuioribus legi ſolent ſtipulas appellari, vnde Terentius *in Adelphis* pręter hæc meridie ipſo faciam, vt ſtipulam colligam,Plin. *libro 17.cap.4.*Seruius *libro 1.Geor.*

§.Noualis.2.

Appianus *libro 1.* Varro *libro 1.de re ruſtic. cap.29.*

¶In hoc §.Alciat.*libro 2.prætermiſſ.3.* Proponitur autem his duobus §.definitio noualis terræ & integræ,noualem definit eſſe terrã præciſam,quæ anno ceſſauit, quam Græci νέαν vocant quo quidem loco legendum eſt νεανὶς vt in Baſilicis.

¶*Terra præciſa* Malunt quidam legere *proſciſſa*,quæ aratro proſciſſa eſt, verum *præciſa* rectius,hæc terra dicitur etiam vno nomine vernactum,cui opponitur terra integra: ſed etiã cruda quę non præciſa,ſic etiam veteres Grammatici inquiunt,Noualis ager eſt,qui primũ proſciſſus eſt, ad quam ſignificationẽ

HH.

Digitized by Google

reſpicit Ouidius 1.*Metamor.* Colum.*libro* 1. Virgil.*libro* 1. *Geor.*Budæus *in comment. ling. Græc.*

§.integra.3.

Plin.*libro* 18.*cap.*19.Varr.*libro* 1.*cap.*44.

¶Integra terra ea definitur eſſe, in quam nõdum pecus immiſſum eſt, rectè autem noualis terra opponitur integræ, vnde Columella *libro ſexto*, dum ponit differentiam inter paſtoré & agricolam, ait agricolam gaudere ſolo ſubacto herboſo, paſtoré noualis gramuinoſo, vna recipit pecus, alia non recipit, itaque fructuarius immittit pecus in noualia, non in integras terras. nã & huius rei cauſa non habentur, & modicam etiam ſuppeditant herbam. Seruius *libro* 2.*Geor.*Pallad *libro* 1.*cap.*6. Varro *lib.*4.*de ling. Latin.* Iſidor. *libro* 17.*cap.*2.

§.Glans.4.

Virgilius *libro* 6.*Æneid.*& 1.*Georg.* Hora. *libro* 3.*Carminum.*

¶Glans caduca eſt quę ex arbore cecidit, qua de re eſt *lex vnica, D.de glande legenda* veruntamẽ hæc minus propria videtur ſignificatio: nam caducus non qui cecidit: ſed qui facilè caſurus eſt, ruinámque minatur, ſignificat. vnde & paries caducus dicitur. Alciatus *libro* 3. *diſpunct.cap.*6. Connanus *libro* 8.*comment.iur.ciuil.*

§.Paſcua.5.

Virgil.*libro* 3.*Georg.*Plin *libro* 18.*cap.*3.

Paſcua ſunt quę paſtui pecorum deſtinata ſunt, l.1.*C.de paſcuis publicis.*

l.Pratum.31.

Varro *libro* 1.*de re ruſt.*Plinius *libro* 18.*capite* 26.*& ſeq.*

¶In hac lege definitur pratum eſſe, in quo ad fructum percipiédum falce opus eſt, quia paruam operam deſiderat, & ideo veteres in agricolatione primas tribuunt pratis, vnde nota hic, quod prati fructus non pertinet ad fructuarium dum péder, neceſſe enim eſt, vt fœnum cædat, fœnum cæſum pertinet ad fructuarium, l.*ſi abſente*, §.*vlt. D.de vſufr.* l.13.§.*vlt. D.quib.mod.vſuffr.amitt.* ſed non facto fœnicetio ſi deceſſerit fructuarius, an poterit res cædere minimè. Varro *libro* 1.*cap.*7. *de re ruſt.* Plinius *libro* 18.*cap.*28. Columella *libro* 3. *cap.*3.

l.Minus.32.

Minus ſoluit qui tardius ſoluit, l.12.*ſupra eadem.*

¶Hæc lex licèt expoſita fuerit ſupra in l.12. *vt ſi cui*, §.1. *minus ſoluit*, D.*h.t.* tamen adde quod minus is ſoluit, qui nihil ſoluit *vt l.* 150.§.*eod.* & qui tardius & is in quẽ amplioris ſummæ competit actio, l.13.*infra eod.* vel qui non integrã ſummam ſoluit, vt ait l.85. D.*de ſolut.* In fine autem notabis quod comparatiuum *minus* ſumitur aliquando pro poſitiuo vt in hac lege videre eſt. præterea varia exẽpla huius rei proponit hic Accurſius, quem vide. Donatus *in Adelph.act* 3. *ſcen.* 2. Auguſtinus *libro* 3.*cap.*74. *contra Creſconiũ.*

l.Palam.33.

Card.*cap.veſtra,extr. de cohab.cleric.*Feder. *conſ* 8.

¶In hanc legem, vide Corraſ.*epiſt.quæſt.ca.*11 & ad eius faciliorem intellectum, vtar exemplo Ædilitij edicti, quo vẽditores iubentur morbos, & vitia mancipiorum palàm, & rectè proñuntiare ac dicere, l.1.& 3.*D.de ædil. edict.* palam eſt coram pluribus. nam in eo edicto pronũtiare & dicere, idem eſt quod in xij.tab. lingua nuncupare, Cũ inquit, Decemuir nexum faciet mancipúmque: vti lingua nuncupaſſet, ita ius eſto: omnis autem nũcupatio palam fieri debet, id eſt coram ſeptem teſtibus vel coram pluribus quam ſeptem, l. *hæredes*, §.1.D.*qui.teſtam.fac.poſſint.* non tamẽ minus quàm ſeptem. Bart.*in l.hæredes palam, C.de teſta.* Cicero *in oratione pro Milone.* Valer.Maxim.*libro* 6.*cap.*3. Aulus Gellius *lib.* 9. *cap.*12. Cicero *contra Rullum.oratione* 2.*de lege Agraria.*

l.Actionis.34.

Alex.*in l.*1. D.*de iuriſdict.omn.iud.* Placent. *in tit.de rer.vind.libro* 1.

¶Lex alicui actionem indulget, & perſecutionem, vt in l.10.*creditores.*§.*h.t.*

¶*Perſecutio.* In rem ſcilicet, vel in perſonã, vel extraordinaria, l.178.§.1. *infr.eod.* directa vtilis, præiudicialis, prætoria, interdicta, l. 37.§.*de oblig.l.exceptiones*, 1.D.*de except.* Actionis item vocabulo continetur interdictum, præiudicium, officium iudicis, vt optimè notat Sichardus in l.*actionem*, 5.*Co.de procuratoribus.* Cicero *pro Quintio.*

l.Reſtituere.35.

Varro *libro* 5.*de ling. Latin.*Anch.*reg. peccatum in* 6.

¶Reſtituere iuſſus fructum à tempore litis conteſtatę, perceptorum nomine tenetur, & *l.*20.D.*de rei vind.l.*9.§ 5.D.*ad exhib.*

¶*Vſucapionis cauſã & fructum.* Rem reſtituit qui cauſam vſucapiendi poſſeſſionem, l. 22.§.

Digitized by Google

22.§.*eod.*fructus,partus,l.20. D.*de rei vind.*vtilitates,l.9 §.*vlt,D.ad exhi.* omnes vtilitates, l.81.§.*eod.*corpus rei, omnem rem, conditionémque eius,l.*vlt.in fi.*§.*eod.*omnem cauſam, l.31.*D.de rebus cred.*& priſtinum ſtatum reſtituit,l.2.§.43.*D.ne quid in loco pub.ic.*qua de re Harmen.*libro 6.tit 3.*Alex.*in* l.*ſi marito,*§.*fi.D. ſoluto matr.*Cicero *pro Cecinna.*

l. Litis.36.

Quint.l*ibro 3 cap.5.* Cicero *libro 1.epiſtol.famil.epiſt.1 & libro 3. e orat.*

¶Docet hac lege Vlpianus,litis nomine ſignificari, tam actionem in rem,quam actionem in perſonam,& pertinet hæc lex ad titulum de in litem iurando,quod quidem complectitur omnem actionē,& eſt iuſiurandum in litem. quod iuratur rei, quæ in iudicium deducta æſtimendæ cauſa, nam iurat aduerſarius quanti rem æſtimat,quam aduerſarius contumaciter reddere detrectat, litis igitur nomen in ea parte refertur ad omnem actionem,& ideo promiſcuè vtimur litis, & actionis appellatione, l.*litis, D.de iudiciis* Cicero *in partitionibus oratoriis*, Quintilianus *libro 3.* Varro *in ling.Latin.* Quint. *libro 12 c 7* Connanus *libro 5.cap.4.comment.iur.ciuil.* Varro *libro 5.de ling.Latin.*

l. Verbum.37.

Val.Prob. *in opuſ.de notis antiq.* Felin.*in cap. 1.de conſt.verſ.7.* Aretius *conſ.22.* Aretin.*in* §.*fi.Inſt.quib.mod.ius pat.pot ſol.*

¶ Paulus interpretatur verbum *oportere*, referri ad veritatem,quo ſcilicet reum damnari oportere in pretium,quanti res eſt,non quanti rem æſtimauerit iudex , ſequi enim debet iudex veritatem , non rem æſtimare ſuo arbitratu,cum tamen alia parte eiuſdem edicti, qua cauetur , vt is qui dolo malo deſiit poſſidere, condemnetur quanti ab aduerſario iuratum fuerit in litem , & ea in parte verbum oportere pertinebit ad facultates iudicis. Niceph. *libro 3.capite 19.libro 7.capite 16. & libro 9. capite 9.*Harmenopulus *libro* 1.Cicero *pro Roſcio Comœd.* Seneca *de beneficiis.libro 3.Nou.165.*

l. Oſtentum.38.

Cicero *libro ſecundo de natura deor.* Virgilius *libro 1.Georg.* Cicero *libro 1. de diuinatione.*

¶Duo eſſe oſtentorum genera,declarat hic Vlpianus.quæ non eodem modo expiantur: ſed alia expiantur maioribus hoſtiis, alia luſtrationibus,Liuius *lib.2.& lib 27.& 41.*ſic etiam ius pontificum docuit,duo eſſe portentorum genera,vnum eſt ſi quid contra naturam factum ſit & genitum ; vt Græci interpretes eleganter differentiam faciunt inter factum , & genitum , hac ratione, ſcilicet vt gigni dicatur contra naturam. equus biceps aut puer quadrupes , fieri autem veluti puer cum elephantino capite , atque ita ſcitè oſtendūt quid diſtet genitum à facto, quę duo verba accuratè etiam diſtingunt Theologi. Virgilius *libro tertio Aeneidos, &* 11.Liuius *libro primo decad 3.* Plinius *libro 17.capite 25.* Theoph *libro 2.capite 4.* Virgilius *lib.1.Georg.* & Seruius *in libro 6.Aeneid.*Budæus *in comm. ling.Latin.*

l. Subſignatum.39.

¶ Subſignandi verbum iuris pontificij eſt &ciuilis,accipitúrque pro ſubſcribere,vt hæredibus ſubſignarentur, id eſt,ſubſcriberentur feriæ & ceremoniæ, ſic veteres loquūtur Feſtus in verbo ſignare,antiqui ponebāt pro ſcribere,vt conſignare, & ſignare pro ſcribere,& conſcribere, antiquum igitur eſt ſubſignandi verbum,antiquum deteſtādi verbum pro denuntiatione & cōtra etiam Feſtus reſignationis pro reſcriptionis.

§. Bona.1.

Quint.*declam.2 3.* Theoph. *tit.quod cum eo qui in a en.pot.*

¶Bona accipienda ſunt deducto ęre alieno, & huic coniunge l.72. D.*de iure dot.* l.1.§.2. D.*de collat* l 6.*Codic.ad legem Falcidiam*,in eo autem differt ab hæreditate,quoniam bonorum vſufructu legato æs deducitur ex omnibus rebus l.*vlt.*D.*de vſuf leg.*hæreditate verò legata non deducitur, *l.*104. *in fin.*D. *de leg.*1. quia poſſunt in hæreditate eſſe onera,& ita bona & hæreditas diſtinguuntur in l.83.D.*de leg.3.& in* l.16.§.1.D.*ad Treb.* in fine tandem nota quod collatio bonorum fit etiam deducto ære alieno.Harmenopulus *libro 5.titul.9. Nou.1.& 22.*l.*litibus 19.Codic.de agric.& cenſ.* l.*fructus*,D. *ſoluto matrimonio*,Caſſiodor.*libro 7.epiſtol.vlt.*

§. Atteſtari.2.

Horat.Plaut. *in Curcul.*& in Perſa,*Auth.Rogari,C.de teſt.*

¶ Deteſtari eſt vetus pontificum verbum, rectè Seruius ſcribit *libro 20.de ſacris deteſtādis*,Gellius etiam *lib.6.c.12.*citat Seruium dicto loco,Paulus itaque hoc loco ait deteſtari eſſe abſenti denuntiare,deteſtari ſacra interpretamur eſſe abſenti denūtiare teſtibus cōputatis aut comparatis, ſic etiam deteſtari in xij.tab.accipitur pro denūtiare abſenti cum omnibus hęredibus & legatariis quibus tanta pars bonorū relicta eſt quanta hęredibus,

Digitized by Google

& hi qui vſucœperint plurimum bonorum defuncti, vt Cicero ait *ſecundo de legibus*. Horatius *libro* 1. *ſermon. Satyr.* 1. Plautus *in Curcul.* Budæus *in annotationibus*, Cicero *pro Roſcio Comœdo*.

l. Deteſtatio. 40.

Bartolus *in l. non ſolum, §. morte. ſupra de noui operis nuntiat.*

¶ Deteſtatio definitur hic denuntiatio facta conteſtatione cum teſtibus, vide autem in hunc locum Alciatum, vbi agit de teſtatione, nuntiatione, denuntiatione, obnuntiatione, anteſtatione, conteſtatione, renuntiatione, proteſtatione, & eorum effectibus, qua de re adde Cuiacium 3. *obſeruation.* 16. vbi de anteſtatione tractat, deteſtatio etiam authore Feſto, *libro* 23. dicebatur cùm Deus feſtis in deteriorem partem vocabatur, inuenitur & apud Gellium *libro* 10. *capite* 27. *deteſtatio ſacrorum*, *& libro* 6. *capite* 16. Cicero *Philippica vndecima*, Socin. *conſ.* 118. Anchar. *conſ.* 32. Spec. *tit. de ſentent.* §. *ſpecies.* Alex. *conſ.* 28 *numero* 3.

§. Serui. 1.

¶ Serui appellatione continetur etiam ancilla, & è conuerſo ancillæ appellatione ſerui non continentur, l. *ſeruis*, *D. de leg.* 3. quod ſanè obſeruandum eſt, etiamſi vtriuſque eadem ratio ſit, vnde ſeruis legatis ancillæ etiam continentur ex proprietate ſermonis, nomenque commune eſſe in ſubſtantia, licet non ſit in prolatione ſermonis interpretatur Angelus in l. *quicumque Cod. de ſeruis fugit.* verba etenim generaliter accipiẽda ſunt, quatenus ex vi ſermonis inferre poſſunt, idem etiam de dictione *filius*, qua continentur etiam filiæ.

§. Familiæ. 2.

Ariſtot. *lib.* 1. *politi. capi.* 3. Cicero *lib.* 5. *de fin. bon. & malor.* Tacitus *libro* 1.

¶ Familiæ appellatione contineri declarat hac lege Vlpianus nõ tantum ſeruos: ſed & liberos homines, liberos ſcilicet, qui ſunt nobis in miniſterio, vel mercenarij, qui mercede nobis operas præbent. Dubium autem hic facit, quoniam familia ab Oſco verbum Famul deducitur quod ſeruum ſignificat, atque ideo de ſeruis propriè dici debuit, non autem ad filios, vel etiam liberos homines trahi: ſed tamen vſus aliter obtinuit, qua de re plura dicemus in l. *pronũtiatio.* 195. §. 1. *familiæ, D. h. t.* Liuius *libro* 43.

§. Vnicus. 3.

Baldus *in l. iubemus, §. ſin autem*, *Cod. ad Trebellianum*.

¶ Poſtremo adiicit familiæ appellatione non contineri vnicum ſeruum, nec duos ſeruos, ſignificat tres facere familiam, ſicut tres collegium faciunt in l. *Neratius, infra hoc tit.* hac opinor ratione is cui legatur familia vel optio ſeruorum tres tantum eligere poteſt, *l.* 1. *D. de opt. leg.* frugalitas enim veterum tribus contenta fuit ſeruis, memoriæ proditum eſt de Catonis frugalitate, qua de re meminit Valer. *libro* 4.

¶ *Ne duo quidem faciunt familiam.* Immo duo vel vnus faciunt familiam, *vt l.* 2. §. 6. *D. vi bonor. rapt.* l. 1. §. *familiæ, D. vnde vi.* & Cicero *pro Cecinna*, verũ facilis eſt ſolutio, ſi verba vniuſcuiuſque edicti inſpiciantur, qua de re Cuiacius *in Paul. recept. ſentent, libro* 5. *titul.* 6. §. 3.

l. Armorum. 41.

Bald. *in l.* 1. *& l. fi. de vi pub.* Ang. *in l. cum ex, D. de furtis.*

¶ Armorum appellatio non tantum ſcuta, & gladios & galeas ſignificat: ſed & fuſtes & lapides, Angeli autem ſententiam ſequi hic non poſſum, impropriè dici exiſtimantis quę ſolum defenſionis cauſa parantur, id enim à Iuriſconſulti noſtri mente ac ſententia procul abeſt, non tamen negauerim ex ſubiecta materia armorũ appellationem, aliter quandoque aſſumi. vt in Iuſtiniani conſtitutione de armis. qua fabricẽſibus prohibet, ne arma priuatis hominibus vendãt, intelligitur. n. de his quæ militãtibus vſui eſſe poſſunt; quoniã id publicę ſecuritatis cauſa cõſtitutum fuit. Aretinus *conſ.* 80. Varro *libro de ling. Latin.* Homer. *lib.* 6. *Iliad. ſub fin.* Bud. *libro* 2. *& 5. de aſſe.* Alexand. ab Alex. *libro* 6. *genial. dier. capite* 22. Aret. *in* §. *ex maleficiis, Inſtitut. de action. & in tract. de malef.* Virg. *lib.* 1. *Geor.* Veget. *de re milit.* Polyb. *lib.* 5. Ioſ. *Antiq. libr.* 7. Ouid. 11. *Metamor.* Cicero *pro Cecinna*, Caſſiod. *libro* 7. *epiſt.* 19.

l. Probrum. 42.

Cicero *libro* 1. *Officior.* Budæus *in comm. ling. Græc.*

¶ In hanc legem Forcatulus *Necyo. dial.* 24. Probrum autem & opprobrium idem eſt, ſicùt infamia, & flagitium idem eſt, & Cicero hanc legem explicans, vſurpat probri & opprobri vocabulum. nam debemus, inquit, probrum audire, & Feſtus probrare eſt probrũ obiicere, atq. infamiã vel flagitiũ, vel probrum obiicere idem eſt, igitur probrum vel opprobrium, ſi quis dicat furem eſſe, qui non eſt l. *item apud.* §. *vltim.* D. *de iniur.* nam

Digitized by Google

nam ſi fur eſt, non eſt probrium, vel opprobrium. Cicero Phil. 2. Gellius *lib. 12. noct. attic. c. 18.* Rhodiginus *libro 18. c. ant. antiq.* Gellius *libro 12. c. 43.* Alexand. *libro 6. genia. dier. c. 10.*

l. Verbo. 43.

Bartolus *in l. legat. ſupra de alim. leg.* Teren. *in Andr.*

¶ In hanc legem Forcat. *in pen. iur. c. 3.* plerique autem exiſtimant verbum *viuere*, ad victum ſolũ pertinere. Sed obſtat ſententia opinantium ad veſtimenta & ſtramenta pertinere, quia ſine his viuere nõ poteſt, eodémque verbo contineri, quidam exiſtimant, cibum, potum, veſtitutum, ſtratum: patet autem hoc loco quod victus vocabulũ, latiùs patet quam diarij & cibarij vt l. 2. §. *de alimen. & cibar. leg.* educationi autem victus exæquatur vt ait l. *alit. D. de alim. & cib. leg.* hac de re vide Vallam *elegant. lib. 6. cap. 6.* Liu *lib.* 4. *dec. 1.* Cicero *libro 1. Rhet. ad Heren.* Hypp oc. *libro 2. Aphoriſm.* Tiraq *in tractatu de nobilit.*

l. Et cætera. 44.

Virgil. *libro 1. Æneid.* Vitruu *lib. 6 de Ariſtip.*

¶ Victus appellatione ſignificantur ea omnia quibus tuendi curandiue corporis gratia vtimur, tuemur etenim corporis vitam eſu & potu, *vt §. ult. l. 43.* veſte, vt l. 21. §. *de alim. & cibar. leg.* Quæritur autem hic an & Pharmaca contineantur, vide Rebuffum *in tractatu de ſententiis prouiſionalibus, art. 1. glo. 5.* Sed ſi quis forte de victu tranſigat, tunc fauoris cauſa nec de habitatione, nec de veſtiario tranſegiſſe legatarius intelligitur, vt l. 8. §. 12. D. *de tranſact.* Saluſtius *in coniurat ione Catilina.* Cicero *lib. 1. Offic. & libro 1. quæſt. Tuſcu.* Seneca *libro 4. de benef. c. 38.*

l. in ſtratum. 45.

Cicero 11. *Philip.* Tit. Liu. *lib. 23.*

¶ Iuriſconſultus videtur diſtinxiſſe ſtatum à victo, dicit enim victus nomine etiam contineri veſtem non ſtragulam, contineri etiã indumenta, *& in l. veſtis, D de aur. & arg. leg.* victus inquam appellatione continebitur veſtis non ſtragula, id eſt indumentum, & omnis veſtis quæ inijcitur, ſicut ait hoc loco, omne pallium quod inijcitur *ἐπίβλημα*, aliud eſt pallium *ἐπίβλημα*, aliud pallium, quod habetur induendi cauſa, vel etiam iniiciendi, & hoc dicitur *ἔνδυμα*, eadem etiam dicuntur *περιστρώματα*, qua de re vide Athen. *de bello Macedonico.*

Lazar. Baif. *ad tit. de auro & arg. leg.* Valla *lib. 6. eleg. cap. 46.* Cicero *actio. 4. in Verrem.*

l. Pronunciatum. 46.

Gellius *libro 6. noct. atticar. cap. 8.* Cicero *pro Plancio.*

¶ Pronuntiare dicuntur iudices, vel arbitri à magiſtratibus dati, qui cognitionem habent, non iuriſdictionem cum cauſam definiunt, l. 26. *D. de re iud.* idem & ſtatuere dicuntur, l. 42. *ſupra eod.* quæ tamen verba prætor promiſcuè vſurpauit: & idcirco ait hoc loco pronuntiatum & ſtatutum idem eſſe & promiſcue pronuntiaſſe, & ſtatuiſſe eos dici, qui ius cognoſcendi habent, i. iudices datos. Sed propriùs videtur eſſe verbum pronuntiandi, quando iudices non rem eſſe, teſtamentum non eſſe verum, id propriè eſt ſtatuere. Sed rem eſſe videri, teſtamentum verum eſſe videri pronuntiabant, l. 2 §. 1. D. *ad Turpillian.* l. *mini fratres*, D. *de liberali cauſa*, l. *ob hæc verba*, D. *de his qui not. infam.* Cicero *pro lege Muræna, & de legibus.*

§. Matrem. 1.

Gellius *libro 18. noct. attic. cap. 7.* Virgilius *libro 1. Georg.*

¶ In hunc §. Cuiac. *lib. 2. obſ. cap. 18.* & Ræuar. *lib. 4. variar. c. 12.* Aulus Gell. *lib. 18. c. 6.* Fornerius *ſelect. lib. 1. c. 11.* matremfamilias autem accipimus pro qualibet honeſta fœmina ſiue ſit nupta, ſiue vidua: & generaliter definit in hac lege Iuriſcõſultus, neque nuptias neque natales matremfamilias facere: non nuptias, quoniam vidua materfamilias etiam eſt, nõ natales. nam liberta & libertina quæ nata eſt ex ſerua materfamilias eſt. Sed bonos mores quod iiſdem verbis repetit Diuus Hieronymus *in epiſt. 7. ad Octauiam* de regeneratione loquens quæ fit per baptiſmum, hoc ipſo inquit, quod manumiſſa eſt materfamilias dicitur, cum ante natales matremfamiliam nõ faciat. Cicero *in oratione pro L. Muræna.* Boet. *in Topic. Cic.* Connan. *lib. 8. comm. iur. ciu. c. 3.*

l. Liberationis. 47.

Virgil. *lib. 4. Æneid.* Gell. *lib. 14. c. 1.*

¶ Iuriſconſulti interpretantur ſoluiſſe non tantum eum qui numerauit, ſed etiam eum qui liberatus eſt obligatione, l. 4. §. *ſoluiſſe*, D. *de re iud.* idem etiam proditum eſt in hac lege quæ ait, illud verbum potiùs ad ſubſtantiam obligationis pertinere, quam nummorum ſolutionem, hoc eſt eo verbo ſignificarẽ ſolutionem obligationis, potiùs quàm debitæ pecuniæ præſtationem, ideóque iudicatũ ſoluiſſe videri, ſi acceptilatione liberatus ſit, etiamſi nihil dederit in l. *ſi in ſtipulatu*, D. *de donatio.* Seneca *lib. 6. cap. 5 de beneficiis.* Theoph. *in §. curare, Inſt. de action.* Paul. *lib. 5. ſent. tit. 31.* Tertull. *de præſcrip. aduerſ. hæret.* Cicero *pro Rabir. & Academ. q. libro 4.*

Digitized by Google

l. Solutum. 48.

Ang. *in l. ſi à bona fidei, ſupra de rei vindicat.* Caius 1. *Inſtit.*

¶ Ad intellectum huius legis, vide Duaren. *lib. 1. diſput. cap.* 1. Ræuardum *ad l. 12. tabul. pag.* 16. *cum ſeq.* Cuiac. *libro 7. obſer. capite* 17. loquitur autem hæc lex de in ius vocando, in ius enim vocati ab aduerſario, ſequi debent aduerſarium, vel ſi nolint, duci inuiti, trahique poſſunt, ſi modò prius anteſtati fuerint: neque enim licet in eum quem in ius vocamus manus iniicere, niſi teſtibus præſentibus, teſtantur qui vocant ſe manus ideò iniicere, quod nolit ſequi, quod eſt ex lege 12. tabularum his verbis. Si in ius vocatus non eat manus iniicito, incipito atteſtari, alioquin qui manum iniicit tenetur iniuriarum. Gell. *libro 20. capite* 1. Horat. *libro* 1 *Satyr.* 9. Cicero *pro Rabirio.* Valer. Max. *libro 2. capite* 1. Cicero 5. *actio. in Verrem.*

l. Bonorum. 49.

Rom. *ſing.* 30. Cicero *libro* 5. *Tuſcula.* Horat. *lib.* 4. *Carm* Cicero *libro* 5. *de fin. bonor. & malor.* Ariſt. *libro* 1. *Ethicor.*

¶ Bona dupliciter dicuntur naturaliter & ciuiliter, id eſt, ciuili modo, ciuiliter ea bona dicimus quæ nocent, vt hæreditatem damnoſam dicimus bona ſucceſſionem damnoſam bonorum poſſeſſionem, *in tit. de bonor. poſſeſſ.* bona accipiuntur ciuiliter, aliàs bona accipiuntur naturaliter, quæ beant tantùm, id eſt, proſunt, vt in lege falcidia in bona accipiuntur, *& in titul. de collat. bonor.* ita etiam in titulo *de re iudicata* bona accipiuntur naturaliter, cum à creditoribus, ſcilicet bona iudicat, pignori accipiuntur, & diſtrahuntur iudicati ſeruandi cauſa, abſque vllo onere æris alieni. Connan. *libro 3 comment. iur. ciuil. capi.* 21 Tiraquellus *in tractatu de nobilit. capite* 8. Bart. *in Rub. Cod. hoc titulo.*

l. Nurus. 50.

Connanus *libro 6. comment. iur. ciuil. cap.* 4.

¶ Ait hæc lex nurus appellatione contineri etiam pronurum, & vltra & ſequentes, quę tamen interpretatio non procedit, cùm ipſius nurus perſonam tantum inſpicimus, vt ſi tibi promiſerim pro tua nuru, non intelligitur de pronuru, l. *ſi quis ita*, D. *de teſtam. tut.* proprie enim non eſt nurus quod ſanè indicat Iuriſconſultus, cùm ait appellationem porrigendam, porrigere enim nihil aliud eſt quàm extendere.

l. Appellatione. 51.

Oldrad. *conſ* 25. Valla *libro 3. elegant. cap.* 70. Iuuen. *Sat.* 14.

¶ Ait etiam hæc lex parentum appellatione, non tantum patrem, ſed etiam matrem, auum auiam cæteroſque ſuperiores contineri, quaſi diceret parentum nomine aſcendentes intelliguntur in infinitum, l. 4. §. 25. *de in ius voc.* quomodo autem hoc verum ſit, vide l. *vlt. C. ſi aduerſ. fiſ.* obiter autem notandum hic eſt quod parentis vocabulum porrigatur ad omnes aſcendentes, at non ex vocabuli propria ſignificatione extendimus, & ſanè parentes hodie vulgò intelliguntur euſdem gentis, & inuicem quoquomodo coniuncti, quod & Hieronymum non latuit, *libr.* 2. *aduerſus Rufinum.* hinc eſt parentela quæ dictio apud Capitolinum in Gordiano legitur, Cic. *in Verrem, act. 7. & in orat. pro Cluentio.* Virgilius *libro 3. Æneid. &* 4 *Georg.* Cæſar. *libro 7. belli gallici.*

l. Patroni. 52.

Cicero *libro 2. de orat. & lib. 3 Offic.*

¶ Patroni appellatione continetur etiam patrona, ita vt maſculinum concipiat quandoque fœmininum, quod tamen vbique verum eſt, vt puta lege per modum qualitatis de maſculo loquente, in materia etiam correctoria maſculinum non concipit fœmininum, idem etiam eſt in contractibus, vbi quoque mentio vtriuſque ſexus diſtinctè facta eſt, maſculinum non concipit fœmininum, denique ſi verba ad literam ſint intelligenda, maſculinum non concipit fœmininū, verumtamen in vltimis voluntatibus maſculinum comprehendit fœmininum, quia legatis mulis, mulæ etiam continentur, *l. qui duos, D. de leg.* 3.

l. Sæpe. 53.

Rom. *conſ.* 104. *pater.* Angel. *conſ.* 16. *viſis.*

¶ In hanc legem Ræuardus *d. libro pag* 38. In ſumma autem vult hæc lex quod ita comparatum eſt, vt oratio coniuncta ponatur pro diſiuncta, niſi iuris diſpoſitio aliter repugnet.

¶ *Soluta pro ſeparatis.* Orationes ſolutæ dicuntur in quibus coniunctio non eſt copulatiua, vel diſiunctiua, & quidem quandoque pro ſeparatis & diſiunctis accipiuntur, quandoque etiam pro coniunctis, licet hoc non dicatur *Adgnatorum Gentiliúmque.* Qui dicantur gentiles, vide Ciceronem *in Topicis in loco à definitione, & Auctorem ad Herennium.* Suet. *in Nerone.* Plin. *libro* 33. Tiraq. *in libro de nobilitate. cap. 2. numero* 50. Alciatum *libro 1. pareg. cap.* 13.

§. Item i.

Ang. *in l. furti, §. ope, ſupra de furt.* Bald. *in l. ſi conſtiterit, C. fin. reg.*

¶ Huius §. quæſtio eſt, an hæc verba cum, cuius ope, conſilio furtum factum ſit côiuncta,

ctim an ſeparatim accipi debeant, variæ fuerunt in hoc antiquorum ſententię. Sed Labeo eos qui ſeparatim accipienda dixerunt, probauit, quod aliud ſit ope, aliud conſilio furtũ fieri, vnde qui ſolum opem adhibet furti tenetur, tametſi ipſe non conſuluerit factum fieri debere. Ioan. Andr. *in capite perpetuo, de elect. in 6.* Cicero *libro 3. de finibus.* Paul. *libro 5. ſenten. titul. 29.*

l. Conditionales. 54.

Bartolus *in l. 1. D. ſi cert. pet.* Alciatus *in l. de quæſtione, C. de pact.*

¶ Creditores conditionales appellantur, quibus nondum competit actio, ſed competitura, & facit ad hanc legem. ..4. in ſ. Inſt. de verborum obligation. conditionalis autem creditor, proprie non eſt creditor, vt optime declarat doctiſſimus Alciatus, *libro 8. reſponſ. 73. numero 9.*

¶ *Vel qui ſpem habent.* Hic nota quod ſpei quandoque & ſæpiſſime ratio habetur.

l. Creditor. 55.

Bart. *in l. ita ſtipulatus, in l. quæſt. D. de verbo. obligat.* Iaſ. *in l. creditori, D. de oper. nou. nunciatione,* Bartolus *in l. Papinianus. D. de inofficioſ. teſtament.*

¶ Quis propriè dicatur creditor, explicat nunc Iuriſcõſultus. is autem proprie dicitur qui exceptione perpetua ſummoueri nõ poteſt, & qui temporalem exceptionem timet, ſimilis eſt conditionali creditori, verum generaliter creditor is non alius eſt, quàm cui debetur aliquid: vnde Vlpianus ait creditores accipiendos eſſe eos quibus debetur ex quacunque actione vel perſecutione, vel iure ciuili, ſine vlla perpetuæ exceptionis remotione, vel honorario vel extraordinario, ſiue purè, ſiue in diem, ſiue ſub conditione, quod ſi natura debeatur non ſunt loco creditorum: ſed & ſi non ſit mutua pecunia, ſed contractus creditores accipiuntur. Paul. *lib. 5. ſent. tit. 4. §. 2. Nou. 48.*

l. Cognoſcere. 56.

Bart *in Rub. D. ſolut. matrim.* Cicero *in Catil. orat. 3.*

¶ In hanc legem Cuiacius *ad titul. de excuſ. pag. 11.* Ait autem hoc loco Vlpianus, cognoſcere eſſe relegere inſtrumenta, & recognoſcere, diſpungere eſſe computare accepta & data. malè autem Accurſius putat idem eſſe expungere & diſpungere, diſpungere enim eſt ſubducere rationem, expungere eſt perimere, & delere rationes non ducta linea, diſpungere eſt cõferre accepta & expenſa, hinc Deus meritorũ iudex & diſpunctor dicitur à Tertulliano *quarto aduerſus Marcionem, & 5. aduerſus Marcionem.* diſpungere etiam idem eſt quod delere.

§. Liberorum. 1.

Bartolus *in l. hæredes, §. cum ita, D. ad Trebellianum.*

¶ Ait hoc loco Iuriſconſultus liberorum appellatione contineri, non tantum eos qui ſunt in poteſtate, ſed etiam emancipatos, non tantum mares, ſed etiam fœminas, & non tantum ex maribus, ſed etiam ex fœminis deſcendentes, id eſt, non tantum nepotes, neptéſve ex filio, ſed etiam ex filia, quãuis non ſint nobis adgnati, quod ita non eſt in edicto vnde liberi, & de coniungendis cum emancipato liberis, in eis enim edictis ſignificantur tantum liberi ſui, vel qui ſui futuri erant, non igitur liberi deſcendentes ex fœmina qui non ſunt ſui nec futuri erant.

l. Cui præcipua. 57.

Plautus *in Aulularia.* Varro *de ling. Latin.* Cicero *libro 3. de legib & in oratione pro Cluentio.* Ariſtot. *libro 4. polític. 2.*

¶ *Cui præcipua.* Magiſtri nomẽ dicitur, quod magis cæteris poſſint, quod ſummam rem omnium creditorum ſolui exequerentur, vnde etiam magiſtratus appellantur, quod potentiores ſint priuatis.

¶ *A magiſtris cognominantur.* Sicut albus cognominatur ab albo, magiſtri autem qui dicantur, & in quo à Doctore differant, vide Gl. *in clem. de magiſtr.* Hoſtienſ. *in ſum. §. 1. eo.*

¶ *Cuiuslibet diſciplinæ.* Hinc magiſtri ſocietatis dicuntur, *& l. 2. ſup. a de pactis,* ſic etiam vniuerſitatis, & venditioni bonorum præpoſiti. Cicero *act. 1. in Verrem.* Valla *libro 4. eleg. cap 16.* Gellius *libro 4 noct. attic. c. 2.* Cicero *libro 6. ad Atticum.* Quint. *libro 6. c. de riſu.* Lact. *libro 3. cap 14.*

§. Perſequi. 1.

Aulus Gellius *libro 11* Budæus *in commentariis.*

¶ Malè Accurſius interpretatur hic *perſequi,* pro *conſequi,* cum hic ſit ſenſus, vt is nondum ſuum aſſequutus intelligatur, cui datus eſt fideiuſſor, nondũ enim ei plenè ſatisfactũ eſt, hæc igitur expoſitio mihi non probatur, quoniam propriè illud perſequimur, quod nondum ſumus conſequuti, vnde Aulus Gel. *lib 2.* nõ puto inquit Cæcilium, ſequi debuiſſe, quod aſſequi nequiret, dic igitur quod quãuis aliquis ſatis acceperit, adhuc tamen dici perſequi, quoniam ſatiſfactio pro vera ſolutione non eſt, l. 1. *D. qui ſatiſd. cog.*

l. Licet. 58.

Quint. *declam. 264.* Gell. *libro 20. cap. 1.* Paul.

Digitized by Google

lib.3.ſent.tit.3. Quint *libro* 8.*cap.*1.

¶In hanc legem Alcia. *libro 3. diſpunct. cap.*4. Nota autem hic nullam eſſe differentiam inter facere & gerere, quoniã abuſiuè pro eodem ſumuntur, licet Valla, quandam differétiam attulerit, quod nempe geſta referantur ad Rempublicam, acta verò de priuatis etiã dici, quod omnino mihi nõ probatur, faciendi autem verbo quę contineãtur optimè declarat hic gloſſa prma, qua de re vide plura hic apud apud Alciat.

§. Paternos. 1.

¶In hoc §. explicatur qui dicantur liberti noſtri, ad intellectum huius loci facit Iuuenalis Satyra cum ait.

Collige Sarcinulas clamat libertus & exi.
Iam grauis es.

¶Quoniam ſolebant Quirites cum repudiare vxorem vellent, libertum ſuum, huius rei nuntium mittere, vnde dubitatum fuit quem libertum ſuum intelligeremus, & paternum quoque, ſeu auitum ſuum libertum eſſe Iurisconſulti tradidere.

¶*Liberorum noſtrorum.* Quidam codices habent *libertorum*, nam libertus liberi mei meus libertus non eſt: ſed verior lectio eſt *liberorum*.

l. Portus. 59.

Virgilius *libro* 1. & 2. *Aneid.* Vitruu. *libro 5. de archit. capite* 12. Varro *libro de lingua Latina.*

¶Ait hoc loco Iuriſconſultus portum eſſe locum concluſum, quo importantur merces, & inde exportãtur: ſtatio autem & portus idem ſunt, quoniam ambo publica loca ſunt, adeo vt cuilibet liceat piſcari in portu, §. *flumina, Inſtit. de rer. diuiſ.* Seruius 1. *Aneid.* de ratione portus conſtruendi, vide Vitruuium *libro 5. cap* 12.

¶ *Angiportum dictum eſt.* Portus etiam dicitur angi, vt optimè notat Feſtus, qua de re adde Varronem quarto & quinto, de lingua Latina, id eſt, anguſtus portus: ſed hæc potius ad Grammaticos quàm Iuriſconſultos pertinent, Cicero *Philip.* 2. Terent. *in Phorm.* Seneca *libro 6. cap.* 8. *de beneficiis.*

l. Locus. 60.

Ariſt. *in partit. Orator. & in Top.* Virgil. *libro 6. Æneid.*

¶Oſtendit in hac lege Iuriſconſultus differentiam eſſe, inter locum & fundum, vetus autem dictum eſt iuriſconſultorum, quo tamen hodie non vtimur, nempe furtum fieri fundi locive, §. *quod autem, Inſt. de vſuc.* ſed ex eo dicto veterum, liquet differentiam eſſe inter fundum & locum differentia hæc eſt, fundus eſt cum villa, villa eſt pars fundi, locus poteſt eſſe ſine villa, fundus eſt totũ quoddam, locus eſt pars, fundus conſtat multis ex locis fundus habet ſuos terminos qui conſtituuntur poſſeſſorum arbitrio, locus vero non habet certos fines, & animo concipitur potius quam fundus, ad has differentias confirmandas pertinet, l. *quid tamẽ. ff. quib. mod. vſuſf. am.*

Varro *de lingua Lat in.* Virgilius *libro 2 Georg.* Connanus *libro 6. comment. iur. ciuil. c. 6.* Valla *libro 6. elegant. cap.* 41.

§. Loci. 1.

Connanus *libro 7. comment. iur. ciuil. cap. 7.* Cicero *in Rullum.*

¶Labeo hoc §. ſcribit loci appellationem, nõ ſolum ad ruſtica, verum etiam ad vrbana prædia pertinere, eius autem metaphoricôs varia eſt ſignificatio, vt exempli gratia cum dicimus aliquem eſſe, obſcuro loco natum, tunc enim refertur ad genus nobilitatémq;, alia etiam eſt Ariſtoteli Ciceronique huius vocabuli ſignificatio: ſed in noſtro iure locus quandoque generaliter accipitur, & ex mente proferẽtis interpretationem capit, l. *fundi, ʃ. eod.* qua ratione in prædiis vrbanis locus ſine ędificio, dicitur area, in ruſticis vero ager, at cũ ſpecialiter reſpectu fundi locum dicimus, de portione aliqua accipimus Aggenus Vrbicus *de limitibus agrorum ad Frontinum,* Cato *de re ruſt. cap.* 3.

§. Sed fundus. 2.

Varro *libro 1. de re ruſt. cap. 11. & cap* 13 Cicero *in Top.*

¶Quamuis initio huius legis ſatis ſupérque declarauerim, differẽtias inter locum & fundum, tamen hæc omittenda non eſt, vt ſcilicet fundus ſuos, habeat limites, locus vero latere poſſit. Fundus autem dictus eſt quod eo fundatur, vel ſtabiliatur patrimonium, preterea fundus & vrbanum & ruſticum ædificium intelligendum eſt, vt optimè notat Iſidor. *lib. 15. orig ca* 13. Differt etiam locus à prędio. nã prædium eſt, quod ex omnibus patrifamilias maximè pręuidetur, id eſt, apparet quaſi pręuidiũ, vel quod antiqui agros, quos bello cœperant, vt prędæ nomine habebant. Cicero *Philippica* 9. Gellius *libro 10. noct. capite* 4.

l. Satiſdationis. 61.

Iaſon. *in l. 1. in fin. D. de qui ſatiſdar. cog.* Macrobius *libro 1. Saturn. cap. 6.*

¶Satiſdare eſt fidiuſſores dare, cauere eſt ſtipulanti promittere, tantum, quod eſt etiã promittere, ſed ſatiſdationis verbis, vt hic do-

cet Vl-

Digitized by Google

cet Vlpianus, in interdicto continetur nuda repromiſſio, qua contentus fuit is cui ſatiſdatio dabatur, opponitur autem ſatiſdatio nudæ cautioni *vt l.45. ſupra de procur. l.5. ſupra de hæredit. petit.* ſic etiam ſatiſfacere is dicitur qui pignere, vel qualibet alia ratione ſecurum contentúmve creditorem reddit, l. 1. *D. de prætor. ſtip.* obiter autem nota hic quod compulſus ſatiſdare, ſi propter paupertatem non poſſit ſufficere eum præſtare cautionem fideiuſſoriam, vt notat Iaſ. *in l 1. in fi. D. qui ſatiſd. cog.*

l. Tigni. 62.

Vitruuius *libro* 4. c. 2. Albert. *de re ædificat. libro* 6.

¶ *Tigni appellatione.* Tigna ſunt materiæ ligneæ, quibus inſident trabes ad ſuſtinendas cõtignationes, quod gallicè vocamus, *poultres & ſolineaux*, at lõge aliter Tigna appellantur in lege duodecim tabularum: tignorum enim appellatione continentur pedica, pedamenta, iuga, & in ædificiis, non tantum materia ex tigno, ſed etiam poſtes, tegulæ, lapides calx, arena, & generaliter omnia quibus ædificia conſtant, idem de trabium appellatione dici poteſt, qua de re alibi dicetur. Vitruuius *libro* 10. Varro *libr* 1. *de re ruſt. c.* 11. Vitruuius *lib.* 5. & *lib.* 2. *c.* 9. Plinius *lib.* 16. *c.* 39.

l. Penes 63.

Valla *libr.* 6. *elegant. cap.* 54.

¶ Penes amplius eſt quàm apud, penes nos eſt quod in re aliquo poſſidetur & traditur, penitus n. apud nos eſt quod qualiter, qualiter retinetur. vt liber homo retinetur quidẽ ſed non poſſidetur Errauit autẽ Accurſius qui in interdicto de tabulis exhibendis, accepit penes pro apud. hoc enim eſt contra hanc legem, hanc autem differentiam plerumque confundi optimè animaduertit hic Alciatus qua de re Valla *lib.* 6. *eleg. cap.* 54. & Feſtus Pomponius, præterea apud quem res eſt, is eam tenere dicitur penes quem ea eſt poſſidere, & hæc eſt vera differentia.

l. inteſtatus. 64.

Bart. *in l.* 1. *D. de ſuis & legit.* Alex. *in l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſtit.*

¶ Inteſtatus eſt qui teſtamentum non fecit. inteſtatus etiam dicitur, cuius hæreditas adita non eſt, cuius teſtamentum ab hærede deſtitutum eſt, quia pro eo eſt, ac ſi teſtatus non fuiſſet, eo genere dicitur fieri irritum teſtamentum. Inteſtatus etiam dicitur is qui teſtari nõ poteſt, *l.* 1. *ff. de ſuis & legit.* porro inteſtatus etiam alio ſenſu ſumitur, cũ opponitur auteſtato, id eſt ei qui teſtato conuentus eſt, qua de re Cuiac. 7. *obſ. c.* 16. An autem aliud ſit inteſtatum mori quàm ſine teſtamento, variè admodum dubitatur. ſic Imm. affirmat in l 15. *D. de verb. oblig.* ita etiam Raphael Fulgoſius in l. 6. *Cod. de inſtit.* Briſſonius vero negat.

l. Hæredis. 65.

Iaſ. *in l. ſi quis filium §. fin ff. de acquirend. hæredit.* Corn. *conſ.* 69. Oldradus, *conſ.* 24. Baldus *conſ* 104.

¶ Ait hac lege Iuriſconſultus hæredis appellationem referri etiam ad vlteriorẽ hæredem, nam etiam vlteriori hæredi procedit bonorum poſſeſſio defuncti nedũ proximo, l. 21. §. *etiam, ff. pro emptore.* Sed ſciendum eſt heredis etiam appellationem intelligi per multas ſucceſsiones in prætoriis ſtipulationib. huc etiam refert l. 194. *qui per ſucceſſionẽ, ff. de reg. iur.* ait enim ibi Modeſtinus, qui per ſucceſſionẽ quãuis longiſſimã defuncto, heredes conſtiterunt, non minus hæredes intelliguntur, quàm qui principaliter heredes exiſtent, qua de re ibi plura dicemus. Obiter autem hac notabis hæredis heredem, teſtatoris heredem eſſe, notat Iaſ. *in l. ſi quis alium, §. fi. D. de acquir. hæred.*

l. Mercis. 66.

Alex. *cõſ.* 36 Bald. *tract. de teſt. verſ.* 62. Bald. *in l.* 3. *Cod. de naut fœn.* Molinæus *tract. de vſur. quæſt.* 22.

¶ Ait mercis appellationem pertinere tantum ad res mobiles, mers ergo non immobiles continet, fundus non eſt in merce non res ſemouentes veluti ſerui aut pecora. Collige autem ex hac lege mobilium appellatione ſeruos non venire: præterea nota hic mercatum deduci à merce, à loco, à coniugatis, vt teſtatur Cicero *in Topicis.* nam vbi mers non eſt ibi, nec mercatus Quapropter verbum *mercari* ſimpliciter emere plerumque ſignificat, atque ita vulgaris loquendi vſus obſeruat, hinc mercatores denominantur qui res emunt, vt in eadem ſpecie carius vendant, qua de re Roman. *in l. ſi publicanum.* §. 1 D. *de publican.* & Bart. *in tract. de teſt. verſ.* 62. Tiraquel. *in tractat. de nobilit. c.* 33.

l. Alienatum. 67.

Iaſ. *in l. quoties, de rei vindic.* Buttrig. *conſ.* 34. Rom. *ſing.* 605. Baldus *in Auth. res quæ, Cod. com. de leg.*

¶ Oſtendit hoc loco Iuriſconſultus, differentiam eſſe inter venditionem & donationem. nam vẽditio alienatio non eſt, perficitur enim vẽditio, nudo cõſenſu, nudus con-

Digitized by Google

ſenſus non transfert, dominium traditione opus eſt *l. traditionibus. C. de pactis.* Donatio alienatio eſt, quoniam donatio non eſt, niſi mancipatione, vel traditione, præterquam inter coniunctas perſonas, ex conſtitutione Diui Pij, *l. 4. C. Theo. de donation.* vnde donatio inter omnes perſonas perficitur nudo conſenſu. Caſſio *libro 2. epiſt. 11.*

§. Donationis. 1.

Corn. *conſ. 237.* Imol. *in l. Aquilius, de donationibus,* Alex. *conſ. 2.* Calcan. *conſ. 24.* Homerus Odyſſ. 5.

¶ Donationis verbo generaliter ſumpto, omnem donationem comprehendit ſiue ſit mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa, cum verò ſpecialiter accipitur, propriè ea donatio ſolum dicitur, quæ pura eſt, & protinus ſine vlla ſpe recuperandi dominium transfert, *l. 1. ff. de donat.* rectè igitur Iuriſconſultus donationis verbum, omnem donationem comprehendere exiſtimat, licet in contrarium diſputari poſſit, verum hoc certũ eſt diuerſis temporibus, & diuerſo modo, qua de re plura vide hic apud Alciat. Liui. *lib. 2. de bello Macedon.*

l. Illa verba. 68.

Bart. *in l. ſi quis arbitratu, D. de verb. oblig.*

¶ Ad huius legis intellectum diſtinguenda nobis ſunt arbitrorum duo genera, alij etenim ex compromiſſo adeuntur quos arbitratores vulgò appellamus, *l. ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio,* alij ſunt qui tanquam boni viri arbitrari & conſtituere aliquid debent iuris diſpoſitioni minimè obnoxij. Cicero *in oratione pro L. Murena, & pro Planc.*

¶ *In ſeruum non cadunt.* Nota hic ſeruum, nec arbitrum, nec arbitratorem eſſe poſſe, vt *l. pedius ff. de arbit.* ratio eſt, quoniam illa verba arbitratu Titij fieri ad ius tantum referuntur, lex autem non cenſuit, ad ea quæ iuris ſunt ſeruos admittendos pluribus de cauſis quas enumerat hic Alciat. Gell *libro 5. cap. 19.*

l. Hæc verba. 69.

Bart. *in l. quod Nerua, D. depoſiti.* Ambr. *libro 3. cap. 10.*

¶ Verba hæc, *cui rei dolus malus abſuerit,* generaliter omnem dolum comprehendũt, puta furtum, periurium, falſum, damnũ datum, ſtellionatum & ſimilia. dolus itaq. vox generalis eſt, vt dolum verum & præſumptũ contineat, latiſſimam etiam quandoque culpam, & plerunique latiorem, vt optimè notat Bar. *in l. Nerua, D. depoſiti,* dolo etiã fraus ineſt, vt optimè notat Labeo, qua de re infra diſputabimus. Paulus *libro 3 ſent. tit. 4.*

¶ *Aberit, afuerit.* In vulgatis libris ſic eſt, *Dolus malus abfuerit,* vide autem integram formulam *in l. 19. §. 1. ff. und e. ſolu.*

l. Sciendum. 70.

Valer. Max. *libro 8.* Vlpian. *tit. 1. de libertis.*

¶ Dicit hac lege Paulus in ſtipulationibus prætoriis hæredis appellatione non contineri proximum heredem tantum qui ſtatim à morte ſtipulatoris promiſſoriſque ſucceſſit in vniuerſum ius, vniuerſúmque dominium, ſed etiam heredem vlteriorem, & breuiter heredem heredis per multas ſucceſſiones in infinitum, per longiſsimam ſucceſsionem, vt loquimur *l. 194. D. de reg. iur. & l. 2. C. de iur. lit. iur.* heres, inquit Horatius, heredem alterius velut vnda ſuperuenit vndam, eodémque modo Symmachus in epiſtolis bona inſtar vndæ & fluctuum a ſuccedentibus ſibi dominis occupari. Sunt & aliæ ſpecies in quibus heredis nomen latiſsime patet. Tacit. *libro 13. hiſtor.* Val. Max. *libro 2. cap. 1. Nou. Leon. 25. & Nouell. Valent. 6.* Vlpian. *in fragment. tit. vlt.*

§. Verba. 1.

Iaſ. *in l. quadam. §. 1. ff. de edendo.*

¶ In hæc verba, Quiſquis mihi heres erit idem filio heres eſto, heres proximus tantum continetur, non heres heredis qui & incertus teſtatori fuit *l. qui libertis, §. vlt. D. de vulg. ſubſt.* Quoties igitur hæc verba in lege aliqua reperiuntur conſiderandum eſt, ob quã cauſam ſint adiecta. accipient itaque hęc verba interpretationem pro ſubiecta materia alioquin ex ſui proprietate ſucceſſorem particularem comprehendere putauerim. ad eum enim etiam pertinet, ne dum ad heredem: quod maximè notandum erit ſi materia ſit fauorabilis.

l. Aliud eſt capere. 71.

¶ Bart. *in l. centurio. D. de vulg. & pup.* Iaſ. *in l. 1. §. ſi. ff quod quiſque iuris.* Valla *libro 6. elegan. cap. 3. & 7.* Capere aliud eſt quàm accipere. capit qui accipit cum effectu non reſtituturus alteri, *l. ſi quis parte. §. vlt. ff. de inoff. teſtam.* eſt igitur ſubtilis differentia inter capere & accipere, at in edicto de calumniatoribus promiſcuè vtimur verbo capiendi & accipiendi. *ff. de verb. ſignif.* vide Aretinum *in l. ſeruus etiam, in 2 col. de acquir. hered.* Gell. *libr. 7. c. 10.* Vlpianus *in fragment. Tit. 19.*

§. Hæc verba. 1.

Varro *libro 11. de re ruſt.* Strabo *libro 6.*

¶ Hæc

Digitized by Google

¶ Hæc verba, *His rebus rectè præſtari*, ne in prætoriis cautionibus vſurpatur, vt cum poſſeſſor cum quo actum eſt rei vindicatio, vel poſſeſſor, vel emptor qui egit redhibitoria. de venditore ſtipulabatur hoc modo, quod pro eo nomine vel ea re iudiciũ accepiſſet, ſi quid ob eã rem datum eſſet, his rebus rectè præſtari ipſi quoque eſt l. *à quo. ff. de rei vind.* l. *redhibere. §. ité Pomponius. ff. de ædil. edict.* Hęc autẽ verba, *His rebus rectè præſtari*, Vlpianus hoc loco docet hũc habere ſenſum, ne quod dãnum vel periculum ſtipulator ſentiat, id eſt, ne quid ex ea re ei depereat, periculum eſt rei deminutio.

l. Appellatione. 72.

Bartolus in l. *ſi mater. §. ſi inter. ff. de execut. rei iudic.*

¶ Appellatione rei pars etiam continetur, quia etiamſi pars rei cuiuſdam perierit culpa curatoris, hæc ſtipulatio committitur.

l. Hæc verba. 73.

Bartolus *in* l. *lecta, ff. ſi cert. pet.* Plinius *libro* 18. *cap* 3.

¶ In hanc legem Briſſonius *libro* 2. *ſelect. ca.* 9 Hæc autem verba, *Rem rectè reſtitui*, ſic interpretantur rẽ boni viri arbitratu reſtitui, verbum autem *rectè*, ſignificat arbitrium boni viri æquitatem: non propter verbum *reſtitui*, quia verbũ *reſtituere* in reddendi ſignificatione habet plenam ſignificationem, l. *videamus ff. de v. ſur.* quãdoque tamẽ reſtituere non eſt reddere, ſed omnia reponere in priſtinum ſtatum opus diruere, & demoliri, Cato *de re ruſt. c.* 144. *& c.* 14?. *& ſeq.*

l. Signatorius. 74.

Budæus *libro* 3. *de aſſe* Liuius *libro* 7. *decad.* 3. Cicero *libro* 2. *de orat.* Plin. *lib.* 13. *natur hiſt. c.* 1. Alex. ab Alex *lib.* 2 *genia cap.* 9.

¶ Hoc ait hæc lex quod ſignatorius annulus ornamenti appellatione nõ cõtineatur. Paulus igitur hoc loco inter hominũ ornamenta docuit nõ numerari annulos ſignatorios quib. cuſtodiæ cauſa ſigillamus. Liuius *libro* 3. *decad* 3. Cicero *in Verr. act* 5. Gellius *li.* 10. *noct. attic. cap.* 10. Macrob. *libro* 7 *Saturn ca.* 13. Cicero *act.* 6. *in Verr. & libro* 3. *de orat.*

l. Reſtituere. 75.

Ang. *conſ.* 158. Salic. *in* l. *ſi conſtante ff. ſoluto matr.* Cicero 7. *in Verrem.*

l. Dediſſe. 76.

Abb. *in cap. veniens, extra de teſtam.* Bar. *in* l. *Actione, ff. de tranſ.*

¶ Dediſſe intelligitur non tantum is qui numerauit pecuniam, ſed etiam qui permutauit. qui dedit rem inſolutum pro pecunia, vel etiam pro eo homine alium dedit, vel etiam qui compenſauit aliquid. nam compẽſatio pro numeratione eſt & dediſſe dicitur non tãtum qui dedit vẽditori, ſed et iam qui dedit alij propter eam emptionem. ſic in actione redhibitoria emptor conſequitur, quod propter eã emptionẽ, dedit vel obligatus eſt, vbi dari interpretamur, nõ tãtũ quod numeratur, ſed etiam quod permutatur, aut compenſatur. Spec. *tit. de empt. & vend.* Bart. *in* l. *ſi ff de condict. ob cauſ.* Theoph. §. *vlt. Inſtit. de ſtip. ſeruor.* Quintilianus *declam* 11. Harm. *libr.* 3. *tit.* 9 *an fine* Baſilicon. *libr.* 7. *tit.* 7.

l. Frugem. 77.

Varro *libro de lingua Latina.* Seruius *libro* 1. *Aeneid. Virgil.*

¶ Ad faciliorem totius huius legis intellectum, vide Cottam *in voce lupinum.* Forcatul. *in penu. tur. c.* ?. Frugum autẽ appellatione cõſtat propriè contineri frumenta tantũ & legumina, nõ reliquos fructus. Paulus 3. *ſenten.* Legumina ſunt quæ ſiliqua cõtinentur, vt legumina, faba, vt ſcilicet ſpica ſit veluti ſiliqua frumẽti, neq; eccipiẽda eſt Seruij ſentẽtia, quæ in frumento legumina contineri putabat, legumina continentur in frugibus, nõ in frumento, id eſt, fruges ſunt, non frumentum propria autẽ frugum definitio hæc eſt, fruges eſſe frumenta & legumina: falſa autẽ eſt eorum definitio qui definiunt fruges quibus homo veſcatur. caro enim & aues non ſunt fruges ſed fructus. Virgil. *libro* 2. *Georg.* Cicero *actio* 5. *in Verrem*, Plinius *libro* 18. *c.* 7. Liuius *libro* 4. *decad.* 1. *& libro* 5. *decad.* 1. Laur. Valla *libro* 4. *c.* 15. Connanus *libro* 4. *comman. iur. ciuil.*

l. Interdum. 78.

Cicero *in Philipp. & in paradoxis.* Barto. *in* l. *vxorẽ, §. legauerat,* D. *de legat.* 3 Iaſ. *in* l. 1. D. *de acquir. poſſeſſ. in prin.*

¶ Nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione, l. *naturaliter, §. nihil cõmune, D. de acquir. poſſ.* quid eſt poſſeſſio? eſt vſus rei proprietas, eſt dominium rei, confunduntur autem plerũque hæc vocabula nam interdum poſſeſſio pro proprietate accipitur, vt ſi quis leget poſſeſſiones ſuas. nã is vtique videtur legare proprietatem agrorum ſuorum non tantum vſum. igitur ſicut agri & fundi nomine ſignificatur proprietas & quidem plena, l.

Digitized by Google

ſi alij fundum, D. *de vſufr. lega.* ita ex mẽte pronunciantis interdum poſſeſſio plenam proprietatem ſignificat. Cicer. *Phil.* 5. Connan. *libro* 3. *comment. iuris ciuil. c.* 8 Harmen. *libro* 2 *titul.* 2.

l. Impenſa. 79.

¶ Vlpian. *Fragm. tit.* 6. Duaren. *in l fructus*, §. *ob donationes. D. ſolut. matrim.*

¶ Ad intellectũ huius legis diſtingue tria impẽſarum genera, aut enim neceſſariæ aut vtiles, aut voluptariæ. de quibus ordine nobis dicendum eſt & primo de neceſſariis. Neceſſariæ impenſæ ſunt, quæ ſi fiant rem deteriorem eſſe non ſinunt, ſi non fiant rem deperire vel deprimi, vt ſi maritus domũ ruentem dotis cauſa datã fulſerit, vel refecerit, ſi vites propagauerit, ſi arbores curauerit, ſi ſeminaria fecerit pro vtilitate agri, hæc enim ſunt pro vtilitate neceſſaria. ſeminariũ etenim eſt veluti inſtrumentum agri. l. 9. *D. de vſufruct* Senec. *libro* 6. *de benef. cap.* 4. *c. penult. extra de reſtit. ſpol.*

§. Vtiles. 1.

Colum. *libro* 4. *cap.* 28. Virgil. *in Georg.* Gellius *libro* 17. *cap.* 2.

¶ Vtiles impẽſæ ſunt quibus factis melior res fit & fructuoſior, omiſſis non fit deterior, vt ſi nouelletum in fundo dotale ſeuerit, vt ſi priſtinum vel horreũ in fundo dotali fecerit, hęc erogatio plerumque imputatur vtilibus impenſis, & recte ait plerumque. quoniã interdũ hæc erogatio neceſſaria eſt, l. 1. §. 1. D. *de impenſ. in res dot. fac.* Præterea vtilib impenſis adſcribitur ſtercoratio. Plin *libro* 17. *c.* 13. Colum. *de arbor. c.* 16. *& libro de re ruſt. lib.* 3. *ca.* 13. Ant. Aug. *libro* 1. *emend. c.* 2. Vlpian. *in frag. tit.* 6. Colum. *libro* 4. *cap.* 28. Ariſtot. *lib.* 8. *politic.*

Arbuſti. ¶ Arbuſtum accipitur pro vinea maritata arboribus, atque ita accipitur *in d. l. vlt. D. de term. mot.* Colum *libro* 3. *cap.* 18. Iſidor. *lib.* 14 Pallad. *in Februar.* 12. *c.* 9.

§. Voluptariæ. 2.

Plin. *libro* 19. *cap.* 14. Varro 3. *de re ruſt. c.* 14. Horat 1. *Satyr.* 13.

¶ Impenſæ voluptarię ſunt, quibus res melior non fit, omiſſis non fit deterior, vt ſi maritus in fundo dotali fecerit, vel tectoria, vel viridaria, vel aquæ ſalientes in ædibus. harũ autem impenſarum nomine neque retẽtio, neque repetitio marito cõpetit, etiam ſi voluntate mulieris hæ factæ ſint omittendum tamen illud non eſt, neque propter neceſſarias, neque propter vtiles hodie eſſe repetitionem ex dote dotem confeſtim eſſe reddendam, competere tamen repetitionem neceſſariarum, vel vtili actione mandati. vel negotiorum geſtorum, l. *vnic.* §. *ſed nec, C. de rei vxor. act.* Vitru. *libro* 2. *ca.* 8. *& libro* 7. *cap.* 1. Varro *libro* 1. *de ruſt. cap.* 57.

l. In generali. 80.

Facit l 20. *infra eodem.*

l Cum prætor 81.

Fol 089 *numero* 113. *repet.* 6.

l. Verbum. 82.

De verbo amplius, vide l. 23. 33. 34. *&* l. 54. *ſupra de leg.* 3.

l. Propriè. 83.

Proprie accipi quęnam dicantur, vide Glo. hic.

l. Filij. 84.

Cuiacius ad l. 2. *ſupra de excuſ. tut.* Harmenopul. *libro* 6. *tit.* 2.

¶ Pilæus *quæſtio* 8. §. *vlt Inſt. qui teſtamento.* Paulus *lib.* 4. *ſententiar. titul.* 10. §. 2. Vlpianus *tit.* 12. §. 3.

l. Neratius. 85.

Collegium tres homines conſtituunt, *cap. cum omnes. extra de conſt.*

l. Qui aliud. 86.

Guilbertus *libro* 1. *quæſt. cap.* 18. Cuiacius *libro* 9. *obſeruat. ca.* 37. Fornerius *libro* 2. *ſelect. cap.* 28.

l. Vt Alfenus. 87.

Facit nonnihil ad hanc rem Pet. Crinit. *li. de hon. diſcip.* 4. *c* 9.

l. Tantum. 88.

Cuiacius *libro* 14. *obſ. cap.* 3. Hanc autem legem repetiit Tiraquellus quem vide.

l Boues. 89.

Limita vt per Bald. *in* l. *inuitus, C. de procur. in* l. *fideicommiſſa*, §. *ſi quis decẽ de legat.* 3. & per Ruin. *in* l. *placet, char.* 39. *de liberis & poſthu.* Alio modo per Arc. *in* l. *ſi à princip.* 4. *not. eod. tit.* quem ſequitur ibi Ruin. *in* l *Gallus*, §. *idem credẽdum. in* 30. *char. eodem tit.* & in repet. §. *&*

quid

Digitized by Google

quid ſi tantum, in 3.col.in fin. Et eundem in *l.2. in 18.coart.de liberis & poſthumis.* Et vide Iaſ. *in l.inter ſtipulationem,§ ſacram, numero 27.in 10 col.de verborum obligat.* Et *in l.ſi ſic ſtipulatus,in 2 not.eod.titul.*& vide Ozer. poſt alios *in 1.gloſſ.in princip.* & Dec.*in l.edita,col.C.de edem.in 1. lect.* qui aliter limitat noſtrum hunc § adde Felin.*in ca.innonamus,de treug.& pac.col.3.* limitatur per Corn. *in l.ſi mihi & Titio de verborum oblig.* vide Dec.*in l.1.numero 13.in fin.Cod.de pact.* Iſidor.*libro 12. cap.1.*

*Diſpoſitio ſeu promiſſio aliqua intelligitur de primo actu, Cato in materia ad hunc per Tiraq.hic vbi multa congerit Bellon.*lib.4.ſupput.cap.6.* Iaſ.*ad l.diuortio §.quod in D.ſol.matrim.numero 12.cum ſeq. & ad l.edita,num.* 8 *&* 27. & ibi Dec.*Cod.de edendo* Crem. *ſing.76.&* 146 Boer. *deciſ.141.* limita vt per Decium *ad l.ſi Ruffinus numero* 8. *Cod.de teſtam.mil.* Iaſ.*ad l.prætor ait,§. deinde num.* 11.*de nou.oper.nunt.* Alex.conſ.16.vol.4 Port.*lib.3.conc.*21. vbi ponit quatuor ampliationes & quatuordecim limitationes. Declarat Ioannes Ceph.*conſ.*160.*num.*13 *vol.*2.

l.Qui vti.90.

Facit hic l.59.*ſupra de contrah.emp.*

l. Meorum 91.

Iunge l.30 *ſupra ad Trebellianum.*

l. Proximus. 92.

¶Proximum eum eſſe ait hac lege Paulus, quem nemo antecedit,id eſt, qui ſolus eſt,& ſimiliter ſupremum eum eſſe, quem nemo ſequitur qui ſolus & vnicus eſt.Sic etiam ſupremas tabulas interpretatur eſſe ſolas,quas nullæ aliæ ſequuntur,l.163 *h.t.*eodem exemplo docuit quod proponitur in hac lege,ſubſtitutionem quæ fit ei qui ſupremus morietur, factam videre etiam ei qui ſolus eſt, ſic etiam proximus agnatus dicitur, circa comparationem vllam is qui ſolus eſt , *vt* l.162. *hoc tit.*Sic etiam primogenitus dicitur,quem nemo ſequitur cum ante ſe neminem habeat.

l. Mouentium.93.

In materia.An iura & actiones veniant appellatione mouentium mobilium & immobilium.Soc.*r.g.*108.*numero* 1.*&* 2.Soc.Iun.*conſilio* 51. *colum.2.& ſi conſ.*79. *&* 97.*col.fin.libro 2.vbi infrà per Tiraq. retract. § 1.glo.7.num.95.* Ioan.Robert.*libro 2.recep.lect.cap.30.* Gilber. Reg.*libro 2.enantioſ.*

l.Verbum.94.

Vide l.21.*in fine,ff.de leg.* 2.

l.Poteſt.95.

Exemplum huius legis pete *in l.cæterum, infra eod.*

l.Littus.96.

Cicero *in Top.* Quint.*libro 5.c.*11.

l.Cum biſextum.98.

Ioannes Robertus *ſent.iur.libro 1.c.2.*

l. Notionem.99.

Cicero *in orat pro domo.*

§.Inſtrumentorum.2.

Viglius *ad §.teſtes, numero 9.Inſt.de teſtam.ordinand.*vide Bart.*ad illum tex.cum gl.in l.qui teſtamento,§.1.in vlt.oppoſ.D.de teſtam.*Glo.*in l.3.ad legem Falcid.*& ibi Bart.& Doctor.poſt Glo.*Inſt.de teſtamen. §.teſtes,ſuper glo.in verb. impubes.*

l.Specioſas.100.

Duarenus *libro 2.diſput. cap.1.* Briſſon. *libro 3.ſelect.cap.16.*

l.inter.101.

Cotta *in voce adulterium.*

l.Derogatur.102.

Pithoeus *in notis ad fragment.* I. C. *pagina* 77.

l.Licet.103.

Vide Alciat.*libro 1.diſpunct.cap.4.*

l.H τῶ τέκνων.104.

Alciatus *libro 4.diſpunct.c.10.*

l.Modeſtinus.105.

Vaſſallus vaſſalli,non eſt primi vaſſallus.

l.Dimiſſorias.106.

Vide *l.vnicam,C.de libell.dimiſſo.*

l.Adſignare.107.

Iunge hic l.*vlt.ſupra de oper.libert.*

l.Debitor.108.

Martialis *libro 2. epigramma,* l.41. *D.de peculio.*

l.Bonæ.109.

Exemplum huius l.*pete, in l. fina.ſupra pro empt.*

l.Sequeſter.110.

Gellius *libro 20.cap.10.* Quint.*libro 12.capite 8.*

Digitized by Google

l. Cenſere. 111.

Varro *libro 2. de vita popul. Roman.* Caſſiod. *libro 3.*

l. Littus. 112.

Floridus Sabinus *libro 1. ſucceſſiuar. c.* 10.

l. Morbus. 113.

De morbo ſontico, vide quæ notaui *in tit. de adil. edict.*

l. Soluendo. 114.

Hac de re vide Briſſonium *h. t.*

l. Quæſtio. 115.

Connanus *libro 3 comment. cap.* 8. Ræuardus *ad l. xij. tab. pag.* 50. Briſſonius *libr. 4. ſelect. cap.* 1.

l. Quiſquis. 116.

Filij appellatione an contineatur filia præter ſupradicta. Vide ad illum tex. Bologn. *in l. naturaliter, §. nihil, numero 7. de acquir. poſſeſ.* vide Marcel. Bering. *in l. 1. char. 37. col. 1. D. de acquir. poſſeſſ.*

l. Non poteſt. 117.

Summæ ampliori minor opponitur, l. 32. *ſupra eod.*

l. Hoſtes. 118.

Facit hic *cap. 116. & l. 24. ſupra de captiuis.*

l. Hæreditatis. 119.

Iunge l. 3. *de bonor. poſſeſſ. & l. pecunia, §. hæreditas, infra eodem illo tit.*

l. Verbis. 120.

Huius legis fragmentum extat in l. 53. *ſupr. eodem.*

¶ Poſt Doct. hic vide Vacon. *libro 4. declar. iur. ciu. cap.* 126. Petr. Criſp. *ad rub. de leg. 1. nu.* 100. & ibid. Aluar. *numero 46. & 48.* Soc. Iun. *numero 67. & 69.* Fortun. Garz. *ad l. Gallus, in princip. D. de liberis & poſthum.* vel vlterius poſſet forſitan intelligi, quantum ad res de quibus teſtator velit diſponere, non quantum ad perſonas, *folio* 14. *numero* 46. & 48. *repet. 4. folio* 8. *numero* 100. *repet. 4. folio* 30. *num.* 67. & 69.

¶ Facit Nouell. 22. *cap.* 2. Vlpianus *tit.* 12. §. 17.

l. Vſura. 121.

An & quæ differentia ſit inter fructus & vſuras D. Goth. hic.

l. Seruius. 122.

Congruit hic l. 16. *ſupra de teſt. tutor. §. 5. Inſt. qui teſtam.*

l. Verbum. 123.

De verbo *Eſſe*, vide Gellium *ſupra dicto loco.*

l. Hæc verba. 124.

Gellius *libro* 5. *cap.* 11. Huius legis an & quæ ſit ſententia D. Goth. hic.

l. Nepos. 125.

Gellius *libro* 11. *noct. atticar. c.* 12. l. 80. *ſupra de verborum oblig.*

l. Si cum. 126.

Facit hic l. 75. *ſupra de euiction. & l. 63. §. 3. ſupra de leg. 1.*

l. Veſtis. 127.

Varro *libro 9. de lingua Latin.* Paulus *libro 4. ſent. tit. 6. §. 8.*

¶ Fornerius *libro 1. ſelect. cap. 1. & 21* Petrus Fab. 1. *semeſt. c.* 15. Scalig. 1 *poet.* 13. & 14.

l. Spado. 128.

Galenus 15. *de vſu partium apud Prateium,* Paulus 3. *ſent.*

l. Qui mortui. 129.

Paulus *libro 4. ſentent. tit. 9. §. 6.* L. 12. *ſupra de liberis.*

l. Lege. 130.

Deferre hæreditatem leges dicuntur, quoties delatam confirmant.

¶ Bellonus *libro 3. ſupput. cap. 7. folio 681. & ſeq.* Arius Pinellus, *Cod. de bonis maternis.* De verbo deferendi & confirmandi, vide l. 6. *ſupra de iuriſdict. omnium iud. & l. 36. D. de dona. inter virum.*

* ¶ Fachineus *Controuerſiarum iuris libro 6. cap.* 41.

l. Aliud eſt fraus. 131.

De fraude vide l. 79. *ſupra de reg. iur.*

§. inter multam 1.

Harmenopul. *libro 6. tit.* 3. adde l. 15 *ſupra ad municip.*

¶ Briſſonius *libro 1. ſelect. cap.* 3. Henriſonus *de imper. & iuriſdict. contra Goueanum.* Cuiacius *libro 15. obſeruat. cap.* 39. Crimen autem à delicto, vt diſtet vide l. 7. §. 18. *ſupra de adil. edict.*

l. Anniculus. 132.

Ant. Mercat. 4. *emend. cap.* 5. & Ant. Aug. *lib.* 4. *cap.* 6.

¶Declara

Digitized by Google

¶Declara vt per Dec. *in* l.*poſthumo*, *in addit.col.2.verſ.in 2.not.C.de contra tab.* Ad verſ. *ante diem decimum*, vide infrà iterum, *in l.anniculus*, & *adde hic*. Cuiacius *ad* l.8 & l.13.*ſupra de verborum oblig.* Robert.3.*animad.c.*29. Ant Mercat 3.*notat.c.vlt.*

l.ſi quis.133.

Gellius *lib.*12.*c.*13.*noct.atticar.* l.1.§.8.& 9. *ſupra de ſucceſſorio edicto.*

l.Anniculus.134.

Annus quo ſpatio definiatur, vide hunc textum.

¶Vvaltherus *lib.*2.*Miſcell. c.*26. Hotom.*libro* 1.*obſ.in D.c.*5.

l.Quæret.135.

Paulus *libro* 4.*ſent. tit.* 9 §.3.l.6.*ſupra de pignoratitia actione.*

¶Marcus Vertranius *de iur.lib. c* 28 & 29. vide l.14.*ſupra de ſtatu hominum*, & *l* 33.*Cod. de poſth.hæred.*

l.Generi.136.

Generos appellare poſſumus, neptis aut proneptis maritos.

l.Terenixa.137.

Vno impetu plures naſci non poſſunt, l.15. *ſupra de ſtatu hom.*

¶Duarenus *lib.*1.*diſput.ca.*40. Marcus Vertranius *de iur. libero. c.* 29. Paulus *libr.*4.*ſent. tit* 9.§.2.

l.Hæreditatis.138.

De bonorum poſſeſſione, vide *tit.Cod.de bon.poſſ.ſecund.tab.*

l.Ædificia.139.

Facit hic l. 5. & l. 87.*in fine*, *ſupra hoc titulo.*

l.Cœpiſſe.140.

Coniunge l 71.*ſupra eodem tit.*

l.Etiam.141.

Vide l.132.*ſupra hoc eodem tit.*

l.Triplici.142.

Zaſ.1.*reſponſ.*18.& 19. Solet autem hic tractare materia diuidui & indiuidui à Doctoribus Robert.*libro* 2.*ſent.iur.cap.*24.

l.Id apud.143.

Coniunge l.52. *ſupra de obligation.* & l.15.*infra de reg.iur.*

l.Libra.144.

Gellius *libro* 4.*cap.*3.

l.Virilis.145.

Adde hic l.2.*C.de hæred.inſt.*

l.Soceri.146.

Soceri appellatione pro ſocer continetur.

l.Qui.147.

Iunge hic l.87 *ſupra eod.*

l.Non eſt.148.

Singulari numero plures res interdum ſignificantur.

l.Nam.149.

Colligit hic Alciatus argumentum à contrariis, ſemper concludere.

l.Si ita.150.

Quanto minus. Quid contineat hæc vox, vide hic D.Goth.

l.Delata.151.

Delata hæreditas dicitur quam quis poſſit adeundo conſequi.

¶Bellonus *libro* 2.*ſupput.cap.*16. vide Alexād. ad eius limitationem *in l.is poteſt, col* 3.*de acquirend.hæred.* & Pap. *in* 9.*colum.in fin.cum ſequent.* Et vide ad eius declarationem Dec.*in* l.1.*in vlt.lectura,in* 1.*not.Cod.qui admittit.** & *ad conſ.*55.*col.*5, *num.* 8. Iſte textus debet intelligi quum indiſtinctè loquitur, de hæreditate, quam ex iure quis poteſt conſequi, non autem ex facto, cùm in aliis legibus de hac ſit prouiſum, l.*ſi in facti*, *Cod.de iure deliberand.*

*Math.*not.*193 Iaſ.*ad* l.*is poteſt*, *num.*25.*ff.de adquir.hæred.* vbi Alex.3.*col.*

l.Hominis.152.

Vide l.2.§.1.*ſupra de homine libero.*

l.Intelligendus.153.

Eſſe intelligitur qui eſt in vtero, vel in rerum natura.

l.Mille paſſus.154.

Dion *libro* 54. Plutarch.*in Galba.* Plin.*libro* 3. Tacit.*libro* 3.

l.Proximi.155.

Proximorum appellatione, ſ legendum hic eſſe contendit D.Goth.

Digitized by Google

l. Maiore. 155.
